This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



DIPLOMATARIUM SUECANUM

COLLEGIT ET EDIDIT

JOH. GUST. LILJEGREN.

Vol. II.

PUBLIC
LIBRARY

HOLMIÆ,

EXCUDEBANT P. A. NORSTEDT & FILII,

MDCCCXXXVII.



NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

SVENSKT
DIPLOMATARIUM,

UTGIFVET

AF

JOH. GUST. LILJEGREN.

II Bandets I Del.

Åren 1286—1299. N:o 903—1300.



STOCKHOLM, 1884.
Tryckt hos P. A. Norstedt & Söner,
Kongl. Boktryckare.

ANMÄLAN.

Ehuru mickrande och uppmuntrande omdöm[e] utgifvaren fått emottaga, så väl enskildt, som offentligen, öfver första Bandet af Svenskt Diplomatarium, skulle han likväl otvifvelaktigt funnit sig nödsakad, att inställa eller till en oviss framtid uppskjuta fortsättningen af detta dryga och mödosamma arbete, om kostnaden för detsamma skolat bestridas endast genom egna medel. Men sedan Kongl. Maj:t allernådigst behagat anslå en bestämd summa, att lyftas för hvarje utkommande Del af ett visst arktal, och Rikets nu församlade Ständer till Kongl. Maj:ts nådiga disposition enhälligt anordnat ett årligt anslag, att till nästa Riksdag utgå till inlösande af ett visst antal exemplar, samt derjemte Högvördiga Presteståndet, af nit för Sveriges häfder, förklarat sig villigt, att i sin mon understödja detta verk, ser utgifvaren sig i stånd, att, under förklarande af sin underdåniga och förbindliga tacksamhet, med större fart kunna fortsätta berörda arbete, hvaraf nu 2:dra Bandets 1:sta Del lemnas i allmänhetens händer, under förhoppning, att en sådan del må kunna årligen från trycket utgifvas.

I en samling af Sveriges gamla skriftliga urkunder väntar häfdeforskaren med skäl, att träffa de äldsta, helt och hållet inhemska, de med Runor tecknade, hvaraf vårt fädernesland bland alla länder i verlden äger det första och hufvudsakligaste förrådet. Dessa hafva likväl blifvit intagna i ett Tillägg, på det man må ega tillfälle, att af detta och andra tillägg, som framdeles komma att meddelas, bilda ett särskildt band, på det de egentliga, daterade documenterna må kunna för den, som så åstundar, bindas i en fortgående följd. Att i detta tillägg

PRÆMONENDA.

Quamquam honorificentissima de primo edito Diplomatarii Suecani Volumine et publice et privatim facta sunt judicia, editori tamen continuatio magni hujus et laboriosi operis aut abrumpenda aut saltem tempori futuro, eidemque incerto, reservanda haud dubie fuerat, si suo solius sumtu inchoatum perficere coactus fuisset. Jam vero cum Sacræ Regiæ Majestati certam pro edita quavis parte, certum plagularum numerum continente, summam accipiendam constituere placuerit, et conscripti Ordines Regni ad certum exemplarium numerum coëmendum decretam pecuniam Sacræ Regiæ Maj:ti clementissime dispensandam intra proximaque Regni Comitia solvendam submissius demandaverint, atque insuper maxime venerandus Clerus Comitialis, justissimo annalium patriæ studio ductus, opus susceptum pro virili parte adjuturum, se ingenue pollicitus sit; editor, submissas et maximas agens gratias, se posse in hocce opere, cujus jam I:ma Pars Voluminis II:di in publicum emittitur, majori cum successu edendo perseverare putat, sperans, fore, ut singulæ partes annis singulis e prelo prodeant.

In suppellectili monumentorum Sueciæ literis mandatorum jure sperat investigator, se antiquissima quoque, et prorsus domestica, monumenta scilicet Runica, quibus patria nostra præ ceteris orbis terrarum regionibus inprimis abundat, esse inventurum. Hæc tamen separatim adjunguntur, ut ex hoc aliisque ejusmodi accessionibus, quæ olim afferentur, peculiare volumen facere liceat, quo, si cui libuerit, documenta proprie sic dicta continua serie facilius compingantur. In hocce additamentum illa etiam congregata esse monumenta huc pertinentia, quæ extra Sueciam

blifvit intagna äfven de utom Sverige befintliga, hithörande urkunder, som kommit till utgifvarens kunskap, torde så mycket snarare vinna bifall, som dessa äro färre och, utan att betydligt öka arbetets vidd, gifva tillfälle, att fullständigt öfverskåda denna i sitt slag egna Literatur.

Såsom tillägg komma likaledes att utgifvas åtskilliga handlingar och samtida anteckningar, från medeltiden, hvilka, churu icke i form af diplomer och sällan daterade, likväl äro tillförlitliga källor för vår äldre Historia och Geografi, t. ex. Uppbördslängder öfver den så kallade Markegälden (vid åren 1312 och 1316), Taxor af olika slag, Förteckningar öfver kyrko- och kloster-gods, Inventarier, Eder och andra Formulärer, o. m. d. — Hvad upplysningar, som för öfrigt kunna till detta 2:dra Band anses behöfliga, skola, jemte titelblad dertill samt Register öfver båda Banden och deras tillägg, åtfölja den Del, som på detsamma kommer att utgöra slutet.

exstant et ad notitiam editoris pervenerunt, eo forsitan potius placuerit, quod hæc pauciora sint, adeoque magnitudine voluminis non multum aucta, totius tamen hujus Literaturæ, in suo genere singularis, oculis subjiciendæ occasionem præbeant.

Diversa itidem adjungentur ævi medii acta et annotata coæva, quæ, licet forma diplomatum non sint induta, tempore rarius indicato, multa tamen comperta, antiquiorem patriæ nostræ Historiam et Geographiam illustrantia, satis certo in medium afferunt. Ejusmodi sunt e. gr. Computus exacti tributi, quod Markagäld vocabant (quædam ab annis MCCCXII et MCCCXVI exstant), diversi generis Taxationes, Catalogi prædiorum ecclesiarum et monasteriorum, Inventaria, Juramenta aliæque Formulæ et plura generis ejusdem. Ceterum quæ ad II:dum hoc Volumen illustrandum necessaria videntur, eadem, unacum titulo et indice utriusque Voluminis et accessionum, parti, quæ finem II:do Volumini imponet, subjungentur.

903. 1286. Warnhem.

Biskop Brynolfs i Skara bref på 40 dagars aflat för dem, som på vissa högtider besökte Predikaremunkarnas klosterkyrka i Sigtuna.

A. 3. c. 9.

Brynulfus miseratione diuina Scarensis ecclesie episcopus, Dilectis sibi in christo filiis. Priori. & fratribus ordinis predicatorum in conuentu Siktoniensi, salutem in domino ihesu christo, Licet is de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne & laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit & uota, bene seruientibus multo maiora retribuat quam valeant promereri, Nichilominus tamen cupientes populum domino reddere acceptabilem, christi fideles ad complacendum ei, quasi quibusdam premiis illectiuis, indulgenciis videlicet & remissionibus inuitamus, Vt exinde reddantur diuine gracie apciores, Vt igitur ecclesia vestra congruis frequentetur honoribus, omnibus vere contritis & confessis, qui eandem ecclesiam in die parasceues ob reuerenciam saluatoris nostri crucifixi, & in vtroque festo sancte crucis, & in singulis festiuitatibus beate marie semper virginis, & beate marie magdalene atque Katerine, & vndecim milium virginum, & in sollempnitatibus beatorum confessorum Augustini episcopi & Dominici, ac beati Petri martiris, Necnon & in secunda die natiuitatis domini, Pasche & Pentechostes, ac per earundem festiuitatum seu sollempnitatum octauas cum reuerencia & honore visitarint. De omnipotentis dei misericordia & gloriose semper virginis matris eius marie auctoritate confisi, Quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis, annis singulis relaxamus. Datum Wernem Anno domini M°CC°LXXXVI°.

Sigillet något skadadt.

904. 1286. Wexiö.

Biskop Assers i Wexiö likalydande Aflatsbref för samma klosterkyrka.

A. 3. c. 10.

Acerus miseracione diuina vexionensis ecclesie episcopus, Dilectis sibi in christo filiis, Priori & fratribus ordinis predicatorum in conuentu Siktoniensi &c. *lika med föregående N:o* 903 *till* Datum Vexio Anno domini M°CC°LXXXVI°.

Sigillet bortfallet.

905. 1286.

Lagmannen Nils Sigrdssons afskrift af Lagman Folkes i Nydala uttagna Testamente.

A. 4. a. 2: 9.

Vniversis presentes litteras inspecturis. N. sigritha sun. legifer wærendie. in domino salutem. Tenore presentis nouerint uniuersi me testamentum dominj .F. quondam legiferi de monasterio nouewallis tulisse. & in manus dominj .M. illustris sueorum gothorumque regis commendasse cuius testamenti series talis fuit. *Se föregående N:o 742.* Jn cuius rei testimonium sigillum meum presenti transscripto appendi ad euidenciam premissorum. Anno dominj .M°.CC°.LXXX°.VI°.

Sigillet med dess remsa bortfallet.

906. 1286 d. 2. Jan. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen Magnus Bossons bekräftelse på Fru Ragnhilds Testamente till Predikare-Munkarne i Sigtuna.

A. 3. c. 11 *).

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Magnus dei gracia electus episcopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam. Constituta in nostra presentia nobilis domina Ragnildis erlendi filia, sua nobis assercione declarauit quod lacum quendam dictum Musamýr iuxta siktoniam situm, cum terra, aquis, graminibus, lignis, & ceteris que loci illius esse dinoscuntur, fratribus predicatoribus siktonensibus contulit pleno iure possidendum, cum libero decursu aque de lacu memorato ad spacium trium brachiorum que wlgariter famn denominantur, in latitudinem, tam per agros quam per plana camporum, & hoc usque ad ipsorum molendinum, ne quis in posterum ipsorum commodum & utilitatem per modum aliquem valeat impedire, sicut etiam manifeste patet in instrumento super dicta donacione confecto, & sigillis domini mei regis sweorum illustris, & ipsius domine Ragnildis, quod diligenter inspeximus, roborato, Nos igitur dictam donacionem seruis dei tam rite factam, auctoritate dei qua fungimur, confirmamus. Jn cuius rei confirmacionem sigillum capituli nostri duximus presentibus apponendum. Datum vpsalie anno domini. M°.CC°.LXXX°VI°. Quarto nonis Januarij.

Af Sigillet ett litet stycke qvar.

*) Finnes äfven i 2:ne vidimationer af år 1316, jemte föregående N:o 695 och 756.

906. *a*) Öfversättning (*på papper*). 1286

A. 3. c. 1: 3.

Allom them som thetta breff sie helsom wi Magnus medh gudz nadh electus j vpsala Äwerdeliga j gudj J warom näwara war stadh, erligh fru, Ragnildis erlends dotther, vndheruisande oss aff synne sannindh, thet hon hade giffwet predika brødhrom j Sictuna eth kär, kallat musamyr liggiandes widh sictuna, medh jordhinne, wathn, gräs, oc skogh, oc alla the stykke som ther tilleghat haffwe, at egha medh fullom räth, medh frith wathnlop aff for:da kär tryggia näwastha breeth, ther kallas wara fampn, saa wel gynom aakra som gynom slätha marken, jn thil theras qwern, Ok inghen epterkommende skal brødherna ganghn eller nytta haffwa macth at hyndra J noghra handa maattho, som oppenbarligha hewisas, medh breffwit som ther vppa giffwit är hwilket wi granligha skoddhom ac ranzsakadhom Ok medh myns ärlighx herris konungx incighle oc hennis eghit är stadhfesth ffor then skyl, wi medh then gudz macth wi haffwom, for:da gaffwo gyffna gudz tyänarom j Sictuna gillom wi ok stadhfestom, Thil thes gaffwos stadhfestilse, lathum wi waarth capitels incighle hengiæ for thetta breff, Giffwet j vpsala Anno Domini M°CC°LXXXVI°, 4:o nonas januarij.

907. 1286 d. 14 Febr. Thorkilstorp.

Biskop Bos i Linköping stadfästelse på den af Biskoparne Laas och Henric med Broby Prebenda eller S:t Nicolai Canonicat förenade Biskopstionden af Hägerstad.

B. 3: 138.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis Bo . . diuina miseracione episcopus lyncopensis. salutem in domino Cum longeue consuetudinis vsus & racionis ordo postulat quod racionabiliter actum est litterarum testimonio ad posterorum transfundi memoriam vt calumpniancium morsibus ereptum & munimentis fulcitum debitis per temporum curricula stabile perseueret. Tenore presencium protestamur euidenter quod nos decimam nostram de parrochia hægherstadh prius a venerabilibus patribus dominis .L. & .H. predecessoribus nostris canonie quam felicis recordacionis dominus benedictus quondam episcopus lyncopensis jbidem fundauerat anexam memorate canonie annectimus, factum eorundem predecessorum nostrum, tam pium & racionabile auctoritate presencium confirmantes Jn cuius rei testimonium plenius sigilli nostri patrocinio presentes fecimus roborari. Datum Thorkilsthorp. Anno dominj M°CC°LXXXVI XVI kalendas marcij.

908. 1286 d. 10 Mars. Risanäs.

Olofs af Risanäs Testamente till Husby kyrka af en hemmansdel i Risanäs Öfraby samt andel i Nedre byens skog; och ett par oxar till Kyrkoherden; så ock dessutom sjettedelen af reda penningar och annan förmögenhet.

A. 7. a. 1: 20.

Jn nomine patris & filij & spiritus sancti amen testamentum suum non bene disponit qui terrenis tantum testatur heredibus & non facit christum libere coheredem, sciant ergo presentes ac posteri quod ego olauus de rysænes infirmus corpore sanus tamen mente & memoria testamentum meum ordino in hunc modum, Jn primis heredem constituo sacrosanctam ecclesiam husby in .VIII. parte attungi rysænes in superjorj uilla que dicitur yfraby totaliter sine omni diminucione & in illa parte silue quam habuj de halstano que dicitur aferd inferioris uille. Jtem domino beroni rectori ecclesie memorate personaliter pro anima mea lego duos boues. Jnsuper & sextam partem omnium bonorum meorum mobilium tam in prompta pecunia quam in omnibus alijs rebus & domibus uniuersis. siquis autem heredum meorum hoc testamentum meum attemptauerit infirmare in die districti iudicij dampnatus a domino cum impijs recipiat porcionem. Jn cujus rej testimonium quia sigillum proprium non habuj dominum .b. rectorem ecclesie sepedicte nec non & clementem de thegnaby rogauj quod presentem paginam sigillis suis roborarent. Actum rysænes in stupa mea presentibus domino .b. rectore ecclesie supradicte & clemente thegnaby. karulo halstanj filio & gemone rysænes & dilecta vxore mea estridi nec non & duabus sororibus meis testibus ad hoc uocatis & rogatis. Anno domini M°.CC°.LXXX°VI° Dominica .I^a. quadragesime hora vesperarum.

Bägge Sigillen bortfallne.

909. 1286 d. 15 Mars. Paris.

Officiel Vidimation af salubrefvet på en gård i Paris till Dom-Prosten Andreas i Upsala.

A. 3. a. 3: 6.

Vniuersis presentes litteras inspecturis - - Officialis Curie parisiensis salutem in domino Noueritis nos anno dominj M°CC° octogesimo quinto die veneris post dominicam qua cantatur Reminiscere litteras inferius annotatas vidisse in hec verba Matheus &c. *Se föregående N:o* 808.

Transscriptum autem huiusmodi litterarum fecimus sub sigillo Curie parisiensis sigillari saluo jure omnibus Datum anno & die predictis.

Sigillet skadadt.

910. 1286 d. 23 Apr. Lagunzberg.

Carl Estridssons Testamente af gårdar, penningar och lösören till Kloster, Hospitaler och Kyrkor, samt till Konung Magnus och åtskilliga enskildte personer.

A. 4. a. 2: 10.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen, Mundane felicitatis fallacem prosperitatem cuius blandiciis quis leditur dum lenitur, humaneque condicionis continuum defectum mortis ineuitabilis aculeo concludi sollicita mentis indagine ego Karolus estride filius considerans, ac propterea salubriter anime mee prouidere, & heredum paci meorum consulere desiderans, meum in hunc modum condo & ordino testamentum. Jn primis confero monasterio dominarum in Sko, vbi corporis mei eligo sepulturam, curiam meam in Hamarbÿ cum omnibus mobilibus & immobilibus. Jtem ad redempcionem crucis mee in terram sanctam, assigno. XL. marchas puri argenti. Jtem ad redempcionem crucis in Rigam, assigno centum marchas denariorum. Domino meo regi do vnum vasculum cum balsamo & duas balistas. Jtem Karolo & Benedicto fratris mei filiis, do curiam meam in Østerrørh cum prediis & domibus & tot pecoribus & iumentis que sufficere aliqualiter possint ad curie sustentacionem, & victualibus pro familia necessariis, de reliquis ibidem contentis debita mea soluantur, addo insuper pueris predictis .K. & .B. molendinum in tranbÿggæ cum terra sua. Jtem domine Estridi nepti mee specialiter confero & heredibus eius, molendina mea in Humbla. . . . Jtem domicelle Elene do .VII. solidos cum dimidio auri cum .XX. lapidibus gemmariis. Domicelle Jngeburgi vnam fibulam auream. Ambabus autem simul do .LX. marchas denariorum, & vnam petiam panni gandauensis. Monachis in Werhem do terram totam quam possideo in Wicþenes exceptis prediis que possideo in Norem. Monachis in alvastrum do quartam partem vnius attungi in Esløsum. Monachis de Juluttum, IIII:or. marchas den. Monachis de noua valle. IIII:or Marchas den. Monachis in Gothlandia. IIII:or marchas den. Jtem monasterio dominarum in Gudhem, confero vnam marcham auri cum centum gemmis pro uno calice faciendo. Dominabus in Wretum. IIII:or. marchas den. Dominabus in Askabÿ. IIII:or marchas den. Dominabus in Riseberg, IIII:or. marchas den. Dominabus in Fodhø. IIII:or. marchas den. Dominabus in Godlandia .IIII:or. marchas den. Fratribus predicatoribus Skeningie, do quartam partem vnius attungi in hugstathum. Sororibus apud sanctum Martinum Skeningie, vnam quartam partem vnius attungi in brakastum. Fratribus predicatoribus Skarensibus, IIII:or. marchas den. Fratribus Lÿdosensibus, IIII:or. marchas den. Fratribus Kalmarnensibus. IIII:or marchas den. Fratribus eiusdem ordinis Wisbÿ. IIII:or. marchas den. Fratribus Finlandensibus. IIII:or. marchas den. Fratribus strengenensibus. IIII:or. marchas

den. Fratribus in Westraarus. IIII:or. marchas den. Fratribus Siktonie decem marchas den. & vnum baldekinum cum ymaginibus beate virginis. Fratribus minoribus Stokholm. X. Marchas den. & vnum baldekinum. Fratribus Enicopie. X. Marchas den. Fratribus Østraarus. IIII:or. marchas den. Fratribus eiusdem ordinis skarensibus. IIII:or. Marchas den. Fratribus Junekopie. IIII:or. Marchas den. Fratribus sutherkopie. IIII:or. marchas den. Fratribus in Wisby eiusdem ordinis. IIII:or. marchas den. Fratribus Nykopie. IIII:or. marchas den. Fratribus in Arbugæ. IIII:or. Marchas den. Hospitalariis in Eskistunum .X. marchas den. Jtem cuilibet hospitali in regno .III. marchas den. Jtem ecclesie in Asum do terram trium cribrorum Westgoticorum ibidem in qualibet gerda tam ad usum sacerdotis quam ecclesie seminandam. Jtem ecclesie Lundby, terram quam habeo in Betleem, cum .IIII:or. marchis den. Jtem ecclesie in Rosløsum do vnam oram terre in superiori Asby, in utraque gerda, tam ecclesie quam sacerdoti. Jtem ecclesie & sacerdoti in Herestath, vnam oram terre in Thungastum. Jtem duobus cognatis meis Dagh & Alexandro do terram trium orarum in Beth, & omnem terram quam habui de Paulo in Helghestenum vna cum domibus, & cuilibet eorum insuper specialiter, .XX. marchas den. Jtem Anberno puero meo do dextrarium meum coloris varii, cum omnibus suis attinentiis, & insuper .XX. marchas den. Jtem Laurencio brun, .XX. marchas den. Jtem Thyrgillo puero meo .XX. marchas den. Jtem Nicholao mann, .XX. marchas den. Jtem Haquino tubbæson siue euasero siue non, remitto denarios quos mihi tenetur. Dominum autem meum regem Magnum omni quo possum rogo affectu, ut intuitu seruicij mei si vmquam sibi in aliquo acceptum fuit, hanc mee vltime uoluntatis ordinacionem, per executores quos constituo faciat per omnia obseruari, nec heredes meos permittat bona possessionum aliquo modo iure possessorio submorare antequam supradicta vota mea & donaciones, necnon & debita mea integraliter fuerint persoluta. Executores autem huius vltime mee voluntatis vna cum domino meo rege constituo venerabilem patrem & dominum meum. Magnum archiepiscopum vpsalensem, Dominum Karolum Gøthstaphson. & dominum Jsraelem, quibus omnium bonorum meorum ordinacionem plenarie committo quousque predicta omnia secundum modum pretaxatum fuerint adimpleta, Jpsi etiam de septenario, tricenario, & aliis exequiis que wlgariter Ervi dicuntur, intromittant. Jn cuius rei testimonium vna cum sigillo meo proprio, sigilla domini mei regis, domini archiepiscopi, domini .K .Gøtstaphson, domini Jsraelis, presentis huius mei testamenti executorum, duxi presentibus apponenda. Actum & Datum in Lagunzberg, Anno domini. M°.CC.°.LXXXVI°. Presentibus predicto domino Jsraele. Fratre Johanne priore siktoniensi. Laurencio brun. Thyrgillo. & aliis pluribus pueris meis,

Jn die sancti Georgij Martiris. Jtem lego ecclesie Collpum & sacerdoti eius tres Marchas den. inter eos equaliter diuidendas.

Sigillen N:o 1, 2, 4 bortfallne, remsorne qvar. N:o 3 saknas; N:o 5, ett stycke qvar.

911. d. 2 Maj 1286.

Korssfararen Nils Ubbesons Testamente till åtskilliga kloster, kyrkor och prester af penningar, samt af Nysätra och Skämme till 3 sina systersöner.

A. 4. a. 2: 11.

Jn nomine patris & filij & spiritus sancti amen, Ego Nicholaus vbbason iter crucesignatus ad terram sanctam arripiens, memor quam varij sunt humane fragilitatis euentus, & terminus mortis omnibus est incertus, de bonis mihi a deo concessis in meorum remissionem peccatorum meum testamentum ordino in hunc modum. Fratribus predicatoribus sictunensibus, confero .XX. Marchas den. que solui debent de seby. Fratribus minoribus østraaros, Enicopie, & stokholmis .IX. marchas den. inter illa claustra equaliter diuidendas. Sanctimonialibus in Sko .V. Marchas den. ex quibus tres Marche, cum .IX. suprapositis, solui debent de Skæmmv. Ecclesie mee parochiali gran .IIII. Marchas den. & dimidiam sacerdoti ibidem .XII. oras den. Ecclesie nysæter .I. Marcham den. sacerdoti ibidem .I. Marcham Ecclesie giristum .I. Marcham den. & sacerdoti ibidem vnam. que solui debent, & due marche denariorum claustro sko, de nysæter. Jtem omnia mancipia mihi attinentia vbicumque fuerint, dimitto libertati. Jnsuper inter heredes meos si me redire non contingat, bona mea taliter ordinauj. Nysæter .XI. oras terre cum mobilibus & immobilibus do Ragnwaldo filio sororis mee, exceptis mancipijs. Beroni alterius sororis mee filio .XI. oras terre cum mobilibus & immobilibus in Skæmmv, exceptis mancipijs. Gregorio tercie sororis mee filio .XVI. solidos terre in Skæmmv. & ipsum eximo a mei solucione testamenti. Testes huius mee donacionis & ordinacionis, presentes fuerunt, dilecta vxor mea Juliana, pater suus hagbardus, ærlingus, Laurencius de øræsund, dominus .W. sacerdos de gran, soror mea Margareta. Ragnfridis filia sororis mee, Nicholaus maritus suus, Ragnwaldus & bero filij sororum mearum, fratres predicatores de Sictuna bo & bero. Exequtores autem istorum omnium, constituo venerabilem patrem, dominum meum .M. archiepiscopum vpsalensem, & dominum .b. fratrem suum, quorum sigilla necnon conuentus fratrum predicatorum sictunensium, in rei facte euidenciam presentibus sunt appensa. Actum anno domini .M°.CC°.LXXXVI°. Sexto Nonas Maij.

Sigillet N:o 1 till det mästa bortfallet, N:o 2 och 3 något skadade.

912. 1286 d. 14 Maj.

Margareta Johansdotters Testaments- och Gåfvobref på gården Norör i Wermeland, till Nydala kloster.

A. 3. x. 1: 26.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Ego Margareta Johannis dicti wermskæ quondam filia in extremis laborans sarcinamque delictorum meorum uehementer agnoscens in eorundem minoracionem remissionemque peccatorum condo testamentum meum in hunc modum videlicet vt ecclesie & fratribus monasterij Noueuallis domino deo seruientibus aput quos locum eligo sepulture predium meum dictum norør cum omnibus suis attinenciis, videlicet agris. pratis. Siluis & piscacionibus. quod in terra Wermalandhe situm est cum consensu & voluntate predilecte matris mee, que mihi heres est specialis & singularis consenciente eciam dilecto coniuge suo vitrico meo Domino Æringiselo inperpetuum confero possidendum. Ne igitur predictis fratribus uel eorum successoribus super donacione predicta aliqua possit in posterum calumpnia suboriri presentem litteram impressione sigilli memorati vitrici mei domini Æringisili quia sigillum proprium non habui nec dilecta mater mea in pleniorem premissorum euidenciam tradidi sigillatam, Presentibus Domino Sigmundo presbitero de Owaxthorp, botulpho de Nybili. Rørico de wernæmo. Gøtæ de horghum & aliis quamplurimis honestis viris & discretis, Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°VI°. Pridie Jdus Maij.

Sigillet bortfallet.

913. 1286 d. 22 Maj. Stockholm.

Konung Magnus IIs Bref på vissa kronans andelar i hemmennen Norrby i Wingru och Husaby i Bro samt fisket under bron och en viss del af Upsala å till Utvalde ÅrkeBisk. Magnus och Upsala Domkyrka i utbyte emot dess gods på Walmundsöen, och i Ekeby samt Stockholms hospitals grund, med undantag af sjelfva tomten, hvarpå Hospitalet fordom stått.

A. 7. a. 1: 18.

Omnibus christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris, Magnus Dei gracia sweorum gothorumque rex, Salutem in domino sempiternam, Quia summus rerum opifex deus. de rebus humanis sic prouidit vt in eis nichil esset, quod non varietati temporum seu transmutacioni subiaceret. Profecto patet omnium mortalium facta temporis motum sequi & per consequens non participare naturam perpetuj, sed ex sui natura esse transitoria & ca-

& caduca Ne ergo cum tempore elabantur, que aguntur in tempore, necesse est ut scripture aminiculo fulciantur, Hac igitur consideracione nos inducti volentes permutationem prediorum regalium et ecclesie vppsalensis factam per nos ex vna parte. & Reuerendum patrem dominum Magnum dei gracia Electum vppsalensem consecratum. ex altera, in noticiam tam posterorum quam presencium, devenire, presenti scripti tenore, significamus vniuersis, Quod nos predia corone regalis sita in wingru in villa Norby, viginti duas oras terre & dimidiam marcham in Hosæby in bro, cum aruis. pratis. agris, piscacionibus. siluis. venacionibus, ac omnibus & singulis eisdem prediis attinentibus, Jtem piscaturam sub ponte. Arusie que nunc vppsalia dicitur, & medietatem ampnis a piscatura predicta vsque ad finem brachii molendinaris, que tribus ibidem ljmitibus designatur, & continet in longitudine sexcentos & quinquaginta pedes, pro prediis dicti domini Electi, & ecclesie sue widelicet in Walmunzø, tredecim oris terre, cum dimidia & duobus denariis terre et dimidio, Jtem pro duodecim oris terre in echybý. cum agris. pratis. piscacionibus, siluis, ac singulis aliis eisdem prediis attinentibus. Jtem pro area tota cymiterio dumtaxat excepto in qua situm quandoque fuerat scenodochium Leprosorum stokholm*is* cum predicto domino, M, & ecclesia wpsalensis, permutamus jn ipsum & ecclesiam predictam jus proprietatis & possessionis dictarum possessionum. pleno jure. transferentes, Huic *autem* contractuj nostro interfuerunt, Reuerendj patres, domini Anundus strengenensis, petrus arusiensis dei gracia episcopi. Jtem domini Johannes archydyaconus, andreas prepositus, nicholaus decanus, Olauus & Karolus canonici vpsalenses, Jtem dominus Johannes prepositus strengenensis, Jtem domini magnus Jon son. knut mathies son, Anundus Harald son, wlph Hulmgers son, wernerus brunkogh, thuri kyætil son, hulmuidus arbiornar son Rød kyældor son, philippus finwidar son, Israhel legifer tiundie, Nieholaus ingimundar son, Benedictus bo son, Benedictus Peter son, jtem haquinus attundie & bero Sudermannie legiferi, & Ericus østens son, Quia vero non solum dicta sed etiam facta mortalium, obliuionis senciunt dispendium, ne nostre commutacionis tam solempniter celebrate, tam racionabiliter contracte & tam vtrique parti necessarie pereat testimonium nos presentem Litteram sigillo nostro vna cum sigillis dominorum episcoporum superius memoratorum, fecimus communiri, per ipsam. omnium predictam nostram permutacionem calumpniari volentium calumpniam perpetuis temporibus excludentes, Actum & Datum stokholm*is* anno domini M°,CC.LXXX sexto, vndecimo kal. junij, Anno Regni nostri Duodecimo, Jnterliniarem approbamus.

Sigillen 3 till antal äro mest bortfallna.

Jnterlinearem *synes hafva afseende på öfverskrifna ordet* calumpniam.

914. 1286 d. 25 Maj. Stockholm.

Konung Magnus I:s gåfvobref på Sverdsö till Domprosten i Upsala Andreas och dess broder Israel.

A. 7. 1: 21 *).

Magnus dei gracia sueorum gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam, Tenore presentium notum facimus vniuersis, Quod dilectis nobis fidelibus nostris, Dominis Andree preposito vpsalensi & Jsraeli fratri ipsius insulam dictam suerzø cum ceteris pertinencijs conferimus jure hereditario ac perpetuo possidendam, Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus ad euidenciam pleniorem, Datum stokholmis anno Domini Millesimo, Ducentesimo, LXXXVI°. Octauo kalend. Junij.

915. 1286 d. 2 Juni. Nyborg.

Hertigen af Holstein, Gerhards gåfvobref till Konung Magnus i Sverige på 4 åttingar jord i Husaby.

A. 6. a. 1: 34.

Gerardus dei gracia junior comes holsacie et in Scowenberg, Omnibus presencia visuris, constare volumus, et notum esse, Nos, illustri principi genero nostro dilecto, domino, M, Sweorum regi, de libera nostra voluntate, dimisisse quatuor octenarios terre, in villa hosabu sitos, in wisendesa, libere possidendos, dantes eidem plenam potestatem, pro nobis, et nostris heredibus, de predictis bonis, ordinandi, et faciendi, pro sua vtilitate, quicquid eidem visum fuerit expedire, Jn cuius rej testimonium, presentes literas conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborarj, Datum Nvborch in festo pentecostes Anno dominj. M°.CC°.LXXX°. Sexto.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

916. 1286 d. 10 Juli. Lödese.

Några Norrska Biskopars bref på 40 dagars aflat för botgörare, som bidraga till Strengnäs domkyrkas byggnad eller prydnad.

A. 3. g. 2: 12.

Uniuersis christi fidelibus Presentes Litteras inspecturis. Andreas Asloensis. Arno stawangrensis. Narwo Biærgensis. Dei gracia Episcopi. Jørundus

*) Efter en af ÄrkeBisk. Nils d. 9 Apr. 1298 bekräftad afskrift.

Hamarensis. & Dolfinus Orkadensis eadem gracia Electi. Salutem in domino Jhesu christo. Quoniam ut ait apostolus &c. *till* vitam eternam. Cum igitur ecclesia Cathedralis beatorum apostolorum Petri & Pauli in ciuitate strengnensi. sumptuoso sit opere inchoata & de multis indigeat ad ornatum sui & sibi adherencium. Nos de omnipotentis dei misericordia & apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus & confessis qui dicte ecclesie manum porrexerint adiutricem. Nos Andreas asloensis. quadraginta dies. Nos Arno stawangrensis. XL^a^. dies. Nos Narwo Bitergensis. XL^a^. dies. Nos Jørundus Hamarensis XL^a^. dies. Nos Dolfinus Orkadensis. XL^a^. dies de iniunctis *sibi* penitenciis misericorditer relaxamus. Datum Luthosie anno domini Millesimo. Ducentesimo. Octogesimo. *Sexto*. VI°. *Idus*. Julij.

Sigillen bortfallne, men de 5 remsorna äro qvar. NB. *Sexto* och *Idus* äro nästan utplånade.

917. 1286 d. 12 Juli.

Margareta Carls dotters betyg att hon genom lagligen gjordt byte emottagit Lydolfstorp i Wätle härad af Svantepolk, Hertig Knuts son, för en qvarn i Östergöthland.

A. 6. a. 1: 36.

Uniuersis presens scriptum inspecturis Margareta domini karuli swænkæ sun quondam filia jn domino vitam & salutem. Quoniam hominum memoria *labilis est*, ideo ea que geruntur in tempore ne labantur cum tempore debent litterarum testimonijs commendarj. Nouerint igitur omnes istas littteras auditurj, nos predium quoddam in lydholfs thorph in vetlohærad pro molendino nostro in regheunsbalgh in osgocia & fundo vno ibidem adiacente ab jnclito domino swantepolko ducis kanuti quondam filio in commutatione recepisse. forma iuris seruata secundum dictamen legum & patrie consuetudinem approbatam. vt ergo huiusmodi cambium firmiter perseueret, presentes dicto domino litteras scribi fecimus in euidenciam acte rej. Rogantes heredes nostros ne memoratum dominum. S; aut heredes suos super predicta commutatione velint modo aliquo molestare. Scriptum anno domini. M°.CC°,LXXX,VI. Quarto, jdus, Julij.

Sigillet, hängande på en ur brefvet klippt remsa, är utnött.

918. 1286 d. 9—14 Sept. Sigtuna.

Fru Elisabeth, Herr Gzres enkas Testamente på gårdar i Lösta, Kolhamra, Bedarne, Tweta, Skirlaby och Myklaby, till åtskilliga Kloster, Hospital, och Kyrkor samt en ko åt hvarje sin Sockenprest.

A. 4. a. 12.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Quoniam varii sunt humane fragilitatis ewentus & terminus mortis omnibus est incertus, necesse

est dubios casus certis rationibus preuenire, presertim cum geste rei noticia processu temporis cito tollatur a memoria nisi voce testium, aut litterarum indiciis posteris prebeat viuacis memorie firmamentum. Jnnotescat igitur tam posteris quam modernis quod ego ELISABETH domini geronis quondam filia, de bonis mihi a deo concessis in remissionem peccatorum meorum meum taliter condo & ordino testamentum, Fratribus predicatoribus Siktonie apud quos eligo sepulturam. do curiam meam Løstum cum omnibus mobilibus & immobilibus, Ad fabricam ecclesie vpsalensis vnam oram terre in culambri. Fratribus minoribus østraaros dimidiam oram terre ibidem. Fratribus minoribus in enikopia dimidiam oram terre ibidem. Fratribus minoribus in stocholm dimidiam oram terre ibidem. Ecclesie sancti olaui in siktonia vnam oram terre ibidem. Ecclesie othinsharg vnum solidum terre ibidem. Hospitali in enikopia dimidiam oram terre ibidem. Sanctimonialibus in Foddø duas marchas terre in Bedarnum cum domibus. Sanctimonialibus in Sko octo solidos terre ibidem. Fratribus predicatoribus vestraaros quatuor solidos terre ibidem. Fratribus predicatoribus strengenesie quatuor solidos ibidem. Sororibus apud sanctum martinum skeningie curiam meam twetum in fanø cum omnibus mobilibus & immobilibus. Ecclesie kalmari duos solidos terre & dimidium in Skirlaby. Ecclesie Løth vnum solidum terre in myklaby. Cuilibet sacerdoti ecclesiarum mearum parrochialium vnam vaccam. Jn cuius donacionis & ordinacionis mee testimonium Sigillum meum, necnon & domini mei Magni illustris Sweorum gotorumque regis, & venerabilium patrum, Domini magni archiepiscopi vpsalensis, Domini Anundi episcopi Strengenensis Domini Johannis episcopi aboensis, Sigilla duxi presentibus firmiter appomenda. Actum Siktonie anno domini M°CC°LXXX°VI. Jnfra octauas nativitatis beate virginis.

Sigillen, 1 Konungens, 2, 4, 5 andeliga, skadade, 3 bortfallet, remsan qvar.

919. 1286 d. 22 Sept. Stockholm.

MAGNUS JOHANSSONS gåfvobref till KETTILFAST från Nyköping på hemman i Bergshammar, Blaksta, m. fl. lägenheter.

A. 7. 1: 19. *).

Omnibus presentes Litteras jnspecturis, MAGNUS JOHANNIS filius, salutem jn domino sempiternam, Quoniam ob labilem hominum memoriam viteque fragilis breuitatem que racionabiliter acta sunt frequenter in dubium reuocantur & raro proueniunt ad puram noticiam posterorum Nisi scriptura su-

*) Finnes äfven i odaterad vidimation af BENGT Bos son, hvarest namnen skrifvas: bershamarh, blaxtum, hælghældør, brytia arnøde, brytia suanævik, østigh, ingimunda nes, skararum.

perstite succedentibus pateat quod aliter aboleret mors & obliuio frequenter eciam prauitas & inuidia peruersorum, Tenore presencium tam posteris quam presentibus constare volumus vniuersis, Quod Discreto viro Kyætilwasto de nycopia, Curiam quam possedimus in bierxhamarh cum siluis pischariis & attinenciis ceteris intra sepes & extra quatuor quoque solidos terre in blaxstum duobus denariis minus in ælghældør vnam hastam terre cum dimidia, Jn prato brytiæ arnedhe terciam partem, Jn prato brytiæ swanæwikh terciam partem, de prato ørstigh, sextam partem, De opido ingimundæ næs sextam partem, & de opido skarærumh terciam partem, pro pleno precio vendidimus secundum sollempnem legum tytulum, & terre consuetudinem approbatam, Transferentes in ipsum kyætilwastum & heredes suos, omne Jus & dominium, dictam curiam curiam, cum prediis aliis supra (*sic*) scriptis, Regendj, vendendj, donandj, commutandi, ac quocumque modo ipsis congruum & commodum visum fuerit, ordinandj, Jn premissorum igitur testimonium & pleniorem euidenciam, vna cum sigillis, Magnifici principis Domini Magni sweorum gothorumque regis illustris, wenerabilium patrum Dominorum, M, archiepiscopi vpsalensis, benedictj, lyncopensis, &. Anundi strengenensis episcoporum, Sigilla, nostrum proprium, Domini Johannis Ængil, & Magni gregoris son sunt appensa, presentibus & annexa, Datum stokholm anno domini, M°,CC°,LXXX° sexto. X° kal. Octobris.

Sigillen: 1, 3, 4, 5, bortfallne, men urblekta röda silkestrådar qvar; af 2, 6, 7 finnas stycken.

920. 1286 d. 28 Sept. Alsnö.

Konung Magnus I:s Bref för Wisingsös invånare på full rätt till timmer, ved m. m. i Westergöthlands allmänningsskogar.

J. 22: 71.

Pro inhabitantibus Visingxöö.

Alle the thetta breff varda siande Magnus med gudz nade Sweia oc Gōtha konunger Ewerdeliga helsa i gudi Viliom vj oc tillathom at visingxōōs inbyggare skulo haffua fullan rätt i almenningx skogom i vestergylland, Hugga timber sig till husabyggning Veda brond oc alzskonss ambud Loffflega vthan alla sak Vndantagnom them träm som aallan eller nōtter bāro Teslikes mulabeet til theres fänad ffōrbiudende starkeliga oc strengeliga at naaghen dyrffues them her ower nogerledes platza eller bedröue Oc Geffuom them ther vppa thetta vort breff beseglat med voro insigle Giffuit Alznōō Aarom epter gudz byrd M CC LXXX pa thet sjette 4 kalendas octobris.

Ad idem in Latino.

Omnibus presentes litteras inspecturis MAGNUS de gracia Sweorum gotorum rex Salutem in domino sempiternam Admittimus & volumes quod habitatores insule visingxōō in siluis communibus terre vesgotie ius habeant ligna non glandes aut nuces deferentes ad focum suum instrumenta quelibet aut domos inpune & libere excidendi & deferendi Item pecora sua depascendi Prohibentes itaque firmiter & districte ne quis ipsos super hoc presumat aliquatenus molestare Presentes ipsis super hoc litteras nostro sigillo reddimus sigillatas Datum alznōō Anno Domini 1286 quarto kalendas octobris.

921. 1286 d. 7 Oct. Dåwö.

Konung MAGNUS I:s Gåfvobref till Svartbrödra klostret i Stockholm på vattnet mellan Stockholms Stad och Riddarholmen, jemte förbud att, utan klostrets Provincial-Ministers tillstånd, uppföra byggnader på Riddarholmen eller i staden längre ut i bemäldta vatten, än som redan blifvit byggdt.

A. 3. e. 4: 1. *).

MAGNUS dei gracia Sweorum Gothorumque, Rex, Uniuersis presens scriptum visuris, salutem in domino, Notum esse cupimus presentibus & futuris, nos dedisse & assignasse loco & insule fratrum minorum Stokholm totum fundum aque iacentis inter ciuitatem & insulam supradictam, Jnhibentes ex nunc sub optentu gracie nostre, ne aliquis de cetero a parte ciuitatis quicquam edificet, ultra domos nunc edificatas contra insulam memoratam, Simili etiam modo inhibemus, ne quisquam domum aliquam edificet, vel edificari procuret in insula sepedicta extra locum claustri sine licentia prouincialis Ministri, Cum sit tota fratrum usibus & utilitatibus perpetuo deputata, Vt igitur hec inuiolabiliter obseruentur, presentem paginam nostro sigillo communitam ipsis fratribus dedimus ad memoriam futurorum, Datum, Dafhø, anno domini, M°. CC°. LXXX°VI°. Die lune jnfra octauam Beati Francisci confessoris.

Kongl. Sigillet, i grönt vax å gula och röda silkestrådar, är skadadt.

922. 1286 d. 7 Oct. Dåwö.

Konung MAGNUS I:s Gåfvobref på fordna Hospitalets grund, m. m. på Norr Malm till anläggande af St. Claræ kloster i Stockholm.

A. 3. f. 1: 1.

MAGNUS dei gracia Sweorum, Gothorumque Rex, Uniuersis presens scriptum cernentibus, salutem in Domino, Geste rei noticia, ne processu temporis

*) Finnes äfven i en af Hertigarne ERIC och WALDEMAR 1307 d. 29 Nov. bekräftad afskrift.

dubietatis caligine inuoluatur perhennari solet litterarum indiciis, ex quibus preberi possit posteris credulitatis firmamentum, Ea propter constare uolumus tam presentibus quam futuris, nos ad Dei cultum & profectum animarum totum fundum et territorium Hospitalis quondam leprosorum apud Stokholm, quod de Domino vpsalensi archyepiscopo titulo empcionis habuimus, vna cum orto nostro ibidem, & monte, qui dicitur Malm, ac toto terre spacio ad occidentem dicti, Malm, usque ad litus stagni versus occidentem & a littore meridiano usque ad juga moncium communitati attinencia. que sunt e proximo versus aquilonem, dedisse ordini sancte Clare perpetuo possidenda, ad construendum & inhabitandum inibi Monasterium, & ad alia necessaria sororibus ordinis memorati secundum ordinacionem Ministri fratrum Minorum, volentes, vt via communis que vergit de Stokholm versus østre aros, & nunc per dictum spacium dirigitur, ponatur ad aquilonem ipsius spacij, iuxta montana predicta per transversum sepedicti Malm, ad viam que ab oriente ipsius ducit ad ciuitatem, Jn testimonium autem huius nostre donacionis, presentem litteram nostro sigillo, vna cum sigillis nobilium virorum scilicet Domini, Benedicti prepositi Scarensis, Domini Vlf Hulmgers son, Domini Haquini Marskalci nostri, & Domini Werneri Brunk, qui presentes aderant duximus muniendam, Datum & actum Dafhø, Anno domini, M°,CC°LXXX°, sexto, Die lune infra octauam Beati Francisci.

Sigillen: 1 Konungens i grönt vax på gula och röda silkestrådar; 2 bortfallet; 3 Andeligt, på rödt 4 på hvitt, och 5 på rödt silke, allt i grönt vax.

923. 1286 d. 12 Oct. Dåwö.

Konung Magnus I:s vidimation och bekräftelse på K. Knuts gåfvobref till Wiby kloster.

A. 3. h. 1: 9.

Magnus dei gracia sweuorum gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino, Tenore presentium notum facimus Nos perspexisse & legisse magnifici principis domini Kanuti quondam regis sweuorum, litteras, sigillo suo, & sigillo venerabilis patris domini petri archiepiscopi wpsalensis, sigillatas, quarum tenor erat in hunc modum. Jn nomine &c. *Se föregående N:o* 113. Nos igitur, Magnus, memoratus rex sweuorum, suprascriptam donacionem ratificamus atque ad ratificacionis testimonium, presenti scripto sigillum nostrum apponi facimus, ad euidenciam pleniorem, Datum, Dawø anno dominj M°CC°,LXXX°. Sexto, quarto Jdus octobris. Anno regni nostri duodecimo.

Ett större stycke af sigillet vidhänger.

924. 1286 d. 13 Oct. Dåwö.

Konung Magnus Es vidimation och stadfästelse på K. Knuts gåfvobref till Wiby kloster.

A. 3. b. 1: 3. *).

Omnibus presentes Litteras jnspecturis, Magnus dei gracia sweorum gothorumque rex, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus vniuersis, Quod nos. Magnifici principis Domini kanuti quondam regis sweorum illustris Litteras sub sigillo suo. vidimus & perspeximus. Jn hec verba, Ego Kanutus &c *Se föregående N:o* 64. Nos igitur Magnus. rex sweorum supra scriptus, premissa omnia secundum quod acta sunt Ratificamus, atque in ratificacionis testimonium, sigillum nostrum presentibus apponi fecimus ad euidenciam pleniorem, Datum Dawo anno domini M°,CC°,LXXX sexto, III. Jdus octobris, Anno regni nostri Duodecimo.

Ett större stycke af sigillet vidhänger.

925. 1286 d. 21 Oct. Baldtæhi.

Hafrid Sigtryggs dotters testamente af sitt gods Äsperyd till Gudhem, och penningar till åtskilliga andra kloster, med anordning af sina öfriga gods till sonen Bengt samt döttrarna Ragnfrid och Christina, så ock friheten åt trälen Tove och dess 2 små barn.

A. 4. a. 11

Vniuersis presens scriptum inspecturis. Hafridis Sitragi quondam filia. pacem in dej filio continuam cum salute. Cum uarij & inexcogitabiles sint humane fragilitatis euentus nec quisquam nisi illustratus diuinitus prescire poterit quo fine uel quando diem claudere debeat extremam. Hinc est quod ego Hafridis salutj anime mee preuidere volens testamentum meum condere disposui in hunc modum. Do igitur primo cenobio sanctjmonialium in gudhæm predia mea sita Hæspiryd cum omnibus attinencijs & capellam meam ad altare sancte Katerine ibidem ubi etiam eligo sepulturam. Claustro uarnem unam marcam purj. Item cuilibet monasterio uesgocie unam marcam purj Jtem hospitali lodhosiensi .I:am. marcam purj. Hospitali scarensi .I:am. marcam puri. Jtem sacerdotj unicuique parrochiali ubi bona mea continentur unam marcam denariorum. Ecclesie anguthorp unum agrum. Touo cum duobus infantulis libertatem. Donacionem quam assignaui dilecte filie mee cristine de gudhæm per litteras & sigillum meum approbatam. eandem iterato presenti scripto communio & confirmo. Jnsuper clareat uniuersis quod quandam commu-

*) Finnes äfven i vidimation af Konung Magnus II Birgersson 1340 d. 19 Mars.

commutacionem feci cum filio meo domino benedicto assignans eidem duas curias meas hualstadhi & hørydhær propter alias duas competentes curias de patrimonio suo grafryd. ac espiryd iuxta omnem racionem que dicitur umfærd cui condicioni interfuit filia mea rangfridis ac alij fidedigni. facta autem hac condicione filie mee rangfridi supradictam curiam grafryd cum omni rigore legis quem iterum appellamus uulgariter umferd erogaui. cui iuris racioni institit filius meus dominus benedictus. Huius igitur pacti mediatores fuerunt. dominus haquinus tunonis. Dominus magnus kanutj filius. Dominus ormerus. dominus petrus de anguthorp. & alij plures nobiles & discretj. Jtem ad habendam huius rej noticiam pleniorem sigillum illustris domini M. regis Sveorum. Ac uenerabilis patris nostrj scarensis episcopi. domini magni kanutj filij. domini petri sacerdotis de anguthorp & sigillum proprium presentibus sunt annexa. Si quis hanc donacionem refringere attemptauerint (*sic*) iram dei & omnium sanctorum senciat ulciscendam. Datum baldtæhi anno domini. M°.CC°.LXXX°VI°. in die undecim milium uirginum.

Sigillen. N:o 1, 4, 5 bortfallne, remsorne qvar. 2. Andeligt. 3. Andeligt, skadadt.

926. 1286 d. 23 Oct. Linköping.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts bref till Hägerstads Församling, om Biskopstiondens utgörande till Kaniken Mag. Wimund.

A. 3. o. 1:

Benedictus Dei gratia Episcopus lincopensis Dux finlandÿe Dilectis sibi in christo filiis parochianis de hægirstad Dilectionem in domino cum salute. Noueritis quod nos dilecto nobis in christo magistro Wimundo canonico nostro decimam nostram penes vos que canonie sue a multis retroactis temporibus annexa fuerat assignamus possidendam. mandantes. eidem super hiis iusticiam exhiberj Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum lincopie. Anno domini. M°.CC°LXXX°VI°. Decimo kal. novembris.

Sigillet bortfallet, äfvensom den ur brefvet klippta remsan.

927. 1286 d. 28 Oct. Gudhem.

Gunnur Algots dotters gåfvobref på sitt fäderne arfvegods i Ögalunda, tillika med en qvarn, till Gudhems kloster.

A. 3. å. 2: 8.

Ego Gunnur Algotj filia in remissionem peccatorum meorum confero ecclesie sancte marie de gudhæm fundum quem ex hereditate paterna possideo øghalundum cum omnibus attinencijs uidelicet siluis piscarijs & cum uno molendino. Alium uero fundum quem ibidem ex successione materna possideo ad usus proprios uolo reseruare. preter uthskiptir silicet siluas piscaturas quas omnes utriusque fundi ecclesie gudhæm superius nominate confero & assigno. Hujus rej testes sunt dominus episcopus. dominus prepositus ac alij plures fidedignj. ad quod etiam testimonium sigillum domini episcopi est appensum. Datum gudhæm anno domini. M°.CC°.LXXX°.VI°. in die apostolorum simonis & iude.

Sigillet, som hänger i en ur brefvet klippt remsa, är andeligt, med intryck på båda sidor, men mycket skadadt.

928. 1286 d. 27 Nov. Linköping.

Biskopens i Linköping, Hertig Bengts till Dom-Capitlet gifne Privilegier.

A. 3. o. 1.

Vniuersis christifidelibus presens scriptum visuris uel audituris. Benedictus miseracione diuina Episcopus Lincopensis, Dux Finlandie salutem in domino sempiternam. Seculari deputati milicie a terreno prorsus imperio variis priuilegiis ac diffusis libertatibus non immerito sunt ditati. ad quorum instar quis sane mentis ambigat christi ascriptos milicie amplioribus ac vberioribus exsequendis libertatum cumulis quibus forcius certamen aggredientibus, regnumque sui principis primum querentibus ipso attestante, adici omnia hec debere. Verum quia mater ecclesia maiori quam filie debet honore & reuerencia humilius amplexari. racioni consonum arbitramur, vt ipsius matris ecclesie ministri pre filiarum ministris prerogatiuam habeant episcopalem. Quamobrem tam personis in dignitate constitutis de collegio ecclesie nostre Lincopensis quam ceteris eiusdem collegij Canonicis duximus indulgendum. vt nullus eorum decetero ecclesiam habens dignitati uel prebende annexam seu alias collatam, cathedraticum, synodaticum, procuracionem, contribucionem, subsidium, aut questum quemlibet episcopo soluere seu reddere teneatur. adicimus insuper vt prefate dignitatum persone ac canonici memorati collegii, super decimis ac causis episcopalibus quibuscumque de bonis

ecclesiasticis prouenientibus que in presenciarum possident, ac deinceps ipsos possidere contingit. necnon & de villicis, colonis, inquilinis, emphiteotis. Feudotariis. & eorundem familiis, recipiendi. disponendi, ordinandi pro placito liberam habeant facultatem. Ceterum admittimus & volumus quod prefate dignitatum persone in suos clericos & vicarios. ac alii canonici nostri quilibet in suos clericos & vicarios, in quocumque crimine delinquentes, exceptis duntaxat inieccionibus manuum violentarum in clericos. & eciam in eorundem clericorum siue vicariorum concubinas si quas habuerint, & in quocumque loco ipsas detinuerint animaduersione debita, corrigendi & castigandi auctoritatem plenariam obtineant, quolibet alio postposito correctore. nisi cum Episcopo qui pro tempore fuerit sepedictas dignitatum personas aut canonicos, in huiusmodi corrigendis excessibus neggligentes veraciter intellexerit, nimium & remissos. Jn huius igitur facti testimonium & euidenciam ampliorem siggillum nostrum vnacum siggillo Capituli nostri presentibus litteris duximus apponendum. Actum & Datum lincopie Anno Domini. M°.CC°. LXXX°. sexto quinto kalendas Decembris. Episcopatus nostri Anno Primo.

Bägge Sigillen bortfallne, remsorna qvar.

929. 1287 Wisby.

Biskop Bengts i Linköping bref på 40 dagars aflat för botfärdiga, som besöka Cisterciensernas Nunnekloster (Solberga) på Gottland.

A. 8. b. 1.

B. dei gracia Lyncopensis episcopus. Dux finlandie. Dilectis sibi in christo. . priorisse ceterisque sororibus ordinis Cisterciensis in gotlandia. salutem in domino sempiternam. Profectui vestro studentes, et paupertati vestre compacientes, sed et fidelium deuotioni prouidentes, Licenciam vobis concedimus ut in omnibus dominicis inmediate festa beate virginis patrone vestre sequentibus stacionem et predicacionem habere possitis sicut vos habuisse antiquitus estis protestate. et vt ipsa ecclesia vestra in dictis stacionibus deuocius frequentetur, Nos de omnipotentis dei misericordia confidentes omnibus vere penitentibus et confessis qui in dictis diebus ecclesiam vestram visitauerint ex deuocione XL dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum anno domini. M°. CC°LXX° VII°. jn Wysby.

Sigillet bortfallet.

930. 1287.

Carl Gustarssons skuldebref på 7 mark silfver till sin syster Margareta, för hviken skuld Forsa qvarn lemnas till pant.

A. 6. a. 1: 35.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Karulus gøzstaf son, salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo omnibus, me teneri obligatum dilecte sorori mee margarete jn septem marchis puri argenti per natale domini proximo futurum persoluendis, si autem me mori contigerit infra dictum terminum ipsi sorori mee molendinum meum in forsum inpignoraui pro argento memorati, vsque dictum argentum per me vel per heredes meos fuerit persolutum, & si dicta pecunia in natali vt dixi non persoluitur ipsa statim in suam potestatem recipiat molendinum jn cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillis dominorum haquini tunæ son nicholai sigrithæ son, Datum anno domini M°CC°LXXX° septimo.

På frånsidan med gammal hand: thetta är brefvet vpa forsa qwärn.

Sigillen: 1. Med vapen: omskriften skadad. 2. Med vapen, omskriften; + s'nicholai - - igridis filii.

931. 1287.

Botilds af Wimark Testamente på jord i Serpaboda till Linköpings domkyrka och penningar till åtskilliga kloster.

A. 4. a. 13.

Jn nomine domini amen, Quoniam ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit, necessarium esse dinoscitur, extremi iudicij diem, operibus misericordie preuenire, hinc est quod ego Botildis de Vỳmarkum, sana & incolumis, ac per omnia optime mei compos, diligenti deliberacione prehabita, & maturo consilio, ne me in annis senilibus, repentina morte, tolli contingat de medio intestatam, de bonis mihi a deo collatis taliter duxi ordinandum, Jn primis confero ecclesie Lincopensi, dimidium octenarium terre in serpæbothum, perpetuo possidendum. Jtem fratribus minoribus Lincopie .XV. marchas denariorum, apud quos quandocumque me de presenti seculo continget emigrare ecclesiasticam eligo sepulturam, Jtem ffratribus eiusdem ordinis Sudhercopie, X. marchas denariorum, Jtem ffratribus predicatoribus Skæningie .V. marchas den. Jtem sanctimonialibus in Wretis .V. marchas den. Jtem sanctimonialibus in Askæbỳ, V. marchas den. Jtem ecclesie wirsnungsrum, bona que possideo Gunwatabothum, ita tamen quod omnes prouentus earundem, per-

petuo, pro uino, cera, uel alijs diuino cultuj necessarijs, expendantur, huius autem donacionis sev testamenti testes sunt, gardianus sudhercopensis ffrater Jngeldus, cum socio suo ffratre bothwido, ffilius meus thwlpho, Jngo, Thuko, Sywykinus pistor, ciues Sudhercopenses. Vt autem hec mea ordinacio debitum sorciatur finem & effectum, presentem paginam, sigillis suppendentibus, hoc est thwlphonis filij mei, prepositi Sudhercopensis, communitatis ciuitatis ibidem, ac fratrum minorum eiusdem loci feci communiri, Actum anno domini. M°.CC°.LXXX°VII°.

Sigillen N:o 1, 3, 4 bortfallne, rimsorne qvar; N:o 2 andeligt; mycket skadadt.

932. 1287. d. 3 Febr. Filungshed.

Intyg å hvad andel Prosten Wimund ägde af fisket i Fölinge, Kisa socken.

A. 6. a 1; 10. *)

Anno domini M°CC°.LXXXVII°. habuit prepositus Wimundus. de johanne jngason de haldens bole quartam partem attongi in piscariis in filunge nordhanlands. Jtem de finuido de frodhult et nepote eius kanuto, habuit tantum. Jtem de Swenone de vrabodhum, quartam partem de tercia parte attongi, habuit primo. deinde habuit de eodem secundo. tantum, et hoc totum factum fuit in crastino purificacionis beate virginis. jn maiori stupa filungxhedhe, fæsteman fuit ærnelius de kysæ, Testes, johannes de myældrem, herotus de korpæ kleff, bondo companarius, johannes vpsyæ, et alii plurimi fidedigni.

933. 1287. d. 21 Febr. Lund.

Arvids af Lund testamente af en fors med fiske i Skätharg, samt ½ markl. jord och hälften af husen i Lund till Ärke-Biskopsbordet i Upsala, mot kläder och behöfligt uppehälle deraf i sin lifstid.

A. 3. a. 3: 9.

Jn nomine patris. et filii. et spiritus sancti. Amen. Ego Arwidus de lund quamuis corpore sanus tamen in etate decrepita, constitutus. Considerans quod illum felicem censuerit antiquitas qui periculum alienum sibi conuerterit in cautelam. Jgitur periculosa res senectus. que quos occupat multis circumdat incommodis & molestat. cor meum multipliciter exterruit et concussit. Nam vergente deorsum conditione corporea sensus ebescunt. vires de-

*) Efter en af Dom-Prosten och Capitlet samt Fogate och Råd i Linköping d. 16 Mars 1337 bekräftad afskrift.

ficiunt. memoria penitus exulante. propter quod multos notaui senes quamquam locupletes rerum temporalium jacturam grauiter incurrisse. a quo michi cupio ne simile quid paciar per diuinam gratiam precauere presertim cum ab heredibus meis & generis pro solaciis que ab eis sperare deberem molestias multiplices cotidie reporto. Quam ob rem de bonis meis. voluntate perfecta constanti corde. requisito consilio discretorum prouidi taliter ordinandum. vt alicui in vita mea partem de eis tribuam qui vestitum michi quam diu vixero et bonis meis vtilem sollicitudinem valeat exhibere. Do igitur et assigno viro venerabili domino .M. Archiepiscopo vpsalensi eiusque successoribus in vpsalensi ecclesia canonice instituendis. vnum torrentem siue fors in skætharg. cum piscaturis ibi adiacentibus sub ista condicione quod medietatem fructuum de piscaturis percipiam quo ad uitam meam Jtem eidem dicto domino. M, et eiusdem successoribus do & assigno dimidiam marcham terre in Lund cum plenitudine agrorum. pratorum. nemorum. piscaturarum. Jtem medietatem domorum in fundo dicte curie existencium perpetua donacione. hac condicione quod ipse me quamdiu vixero. vestire. ac in eisdem bonis ad vitam residentem teneatur tueri. prout vtilitati mee & honori suo idem dominus crediderit expedire. vt igitur hec donacio mea robur obtineat perpetue firmitatis presentibus litteris sigillum capituli vpsalensis nec non & sigilla dominorum sacerdotum qui huic ordinacioni mee per omnia interfuerunt videlicet Thome de Almungy. henrici de knutabü. Asseeri de hunungahæred Amelii de farungy. karuli de hæsabro Eruasti de Thorstunum sunt appensa. Actum & datum apud Lund. Anno domini. M°.CC°.LXXXVII.IX°. Kal. Marcij.

Af 5 Sigill blott stycken qvar.

934. 1287 d. 7 Mars. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen Magnus Bossons intyg om emottagande af föregående bref och om Arvids upptagande i kyrkans beskydd.

A. 3. a. 3: 8.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Magnus dei gracia Electus vpsalensis ecclesie consecratus Salutem in domino sempiternam. Tenore presentium constare volumus vniuersis quod nos litteras subscriptas ab arnwido de lund exhibitore presentium recepimus & habuimus, & sub nostra custodia reseruamus, in hec verba. Jn nomine &c *Se föregående N:o* 933 *) *till* appensa. (*dag och år äro uteglömda.*) Nos igitur prefatum arwidum gracia predictorum sub beatorum Laurencij & Erici & nostram protectionem recipimus ac munimen spe-

*) *Namnen skrifvas der:* Almungi, knutabü, hunünghæreþi, Ammelij de Farungi, Esibro.

ciale. Siquis autem eum in bonis suis aut persona indebite molestare presumpserit, iram omnipotentis dej & predictorum sanctorum ac nostram vlcionem se nouerit incursurum. Jn cuius factj nostrj euidenciam, sigillum quo nunc vtimur presentibus est appensum. Actum & datum vpsalie Anno domini M°.CC°.LXXX° septimo, Nonis Marcij.

Af sigillet ett litet stycke qvar.

935. 1287 d. 19 Mars. Kungsberg.

Konung Magnus I:s råskilnadsdom mellan Gudhems kloster och Håkonatorp.

A. 7. a. 23.

Magnus dei gracia sweorum gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis. salutem jn domino sempiternam. Cum inter sponsas deo dicatas sanctimoniales de gudhem. ex vna parte ac habitatores hacunethorp, ex parte altera moueretur questio & dissensio de metis & terminis paschuorum inter se ex vna villa et altera concurrencium. vbi inter se videlicet conuenirent, Nos ad habendam super hoc examinacionem venientes, prout secundum fidedignorum testimonia. vnj parti et alteri minus intelleximus derogari, Hos terminos inter premissa pascua statuimus, videlicet. de vinnbro. jn jadhurin. jnde in Runustenen. jnde in mædhalstenen. jnde in Hallinæ owæn widh odhens kyældu. Hoc prenotato. quod hinc et inde pecora. vltra premissos terminos. ad pascua venire valeant non obstante distinctione terminorum. Sed illi de Haquner thorp. summendi seu carpendi myrtum. vltra montem dictum jampnæbiærgh sine licencia dictarum dominarum de gudhem. nullum jus habeant in futurum. Ne igitur subrepens obljuio detergat. quod in hac parte duximus statuendum, sigillum nostrum presenti scripto jn testimonium apponi fecimus et euidenciam pleniorem. Datum in Castro Kononxbiergh. anno. domini. M°.CC°.LXXX. septimo. XIIII°. kal. Aprilis.

Sigillet skadadt.

935. *a)* *Öfversättning.*

A. 3: 8. c. 4.

Magnus medh gudz nadh swerikis ok gøtha konunghr. hylsar alle. mæn thettha breff se ælla høra euerdelik medh gudhi Mæn mællan frwna j gudhem ok thøm j hokunstorp boo kommar trætha om thera raamærke ok thera fæmark aff enom by ok annur sampne komma tha hauæ wi neruari-

nes varith seet ok ransakith ok stadhfesth thet fornæmpdhæ raamærke ok fæmark æpther dandhe mannom withna ok trofasthe swo ath ey skal thæn ena delin mynska then andhrum medh vrætha som ær wjin bro i iædhurin thædhan aff j Runestenen thædhan j mædhalstenen thædhan j hallina ouan vidh odhæns kyældu Tho swa ath ænthat raamærke skal modhsta ath fænadhin ma ey gaa hydh ok thydh hwarth thæt lysthar æpther sina fødhæ vtan thy aff hokuntorp ælla nokur andra skullæ hær æpter ynghin maak ælla ræth-haua owær iæmpnæbyergh hwgghe ælla poors brwthæ vthan thee fornæmpdhe frvna loff aff gudhem Til mera withnes bywrdh ok stadhfæstilse ok thær til thæt skal ey gløms ælla bwrth vithnas aff vmyllum mannom Tha heenge wy warth ynzyl for thetta næruarindha breff scriptum anno domini M°CCLXXX septimo XIIII kal. aprilis jn castro konoxbyergh.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

936. 1287 d. 19 Mars. Konungsberg.

Konung Magnus I, dom i tvisten mellan Gudhems kloster och Gelwes barn om några qvarnar i Härutorps socken.

A. 3. å. 1: 15.

Magnus dei gracia sweorum gothorum rex omnibus presentes litteras jnspecturis salutem jn domino sempiternam. Cum inter sponsas deo dicatas sanctimoniales de Gudhem ex vna parte & liberos Colwonis . . . . . ex altera mota fuit questio et dissencio de quibusdam molendinis in hærvthorp parokye herlundum. Nos ad habendam super hoc examinacionem . . . . prout secundum fidem eorum uerba & testimonia vni parti et alteri. estimauimus minus incongruum composicionem quandam inter eos faciendam Dil nodum ceteris pro . . . loco videlicet in quo situatæ sunt. ac via libera pro aditu et recessu necnon et obice wlgariter dictam & sta . . . nnj ac simul cum parte ampnis desur... pro memoratis gelwonis liberis pertinebat idem pertinere videbatur prenominatis sanctimonialibus, gudhem. & eorum cederet perpetuo possidenda Et ipse sanctimoniales . . . . . cum viginti marchis denariorum usualis monete. redderent ipsius golwonis liberis vice uersa, Hoc prenotato. quod dicti golwonis liberi frui debent bonis suis predialibus vel quatinus . . ad amnem jacentibus quibuslibet vsibus opportunis nisi quod de sursum. ad molendinum in ampne jn na non vel tas aquas . pro piscibus capiendis Quam composicionem seu ordinacionem

nem seu ordinacionem nostram per presentes auctoritate regia sentencialiter confirmamus Et non abtergat obliuio. ad prebendam posteris noticiam presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in castro kononxbiærgh anno domini MCCLXXX septimo XIIII. kal. aprilis.

Brefvet af fukt skadadt; sigillet bortfallet, remsan qvar.

937. 1287 d. 3 Maj. Gälaqvist.

Konung Magnus I:s Bref till Sundal, Nordal, m. fl. häraders invånare att till prestskapet utgöra tionde i säd och icke i smör enligt sednare öfverenskommelse.

A. 7. 1: 24.

Magnus Dei gracia Sweorum Gotorumque Rex Omnibus sundal, nordal, ordhenæ, væboahæred, thyssi, nordmarchæ habitantibus graciam cum salute, Quia saluator omnium Jhesus Christus qui nos precioso redemit sanguine suo, decimas sibi retinuit, in signum dominii specialis, Volens eas ecclesiis ac earum ministris exhiberi Consulimus vobis, ac eciam auctoritate regia demandando precipimus Quatinus non obstante consuetudine, qua huc usque butirum pro decimis frugalibus persoluistis, amodo de ipsis frugibus quas uobis dominus dederit, iuxta modum, ac consuetudinem, qui in decimis huiusmodi soluendis, in prouinciis circumiacentibus Skara seruantur venerabili patri Domino .B. Episcopo Skarensi decimas frugales benigne ac fauorabiliter persoluatis, nec modo quolibet allegetis quod pactum inter antecessores suos ac vestros super ipsis decimis initum sit seruandum cum tale pactum non dubium sit in lesionem ecclesie skarensis vergere, ac in periculum vestrarum non modicum animarum, quia nullo iure cautum habetur, quod ius percipiendi decimas cadat in laycum quantecunque fuerit dignitatis, et sic consequens erit quod pactum super decimis initum, ut pro specie alia possideantur a laycis, non erit perpetuum set temporale, Datum gielquist Anno domini M°, CC°, LXXX°.VII. in inuencione sancte crucis.

Af Kongl. Sigillet blott ett litet stycke qvar på en ur brefvet klippt remsa.

938. 1287 d. 12 Maj. Wisingsö.

Konung Magnus I:s stadfästelse på Algot Gyridssons gåfva af Darränga till Alvastra kloster.

A. 3. v. 1: 10.

Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras jnspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam. ob labilem

&c. (*Se N:o 774 till*) presentibus vniuersis, Quod quia. sicut fidedignorum audiuimus testimonium & in littera venerab. Scarensis Episcopi continetur, Algotus gyridher son curiam suam quam possedit Darrængum in prouincia *wartopthæ ... paroch..* bodhem cum suis ceteris pertinenciis intra sepes & extra prope et alonge positis. Monasterio, Aluastrum testamentaliter *contulit* et legauit perpetuo possidendam in suorum remissionem peccatorum. Nos hanc donacionem seu gratificacionem rite & rationabiliter factam per presentes ratificamus & auctoritate regia specialiter confirmamus. Jn premissorum igitur testimonium et pleniorem euidentiam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum. wisinxø. Anno Domini. M°.CC°.LXXX° septimo, Quarto Jdus Maij.

Kongl. Sigillet, hängande i gröna, röda och hvita silkestrådar, är skadadt, äfvenså sjelfva brefvet.

939. 1287. d. 10 Juni. Skeninge.

Magnus och Leonhard Ödes söners intyg om skedd förlikning i arfstvisten med Harald Ulfssons arfvingar.

A. 6. a. 1: 37.

Omnibus presens scriptum visuris vel audituris. Magnus et Leonardus øthæ syni. salutem in domino sempiternam. Presentes scire volumus et posteros non latere quod super hereditate domini haraldi vlfsun. Margarete relicte eiusdem. et suis heredibus. conuencionem et terminacionem finalem feceramus. Causis. questionibus et articulis omnibus super ipsa hereditate ex parte vna. et nos ex parte altera. sedatis pariter et finitis. et si aliqui ex parte nostra hanc conuencionem. in presencia discretorum videlicet domini haquini marscalchi. domini kanuti erik sun. domini nicholai sighrithæ sun. domini Nicholai æstrithæ sun. thurgilli knut sun. fratris petri prioris skæningensis et aliorum fide dignorum factam. infringere vel cassare temptauerint. nos ad dignam satisfactionem et responsionem obligamus. Jn cuius rei testimonium. sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M°. CC°. LXXX. septimo quarto idus iunij. in skæningia.

Sigillen. N:o 1, 2, 4, 7 bortfallne, 3, 5, 6, 8 något skadade.

940. 1287 d. 24 Juni. Wisby.

Förening mellan åtskilliga städers köpmän, hvilka besökte Gottland, till vinnande af säkerhet för gods å strandade skepp, och att förekomma röfveri och öfvervåld å det samma.

L. 11: 867 *)

In nomine Domini Amen. Qvoniam tempus labitur et humana memoria cum lapsu temporis labi solet, ex majorum sagacitate prudentur emanavit,

*) Der aftryckt efter en afskrift af Originalet på Pergament, som förvaras i Riga GeheimeArchiv.

ut si quid memorabile temporaliter agitur, ad successive posteritatis memoriam scriptorum testimonio transferatur. Notum sit igitur presentibus et futuris, qvod ex unanimi consensu et voluntate omnium mercatorum diversarum civitatum et locorum terram Gotland freqventantium qvedam arbitrationes facte sunt in hunc modum. Prima, ubicunque casu sinistro damnum evenerit, navium periclitatione seu rapina, sub aliqua terra vel civitate, omnes prope posite civitates rumore tali peraudito, debent in communi civiloqvio prohibitionem facere, ne aliqvis bona naufraga, seu rapinis perdita emere seu vendere presumat, sed hominibus dampnificatis astare debent consiliis et auxiliis, ut bona sua salvare possint et rehabere. Qvecunque vero civitas secus fecerit, que bona hujusmodi palam emi seu vendi permiserit, et si medio tempore aliqvis civis talis civitatis ratione bonorum hujusmodi incusatus fuerit, suus concivis non potest ipsum ad expurgandum se juvare seu testari secum. Sed si homines dampnificati aliqvem de suspectis incusaverint, et duos probos viros nulla nota infamie respersos in civitate vel extra habitantes in testimonium adduxerint, tales probi viri hominem suspectum convincere possunt. Qvicunque suspecta bona emere seu vendere presumens duorum proborum virorum testimonio convictus, ille talia bona, parva et majora, restituere debet suo vero possessori, absqve denario vel hellingo, et insuper sue civitati debet pro excessu suo XX marchas argenti emendare. Qvecunque civitas prohibitionem superius annotatam vilipendens, premissa omnia non impleverit, illa non debet XX marcas argenti de excessibus suorum civium sibi qvicqvam usurpare, sed ad utilitatem omnium mercatorum talia bona debent reservari: E converso qvecunqve civitas premissa omnia modis rationabilibus ad effectum perduxerit debet talia bona propriis usibus suis deputare. Item sub qvoqunqve probo viro, et absque labe infamie, bona hujusmodi inventa fuerint, qve forte ignoranter et absque scitu premissorum comparavit, talia bona debet integre suo vero possessori restituere absqve denario vel hellingo, jurans sola manu, qvod hæc bona ignoranter et absqve deliberatione premissorum emisset; qvo facto non debet amplius ex hoc casu pregravari. Item qvecunque civitas presumtuose prohibitiones seu arbitria prelibata non servaverit, illa de consortio seu consodalitate mercatorum in omnibus locis et viis penitus ejicietur, nisi ita evenerit, qvod injustitiam mercatoribus factam reformaverit, et suos cives suspectos ad restituenda bona empta seu vendita suo vero possessori compellat, salva nichilominus emenda superius expressa, qva mercatores carere nolunt, qvando talis civitas resipiscens, cum omni jure premissa compleverit, per hoc potest gratiam mercatorum et libertatem adipisci. Qvia vero civitas Revaliensis suprascriptis omnibus se renuens conformari, videtur qvod ipsam se traxerit in causam memoratam, tamen cives

Revalienses usqve ad instans festum Beati Johannis Baptiste habebunt inducias, ut premissa omnia tanto propensius studeant adimplere, sed si medio tempore non satisfecerint, prout superius est expressum, extunc a consortio mercatorum erunt omnino segregati. Quicunqve se debet expurgare, ille tali modo jurabit, qvod hæc bona, pro qvibus juramentum fecerit, de bonis cogge sub terra Vironie periclitate non processissent. Qviscunqve etiam pro bonis hujusmodi incusatur, et testimonio duorum proborum hominum convincitur, ille arbitriis suprascriptis subjacebit: si vero testimonio duorum proborum hominum convinci non poterit, extunc sexta manu hominum non suspectorum, de talibus bonis se potest expurgare. Item qvicunqve expurgationem fecerit seu expurganti ad expurgandum astiterit et postmodum male jurasse retractatus fuerit, talis capitali sentencie subjacebit. Ut autem premisse arbitrationes robur habeant perpetuæ firmitatis, sigillum omnium Theuthonicorum mercatorum ad evidentiam pleniorem huic scripto est appensum. Datum et actum Wisbii Anno Domini M°CC°LXXX° Septimo, in die Sancti Johannis Baptiste.

941. 1287 d. 14 Juli. Skälwik.

Biskopen i Linköping, Hertig Birgers vid resan till Gottland upprättade Testamente.

A. 4. *)

Jn nomine domini amen, Anno eiusdem. M°.CC°.LXXXVII pridie jdus julij. Nos Benedictus dei gracia Episcopus Lincopensis dux Finlandie mente & corpore sani & incolumes ad iter versus Guthlandyam preparati actu Skyældowich existentes testamentum nostrum condimus in hunc modum. Jn primis. ecclesie Lincopensi que nos a puerilibus enutrierat annis Legamus curiam nostram Lenæ. in dyocesi Scarensi sitam cum omnibus suis attinenciis mobilibus & immobilibus hoc tamen adiuncto quod episcopus Lincopensis [1]) qui pro tempore fuerit. racione dicte curie presentibus eiusdem ecclesie qui commode uocari poterunt canonicis. ac vicariis eorundem anniuersarium nostrum celebrare teneatur annis singulis in ecclesia memorata. Facta fratribus minoribus eiusdem loci pictancia annis singulis celebrantibus eciam anniuersarium supradictum. Jtem Ecclesie Vpsalensi curiam nostram staf in Færingyæ ø [2]). cum colonis & omnibus aliis suis attinenciis [3]). in recompensacionem curie. dicte Ræfstad quam in testamento nostro priori eidem contulimus.

*) Finnes äfven af år 1289 d. 6 Julii med följande olikheter:
[1]) Lincopensis *saknas* [2]) Færingiæ [3]) Suis *tillsatt*

ad fundacionem vnius canonie in eadem ecclesia. Assignamus. Jnsuper. vnum baldichinum. Ecclesie Skarensi .XX. Marcas den. cum curia Sigarstad. in Wermalandÿa [4]) quam ei in priori legauimus testamento ad vnius fundacionem canonie [5]). Jnsuper vnum baldechinum. Jtem ecclesie Strengenensi .XX. marcas den. cum vno baldachino pro altari ad canoniam quam ibidem fundauimus faciendo. Ecclesie Arosiensi [6]) .XX. Marcas Argenti cum vno [7]) baldichino ad fundandam ibidem canoniam. Ecclesie Aboensi .XL[a]. Marcas Arg. cum vno baldichino ad vnius ibidem canonie fundacionem. Ecclesie Wexÿonensi [8]) .XL[a]. Marcas den. & vnum baldechinum. Jtem domui fratrum ordinis cisterciensis in Wærnem. curiam. Almarÿ in Wermalad [9]). cum piscaturis in Amn. Ac aliis omnibus suis Attinenciis. Jtem sororibus sancte Clare in Stuchulm [10]) curiam nostram in [11]) Kyærsø. cum colonis. siluis. piscaturis et omnibus aliis attinenciis mobilibus ac immobilibus in eadem insula tantum sitis. Jtem cuilibet claustro & hospitali in regno Swecie. duas. Marcas Argenti. Domui fratrum minorum Lincopie ,XL. Marcas den. Jtem filio dilecti fratris nostri M. dei gracia illustris regis swecie. qui dux pro tempore fuerit damus curiam nostram in Abÿ cum omnibus suis attinenciis. Jtem. fabrice ecclesie Lincopensis. pro debitis ab ea [12]) contractis in qua nobis sepulturam eligimus [13]) curiam nostram in Jordastad. cum colonis. siluis & aliis omnibus suis attinencis assignamus. Jtem eidem ecclesie [14]) totam capellam nostram cum libris. preter vnum ornatum altaris qui post preciosissimum primus fuerit cum casula. dalmatica. & suptili de baldachino [15]) & albis que fratribus minoribus ibidem commorantibus assignamus. Preciosissimum autem ornatum iam pretactum [16]) ad altare beate uirginis in ecclesia Lincopensi sepedicta [17]) volumus pertinere. Ad istud igitur testamentum efficaciter persoluendum [18]). curias nostras. Bÿerga. & Bÿerg obligamus publice per presentes. ita tamen quod heredes nostri infra vnius anni spacium dictas curias resoluendi plenam habeant facultatem, Quas si infra tempus iam dictum non resoluerint. ecclesia Lincopensis in redimendo easdem anno secundo. immediate sequenti omnibus preferatur. Verum si infra istud biennium. nec ex parte heredum. nec ecclesie sepedicte curie fuerint resolute. easdem extunc ordinacioni dilecti fratris nostri & domini .M. dei gracia illustris regis swecie, et Reuerendi patris archiepiscopi vpsalensis eiusque subfraganeorum. Lincopensis. skarensis & strengenensis quos huius testamenti [19]) constituimus executores vendendas committimus. Volentes & intime rogantes vt voluntati nostre in omnibus ut in conspectu altissimi iustum esse

---

[4]) Wermalandia [5]) & *tillsatt.* [6]) Arusiensi. [7]) & iam *tillsatt.* [8]) Wexionensi. — [9]) Wermalandia. [10]) Clare in Stocholm. [11]) in *utesl.* [12]) eadem. [13]) in - - - eligerimus *saknas.* [14]) Lincopensi in qua nobis sepulturam eligimus *tillsatt.* [15]) de baldachino *saknas.* [16]) altaris iam predictum. [17]) in eadem ecclesia. [18]) exequendum. [19]) nostri *tills.*

nouerint satisfacientes presens nostrum testamentum efficaciter exequantur. Preterea. debita nostra cetera plenarie persolui uolumus de ducatu. presertim cum veraciter recognoscamus nos racione memorati ducatus eadem contraxisse. super quo [20]) dominum regem fratrem nostrum predilectum intime rogamus quod [21]) de redditibus memorati ducatus cum aduocatis eiusdem diligenti. computacione habita integraliter nomine nostro persolui faciat debita supradicta vt cum maria possit dicere. Si dileximus viuentum et mortuum diligamus. Datum & actum loco & tempore supradictis Ad horum igitur euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Petimus eciam presentes litteras sigillo dilecti fratris nostri illustris regis Swecie confirmari.

Sigillet: Hertigens, med intryck å båda sidor, i tu brutet. Konungens har icke blifvit ditsatt.

942. 1286 d. 22 Juli. Cameraci.

Påfl. Legaten, Biskop Johannis stadfästelse på Predikare Brödernas Privilegier.

A. 2. d. 3. *)

Johannes miseracione diuina Tusculanus episcopus, apostolice legatus Religiosis viris dilectis nobis in christo. Priori prouinciali. prouincie Dacie. Conuentibus, Prioribus ac omnibus fratribus ordinis predicatorum per Dacie ac Suecie regna constitutis, salutem in domino sempiternam. Quj secularibus desideriis abnegatis, ad celestia promerenda festinant se sponte subdendo regularibus disciplinis, sunt non immerito in suis honestis peticionibus promouendi. vt tanto studiosius ad animarum salutem proficere, ac inceptum cursum eo facilius valeant consumare, quo magis suis votis, & salubrius esse nouerint satisfactum. vestris itaque supplicacionibus inclinati, Omnes concessiones, gracias, & indulgencias, olim per nos. Priori prouinciali, Conuentibus. Prioribus, ac fratribus vestri ordinis, in prouincia Theotonie factas, & sub quacumque forma seu Tenore, concessas, vobis precencium auctoritate concedimus, & super contentis in illis, facultatem uobis plenariam damus ac indulgemus. volentes ut eas optinere ac habere, illis quoque omnibus & singulis uti possitis quemadmodum, prior Prouincialis. Conuentus, priores, & fratres, prouincie Thetonie supradicte Jn cuius rei testimonium presentes litteras fieri & sigilli nostri fecimus munimine roborari, Datum cameraci XI kal. Aug, Anno domini Millesimo Ducentesimo. octuagesimo septimo apostolica sede uacante.

---

[20]) propter quod. [21]) ut.

*) Efter en af Ärke-B. Nicolaus i Upsala, d. 3 Maj 1300 bekräftad afskrift.

943. 1287 d. 29 Juli. Söderköping.

Konung Magnus I:s gåfvobref på en tomt i Skara stad till S. Nicolai Capell derammanstädes.

A. 3. s. 1.

Vniuersis presentes litteras inspecturis uel audituris MAGNUS dei gracia Sweorum gothorumque rex Salutem in omnium saluatore Ad vtriusque vite felicitatem prodesse nobis nequaquam ambigimus Si loca diuino cultuj mancipata curauerimus ampliare & eorum profectibus pia intendimus voluntate Notum igitur facimus in hiis scriptis quod cum capella Sancti Nicolaj Skaris adeo redditibus et emolumentis tenuis et exilis sine Christifidelium elemosinis et beneficiis non sufficiat nec habet vnde se & minus vnde vicarium suum in necessariorum sumptuum ministracione sustentare valeat deuotorum nostrorum venerabilis in Christo patris domini B, Episcopi Skarensis Capitulique sui ibidem piis supplicacionibus inclinati omniumque inhabitantium ciuitatem nostram Skarensem humilibus ac crebris instanciis inducti ad augmentandum fundum recidencialem vicarii eiusdem capelle wlgaliter dictum Hedenzbo vnam peciam terre iuxta amnem dictum Drys lateraliter in parte australi sitam habentem terras ex opposito versus boream agros et prata occidentales eiusdem fundi cum omnibus et singulis intra terminos contentis secundum quod fossatis et lapidibus fecimus eandem circumuallari Videlicet a mølnowad versus austrum trans riuulum ad lapidem conatum proeedendo vlterius versus oriens ad lapidem positum ex opposito torrentis molendini iacentis in agris orientalibus iuxta fundum predictum de liberalitatis nostre gracia eidem fundo annectimus tradimus et assignamus iure perpetuo possidendam proprietatem dominium et possessionem eiusdem pecie in vicarium dicte capelle & in singulos suos successores ad habendum tenendum possidendum ac faciendum de eadem ad vsum et vtilitatem dicti fundi quidquid sibi et successoribus suis placuerit et melius videbitur expedire irreuocabiliter transferentes Concedimus eciam dictis vicario et suis successoribus omnia bona sua cum colonis villicis et inquilinis in eisdem commorantibus et familia cotidiana ab omni iure regio et causis regalibus oneribus exactionibus et talliis atque tributis impositis et imponendis libera penitus et exempta Sic quod seculare iudicium nullatenus nisi Super terris hereditariis visitabunt Sed tantum judicium ecclesiasticum Nostrum nichilominus placitum iusticiarium adibunt et excessus omnes de ipsis familiis colonis inquilinis villicis ibidem emergentes ipse vicarius et sui successores penitus subleuabunt Prohibentes strictissime Sub obtentu gracie nostre Ne quisquam cuiuscunque status uel gradus fuerit hanc nostram indulgenciam quouismodo presumat violare vel bona ipsa contra iusticiam alienare Seu eciam iniuste alienata uel distracta quoquo modo illicite occupare Siquis contrarium attemptauerit vltra

vindictam nostram regiam talibus acerbissime infligendam Non prohibemus quin per censuram ecclesiasticam contra eos omni supterfugio semoto acrius procedatur Datum Suthercopie anno domini Millesimo Ducentecimo Octogesimo septimo die Sancti Olaui regis et martiris.

Sigillet skadadt.

944. 1287 d. 4 Aug. Upsala.

Konung Magnus I:s stadfästelse på Herr Höldes gåfva till Risaberga kloster.

A. 3., p. 2. 21. *).

Magnus dei gracia sweuorum gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino Tenore presentium notum esse volumus tam posteris quam presentibus vniuersis, quod religiosis et honestis dominabus sanctimonialibus rysæborgh bona omnia mobilia & immobilia tam predialia, quam piscarias molendina ac quelibet alia que dominus Høldo bone memorie justo tytulo acquisita, memoratis dominabus contulit, adiudicamus, ac tenore presencium, auctoritate regia sentencialiter confirmamus, perpetuo possidenda libere & quiete, Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus apponendum duximus ad euidenciam pleniorem, vt nulli crescat audacia premissam nostram sentenciam irritandi, Datum wpsalie anno domini M°CC°LXXX°, VII, pridie, Non, Augustj.

Sigillet bortfallet.

945. 1287 d. 30 Aug. Paris.

Prosten Renaut le Cras i Paris intyg, om Stenhuggaren Etienne Bonneuills åtagande, att resa till Sverige, för att bygga Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 3: 7.

A Touz Ceus qui Ces lettres verront Renaut le Cras garde de la preuost de paris Salut Sachent tuit que nous en lan de grace Mil CC quatre vinz & sept le vendredi deuant la feste noste demne en setembres vennes vnes lettres en la fourme qui sensuit Atouz Ceus qui Ces lettres verrent Renaut le Cras garde de la preuoste de paris Salut Nous fesons a sauóir que

*) Finnes äfven i en vidimation på papper, gifven i Risaberga d. 2 Jan. 1442.

que pardeuant nous vint Estienne de bonnueill taillieur de pierre Maistre de faire leglise de vpsale en suece proposant a aler en la dite terre si Comme il disoit Et Reconnut en droit que pour Mener & Conduire au couz de la dite Eglise aueques lui cex Compaignons & cex bachelers Comme il verra quil sera mestier & profit a la dite Eglise pour ouurer de taille de pierre en la dite Eglise il auoit eu & receu de Cause de presi per les Mains Sire oliuier & sire Charles clers escoliers a paris quarante liures de paris pour Mener & Conduire les diz bachelers en la dite terre & pour fere leur despens si comme le dit Estienne disse des queles quarante liures paris desus dites le dit le dit (*sic*) Estienne se tint bien a paie per deuant nous & en promist a deliurer les diz clers si tost comme lui & les deuant diz bachelers que il Merra aueques soi vendront en la dite terre & a faire plainne satisfacion en tele Maniere que les diz clers sentendront bien a paiez du tout en tout Et sil auenoit que le dit Estienne de bonnueill ou les Compaignons que il li plera Conduire & Mener aueques lui en la dite terre de suece fussent perils en la Mer per vent ou en autre Maniere en alant en la dite terre que lui les deuant diz Compaignons & leur hers fussent quites & assols du tout en tout de toute la Somme dargent desus dite si comme il disse & quant a ce tenir fermement le dit Estienne a oblige & souzmis lui & touz se biens Muebles & nonmuebles presenz & auenir ou quil soient trouez a jousticier per nous & per noz succeseurs ou per la joustice sous qui il seront trouuez Et en seur que tout que de la dite somme dargent les diz clers ou ceus qui auroient cause de eus en la dite Eglise de suece ne peussent riens demander au dit Estienne a ceus qui li plera a Mener en la dite terre ne a leur hers pour nul perilz qui leur poist venir dont il a la sent de vie a Mort En tesmoing de Ce nous auons Mis en Ces lettres le seel de la preuost de paris lan de grace Mil CC quatrevinz & sept le semnedi deuant feste s. gile & s. leu & nous le tamsperit de Ces lettres auon seele du seel de la preuost de paris Ce fu fe lan & le jour desus.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

På uppvecket af brefvet: Cest faite per G. S. Maroin.

946. 1287. d. 1 Sept. Cöln.

Offentlig skrifvelse från Cöln rörande heliga qvarlefvor, som igenfunnits efter några bland de 11000 Jungfrur, neml. af Christina, Basilia och Emma, samt Ida och Jodilia, hvilka sednare denna dag blifvit der upptagne.

A. 3. a. 31-10. *)

Omnibus presentem paginam inspecturis. Officialis curie Colonensis presentis vite graciam et future gloriam sempiternam. Non fallit neque fallitur fides

catholica quam tota per orbem sancta confitetur ecclesia. secundum quod aliquociens quidam peccatis exigentibus in fide tepescant hec diuina pietas sanctorum meritis & intercessionibus signis & prodigiis ac celestium spirituum - suasionibus visa est frequencius quam plurimum reformasse, sanctorum igitur Reliquie quorum in celis requiescunt anime. et apud deum sentimus patrocinia sunt a christifidelibus dignis veneracionibus. laudibus & preconiis excolende. Cum jtaque frater. johannes dictus nouolan ordinis sancte crucis beati augustini domus ville parisiensis vir religiosus vita & conuersacione laudabili Regula & habitu approbatis insignitus victualibus & commodis cenobii sui de licencia superiorum suorum pro exquirendis extium laudis reliquiis corporum de collegio sanctarum vndecim milium virginum derelictis ad laudem dei et ipsarum virginum. se paupertati et mendicitati nunc vt alias in domino decreuerit submittendum. Hec vt didicimus motus spiritu quod sicut anno preterito parisius existens in trina visione Receperat se futurum vt fecit coloniam et tria corpora quorum vni nomen est. Cristina. alteri basilie. et tercie ymma. Reliquiarum de collegio dictarum virginum jnuentarum quod facti experiencia vt scimus veraciter demonstrabat.. Quas reliquias deferens in diuersis ecclesiis collegiatis honorifice & sollempniter collocauit. Jterato in suo existens cenobio similes de jda & jodilia virginibus dicti collegii Receperat visiones propter quod vt prius veniens colloniam earum Reliquias infra fossatum quod propriis effodit manibus gracia diuina ob merita dictarum virginum dignus est inuenire jn loco vbi dictum sanctum collegium in antiquis codicibus scribitur felici martirio ad celestia transmigrasse. Circa quas Reliquias ut sepius visum est in aliis eiusdem collegii inuenta sunt vasa & clenodia arena in qua fuerunt Recondita earum sanguine coherente. jta quod ex huius modi circomstanciis et aliis odore suauissimo et mirifico de eisdem Reliquiis Refragante firmiter credimus eas esse de collegio sanctarum virginum memorato. Dies autem exaltacionis et exhumacionis Reliquiarum dictarum yde & odylie est anno domini .M°.CC°. octogesimo septimo kalendis septembris. Rogamus igitur et hortamur in domino vniuersos deo deuotos quatinus vbicumque eedem Reliquie delate fuerint digne ob laudem dei et sanctarum virginum venerentur. vt ex hoc suorum peccaminum veniam et post huius vite cursum cum ipsis & earum meritis possidere celestem patriam mereantur. In cuius rei testimonium sigillum curie colonensis presentibus est appensum. Datum anno domini & die predictis.

*) Efter en i Paris d. 5 Februari 1288 gifven officiel vidimation.

947. 1287 d. 21 Sept. Clairvaux.

Påfl. Legaten, Biskop Johannis Försäkran till Cistercienser Orden, att icke mer än den öfverenskomna årliga afgiften till honom under hans beskickningstid skulle denna Ordens kloster affordras.

A. 2. d. 6. *)

Johannes miseracione diuina Tusculanus Episcopus apostolice sedis legatus, Venerabilibus in christo patribus Archiepiscopis Episcopis & electis, ac discretis viris Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Archipresbiteris, Decanis, Archiadiaconis & Capitulis nec non Vniuersis ecclesiarum prelatis, infra legacionis nostre terminos constitutis & collectoribus futurarum procuracionum nostrarum per nos vel auctoritate nostra deputatis vel in posterum deputandis presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Cum discreti & religiosi virj, abbates, Priores, abbatisse & conuentus omnium monasteriorum prioratuum & locorum Cysterciensis ordinis infra nostre legacionis terminos existencium, tamquam prouidi volentes quieti & tranquillo statui prouidere, ne inter vos locorum ordinarios & clerum vestrum non exemptum vel alios quos procuracionum nostrarum impositores seu collectores nos deputare contigerit & eos posset aliqua dissencionis uel rancoris materia suboriri de certa & competenti summa de qua contenti existimus nobis annuatim solnenda quousque nos in legacionis officio remanere contigerit deuote, libere & amicabiliter nobiscum duxerint componendum vniuersitatem vestram monemus attente nichilominus vobis & cuique vestrum dantes districtius in mandatis quatinus predictis abbatibus prioribus abbatissis & conuentibus monasteriorum & prioratuum dictj ordinis & locorum ad eundem ordinem quomodolibet pertinencium seu monasteriis prioratibus, & locis ipsis nichil nomine procuracionum earundem imponere nilque prorsus exigere, vel in aliquo contra eos procedere occasione procuracionum huiusmodi presumatis, Nos enim si secus actum uel presumptum fuerit ex nunc id decernimus irritum & inane, Datum apud monasterium Clareuallis, lingonensis, dyocesis XI. kal, octobris anno dominj M°CC°LXXX°VII° apostolica sede vacante.

948. 1287. d. 7 Oct. Krakstad.

Knut Mattsons förpantning af Helgö gård till Skokloster för erhållne 20 mark silfver, med vilkor att den skulle återlösas inom Midfastan vid löserättens förlust.

A. 3. b. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis. KANUTUS MATHIUSASUN. salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis quod nos curiam nostram

*) Efter en af Bisk. Bengt i Linköping bestyrkt afskrift d. 14 Dec. 1287.

helghø cum agris, pratis, pascuis, siluis, venacionibus & ceteris eidem curie attinentibus pro viginti marcis puri & examinati argenti nobis iam traditis & deliberatis, conuentui & abbacie de sko obligamus, hac condicione adiecta quod nisi idem debitum infra dominicam letare ierusalem cum viginti marcis adeo boni & examinati argenti soluerimus, extunc predicta curia cum omnibus sibi adiacentibus, conuentuj & abbacie predictis perpetuo iure proprietatis & possessionis attineat. ac si eam puro vendicionis contractu acquisisset. in tantum quod nec nos nec nostri heredes ius aliquod seu vocem habeamus dictam curiam repetendi, aut eam tanquam non venditam calumpniandi, seu eciam quouis alio modo inpetendi, promittimus autem per presentes contra hunc contractum taliter initum per nos aut heredes nostros in futurum nullatenus venire. saluo nichilominus nobis nostrisque heredibus iure petendi valorem curie in quantum excedit argentum memoratum. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. actum & datum apud cracsta anno domini M°,CC°,LXXX°VII. Nonis octobris.

Af sigillet på en under brefvet utklippt remsa, finnes blott ett litet stycke qvar.

949. 1287. d. 4 Nov. Munsö.

Swen Suneson testamente af fastigheter, penningar och lösören till kyrkor och kloster, samt till sin hustru och syster.

A. 4. 13.

Jn nomine patris & filij & spiritus sanctj amen. Ego Sweno sunasun, corpore sanus, mentisque mee compos, cupiens saluti anime mee salubriter prouidere, de bonis a deo mihi collatis in hunc modum meum condo & ordino testamentum. Jn primis lego ecclesijs meis parrochialibus, markem. s. & Karlungskirkiu, quatuor marchas den. capellanis in eisdem tres marchas. campanarijs in eisdem. dimidiam marcham. Jsta inter eos quibus legata sunt, equaliter diuidantur. fratribus predicatoribus sictunie aput quos eligo sepulturam, lego sex solidos terre in villa Rotasetri in ørbohulm, ecclesie Vpsalensi lego quinque oras terre in villa Berbü parrochia markem. conuentui in sko, duas marchas den. fratribus minoribus stochholmis, duas marchas den. fratribus hospitalis sancti johannis de eskilstunum duas marchas den. Jtem dilecte vxori mee Katerine lego curiam meam in stenastapum cum molendinis que habeo in Rislingabü, & ceteris ecclesijs eidem curie attinentibus. Jn omnibus vero alijs possessionibus meis mobilibus & immobilibus vbicumque locorum inuente fuerint, dilectam sororem meam Katerinam heredem constituo, volens ut ipsa ipsiusque heredes in predictis bonis ei succedentes, debita mea omnia & singula integraliter persoluant.

Executores autem huius testamenti mei constituo, discretos viros, dominos Andream prepositum vpsalensis ecclésie, Røricum de solendatunum, & finuidum ragnasun. Jn cuius facti euidenciam, presens scriptum, sigillo dominj mei Magni electi vpsalensis ecclesie consecrati, & sigillo capituli vpsalensis. Jtem sigillis dominorum. magni ioansun, andree prepositi vpsalensis, Rørici de solendatunum, prioris de sictunum, & finuidi ragnasun feci roborari. Actum munzø, presente reuerendo domino meo Magno electo vpsalensis ecclesie consecrato, Jtem presentibus domino nicholao de skieptunum, & bothulpho ac olauo ioanssunum, fratribus, Anno dominj M°,CC°,LXXX°VII°, Pridie Nonis Nouembris.

Sigillen N:o 1, 2, 6, andeliga, skadade; 3, 5 med vapen, skadade; 4, 7 bortfallne.

950. 1287. d. 8. Nov.

Påfl. Legaten, Biskop Johannis skrifvelse till Ärke-Biskopen och Upsala Dom-Capitel med bestämmelsen af den honom tillkommande Legations-afgiften för andra året till 70 mark silfver i Cölnisk vigt, hvilken borde inom nästa Michaeli honom tillsändas.

A. 2. d. 4.

Johannes miseracione diuina Tusculanus Episcopus apostolice sedis Legatus. Venerabilj in christo patrj . . dej gratia ArchiEpiscopo, et discretis viris. Preposito & Capitulo Vbsalensi. Salutem in domino. Cum de summa pecunie quam olim nomine procurationum nostrarum primj annj nostre legationis, Vobis & Clero uestre Ciuitatis & diocesis exempto & non exempto jnposuimus ceteris personis locis & terminis persoluenda, vos propter guerrarum discrimina & aliarum oppressionum angustias quibus partes swetie agitarj dicuntur, ac propter facultatum tenuitatem vos asserueritis fuisse grauatos, nos tribulationibus & oppressionibus uestris paterno compacientes affectu, ac volentes propterea circa jmpositionem procurationum annj secundj sic mite, sicque pie uobiscum agere, quod nullam de nobis habere querele materiam noleatis Ecce cum venerabilj patre . . Burglanensi Episcopo & nunciis nostris qui de partibus Swetie redierunt diligentj deliberatione prehabita vobis Archiepiscopo, Preposito, & Capitulo ac Clero Ciuitatis et diocesis Vbsalensis exemptis & non exemptis, Abbatibus & locis Cisterciensis ordinis quj jam de hiis certa solucione facta nobiscum deuote ac uoluntarie concordarunt pro nostris procuracionibus secundj annj Septuaginta Marchis bonj & purj argentj ad pondus Coloniense duximus jmponendas. Paternitatem & discretionem uestram rogantes, monentes actente & vobis qua fungimur auctoritate mandantes quatinus accedentes quod prop-

ter arduum jmperij negotium ad quod missj fuimus, multa uaria & diuersa pro nostris & familie nostre necessariis uobis jncumbunt onera expensarum quas sine uestro & aliorum prelatorum infra legationis nostre terminos existencium presidio & subuentione detentj ferre nullatenus ualeremus, dictas septuaginta Marchas infra festum beati Michaelis proxime uenturum quem vobis proximo, secundo, & tertio termino peremptorie assignamus nostro & clerj predicti nomine per uestrum specialem nuntium uestro periculo deferendas Brugis Johannj cimbardj nello rosampelj, & Tedaldo mangialmachj ciuibus & mercatoribus lucanis de societate dicta Ricciardorum de luca uel alicuj predictorum seu aliorum sociorum dicte, societatis, uel priorj aut subpriorj & depositariis fratrum predicatorum dicti loci de Brugis si dicti mercatores uel aliquis eorum non reperiantur ibidem, soluj darj & assignarj integraliter faciatis, alioquin vos exnunc prout extunc ab jngressu ecclesie suspendimus in hiis scriptis, quod si per decem dies huiusmodj suspencionem duxeritis tollerandum, vos & omnes & singulos de Capitulo exnunc prout extunc in scriptis eisdem excommunicationis uinculo jnnodamus. Ceterum quia nolumus quod vos ex solutione dictarum septuaginta Marcharum quia nobis feceritis dampnum uel grauamen aliquod jncurratis & quod in illarum contributione aliquj ultra uires & debitum aggrauentur. Presentium uobis auctoritate committimus, ut deum habentes pre oculis predictas septuaginta marchas a Clero prefato & singulis uidelicet exemtis & non exemptis, Cistereiens. abbatibus & locis dumtaxat exceptis, consideratis eorum facultatibus diligenter pro rata suorum prouentuum cum justis & moderatis expensis quas nos propter hoc subire contigerit, petere exigere ac recipere, contradictores quoque ac rebelles siquj fuerint per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescere ualeatis. Jta tamen quod vos pro rata vestrorum prouentuum contribuatis etiam cum eisdem. nos enim vos si amplius quam septuaginta marchas, & expensas predictas exegeritis uel receperitis & pro parte uos contigente non contribueritis penas & sentencias jncurrere decernimus supradictas. Has siquidem litteras in registro nostre curie ad cautelam fecimus registrarj, de quarum presentatione exibitorj presentium nuntio nostro jurato dabimus plenam fidem. Datum apud Monasterium Clareuallis Lingonensis diocesis VI. Jdus Nouembris anno dominj Millesimo Ducentesimo Octuagesimoseptimo apostolica sede vacante.

Sigillet har varit i rödt vax.

951. 1287 d. 28 Nov.

Cecilia Elofs dotters Testamente, hvarigenom Uddanäs tillföll Nydala kloster, penningar och många dyrbara lösören tilldelades kloster, kyrkor och serskildte personer, samt frihet skänktes åt alla hennes och hennes mans trälar och trälinnor i Sverige.

A. 4. 14.

Jn nomine patris filij & spiritus sancti amen. Ego CECILIA ELAUI quondam filia laborans in extremis sarcinam delictorum meorum vehementer agnoscens, uolensque mihi meeque anime quoaduixero salubriter prouidere in meorum remissionem peccaminum cum consensu & uoluntate predilecti coniugis mei Domini Magni dictj Karlsun, condo testamentum meum in hunc modum. Jn primis ob honorem & reuerenciam dei genitricis & virginis marie, & utilitatem fratrum in monasterio noueuallis, domino deo seruiencium apud quos locum eligo sepulture vnam marcham terre in Wddanes cum omnibus suis attinenciis siluis pratis piscacionibus perpetuo confero possidendam cum tercia parte memorati fundi sine domibus & insuper capellam meam cum calice uidelicet & omnibus altaris & sacerdotalibus ornamentis, volens ut in oratorio memorati monasterij altare de bonis meis propriis in mei memoria construatur. Jtem singulis monasteriis cuiuscumque ordinis in regno suechie constitutis unam marcham denariorum committens kietiluasto in nycopia curiam meam in biershamar ut de prouentibus dicte curie persoluat debitum memoratum. Jtem cuilibet ecclesie in quibus mansiones possideo siue mee possessionis sit siue dilecti coniugis mei unam marcham den. confero dimidiam ecclesie & dimidiam sacerdoti. Ad structuram ecclesie Wexionensis duas marchas. Ecclesie de hiartlandum vnam rubeam casulam de bast hardo. Ecclesie de bringatoptom vnum sparlakan. Ecclesie de hiorzbyrghom vnum lapidem altaris & unam marcham den. dimidiam ecclesie & dim. sacerdoti. Domine Jngiborgh. unam capam de scarleto forratam cum gientiis. Domine katerine sellam meam & frenum cum cussino de baldekino. Styrgero longo octo ulnas de panno gentz. vnum anulum uxori sue. kietillo brodson vnum balteum argenteum & uxori sue unum anullum. Capellano meo domino A. unum ambulatorem. Helgu pedisseque mee. vnam sellam & frenum cum capa mea genz. vnum mantellum de scarleto cum pellibus uariis & aliis sibi necessariis & conuenientibus indumentis. Nutrici mee Jngridi vnum mantellum de scarleto cum pellibus. lectum meum cum suis omnibus preparamentis. unam sellam & frenum cum capa de moreto farratam albo panno. Jngiborgh. de Wrixstad vnum sabel. Cubiculario meo magno gløp vnum equm. Giniuto de hiartanes unum equm & unum mahtellum cum pellibus uxori sue. Coco meo kiempæ unum equm. Magno Bosæson. dimidiam marcham annone quam recipiat in Forsum exceptis hiis

que suis contuli filiabus. Villice de hiartlandum vnam tunicam de scarleto, Villice de vithløsobyargh similiter. Villice de tolgh. unam tunicam blaukinst. Villice de ekesio VII. vlnas. Villice de byrsioholth similiter de blauio panno. Vxori laurencii ormson vnum nouum ryklin. Vxori iohannis þoroson unum] pilleum clipeis argenteis decoratum. Cuidam paupercule mulieri cristine nomine de hiartlandum vnum lectum. Ceterumsi in mea possessione siue domini mei ubicumque in regno suechie seruilis condicionis cuiuscumque sexus aliquis inuentus fuerit, cum assensu predictj mariti mei perpetuo confero libertati. Ego uero Magnus karlson maritus predicte domine Cecilie presens testamentum ipsius in omnibus & per omnia approbo & confirmo, appendens presenti membrane sigillum meum in euidenciam & confirmacionem pleniorem, Actum anno domini M°CC°LXXX°VII° IIII° kal. Decembris

Sigillet bortfallet.

952. 1287. d. 6 Dec. Clairvaux.

Påfl. Legaten, Biskop Johannis Bifall till Predikarebrödernas begäran att af ocker, rof och annat orättfånget gods, hvartill ingen ägare var bekant, erhålla för hvarje kloster 25 mark.

A. 2. d. 5. *)

Johannes miseracione diuina Tusculanus Episcopus, apostolice sedis legatus, Religiosis viris. . Prioribus prouincialibus, ceterisque prioribus, & conuentibus ordinis predicatorum, prouinciarum Dacie & Polonie, infra nostre legacionis terminos constitutis salutem in domino, Vestre meritis religionis inducimur, vt vos prosequamur gracia, que diuino accommoda cultui, & necessitatibus vestris esse dinoscitur opportuna, Hinc est quod nos vestris precibus annuentes, vt de vsuris, rapinis, & alias male acquisitis, dummodo hij, quibus ipsorum restitucio fieri debeat omnino inueniri non possint, nec de eisdem per sedem apostolicam aliud fuerit ordinatum, pro quolibet conuentu vestrarum prouinciarum, viginti quinque marchas argenti, ad opus fabrice ecclesie, & ornamenta eius, & officinarum vestrarum recipere valeatis, vobis auctoritate qua fungimur, concedimus facultatem, jta tamen quod si aliquid de ipsis dimiseritis, restitueritis, aut dederitis, illis, a quibus eas receperitis huiusmodi remissum, vel restitutum, seu datum, nil ad liberacionem ipsorum prosit, neque quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti, Vobis eciam supradictis . . Prioribus, & quatuor fratribus de quolibet conuentu vestrarum prouinciarum, quos ad hoc ydoneos esse iudicaueritis, dispensandi in votis

*) Efter en af Ärke-Biskop Nils i Upsala 1300 d. 3 Maj bestyrkt afskrift.

votis communibus, que de jure communi ad ordinarium loci pertinent, ac ipsa vota commutandi eadem auctoritate qua fungimur, plenam concedimus facultatem, Nulli ergo &c. nostre concessionis &c. Datum apud Monasterium Clare vallis, lingonensis dyocesis, VIII°. jdus Decembris, Anno domini M°. *) Octuagesimo septimo, apostolica sede vacante.

953. 1287. d. 14 Dec. Nydala.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts vidimation af Påfl. Legaten, Bisk. Johannis försäkran till Cistercienser Orden.

A. 2. d. 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Benedictus dei gracia lyncopensis, Episcopus, dux finlandie, Salutem in omnium saluatore, Noueritis nos vidisse litteras reuerendi patris Domini J. dei gracia tusculanensis, Episcopi, apostolice sedis legati, concessas ordini Cysterciensi, non rasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas in hiis verbis, Johannes &c (*se föregående N:o* 947) Jn huius rei testimonium sigillum nostrum appendi fecimus presenti pagine in euidenciam pleniorem, Datum in nouaualle anno domini M°CC°LXXX° VII° Jn crastino beate lucie virginis.

Sigillet bortfallet.

954. 1288. d. 23 Jan. Nyköping.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts aflatsbref för dem, som besöka Sigtuna kloster.

A. 3. c. 12.

Benedictus dei gracia Lincopensis Episcopus. Dilectis sibi in christo filijs Priori & fratribus ordinis predicatorum in conuentu sictoniensi. salutem in omnium saluatore. Licet is &c *såsom N:o* 435 *till* apciores. Vt igitur ecclesia vestra congruis frequentetur honoribus, omnibus uere contritis & confessis qui eandem ecclesiam ob reuerenciam saluatoris nostri crucifixi in die parascewes & in vtroque festo sancte crucis & in singulis festiuitatibus beate Marie semper virginis & beate Marie Magdalene atque katerine & vndecim milium virginum & in sollempnitatibus sanctorum confessorum Augustini Episcopi & Dominici ac beati Petri Martiris. nec non &

*) Ducentesimo finnes icke i vidimerade afskriften.

in secunda die Natiuitatis domini pasche & pentechostes, ac per earundem festiuitatum, seu sollempnitatum octauas cum reuerencia & honore &c (*se N:o* 435) relaxamus. Jn cuius rei euidenciam siggillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum apud Nycopiam. Anno Domini .M°.CC°.LXXX°VIII°. X kalendas Februarij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

955. 1288. d. 3 Febr. Lund.

Konung Eerks stadfästelse på en afgift af Lunds stad till Dom-Capitlet dersammastädes.

B. 1. 16.

De pecunia estiuali Confirmacio per ericum regem.

E. Dei gracia. Danorum Slauorumque rex. Omnibus presentes litteras inspecturis. salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi. quod nos. volentes. Jura. libertates et pias donaciones potius augere quam diminuere. que vel quas Capitulum Lundense a progenitoribus nostris sibi ad cultum Dei asseruit indulgeri. priuilegium canonicorum Lundensium super debito estiuali. nuncupato wlgariter. mytzumergeld. ipsis liberaliter indulto ex antiquo. tenore presencium confirmamus. Mandantes ciuibus Lundensibus. per graciam nostram districte precipiendo. quatenus ipsum censum estiualem. tempore debito et consueto. per discretos viros de consensu capituli colligere studeant diligenter. Et antequam quidquam percipiatur de collecta. soluant et assignent canonicis predictis viginti septem marcas denariorum nouorum. que ad eorum spectant prebendas. Singulis annis. eisdem integraliter persoluendas Quod nisi fecerint. regiam non effugiant vlcionem. Penam quidem. cum dicta solucione residentibus et contumacibus. hanc duximus infligendam. videlicet. quod principale debitum soluant cum emenda. Datum Lundis. Anno D:ni millesimo ducentesimo octogesimo octauo. Jn die beati Blasij martiris Teste D:no petro Dapifero.

956. 1288 d. 10 Febr.

Biskopen i Linköping, Hertig Erners stadfästelse på Biskop Henriks bref om Canoktionden af Huw.

B. 3. 135. v.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis. BENEDICTUS dei gracia episcopus lyncopensis, dux finlandie salutem in domino sempiternam. Notum sit om-

nibus nos vidisse & recepisse litteras venerabilis patris domini .H. dei gracia bone memorie lyncopensis episcopi ac eius capituli non cancellatas non abolitas, nec in aliqua suj parte viciatas in hec verba. He . . &c *se föregående N:o* 534. Nos illud tam racionabiliter factum ratum habentes predictas decimas ad mandatum dominj haquini jn eadem prebenda canonicj mandamus exhiberi Datum anno dominj M°CC°LXXXVIII° IIII° ydus februarij.

957. 1288 d. 12 Febr. Linköping.

Konung Magnus I:s Bref med befallning att hälften af all tionde från kyrkorna i Linköpings Stift skulle oafkortad aflemnas till Stiftets Domkyrkobyggnad under ännu följande 8 år, likasom det under föregående 8 år, till följe af Konungens med Råds råde fattade beslut, skett.

A. 3. o. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis .M. Dei gracia sweorum gothorumque Rex. Salutem in domino sempiternam. Quamuis creatura non habeat quid pro meritis respondeat creatori. sollicite tamen precauendum est ne filios hominum ingratitudo reos constituat. quos graciis suis preuenire & prosequi nunquam cessat Nos siquidem circa nos immeritos. ac subditos nostros sua beneficia cumulari meditacione debita contemplantes. quamquam laudes condignas sibi rependere non possimus, vt nos tamen ad sua seruicia in quibus valemus promptos efficiat, suppliciter exoramus. Cum igitur ecclesia lincopensis ad laudem & gloriam dei omnipotentis per secula benedicti, nec non & beatorum apostolorum eius petri & pauli opere inceperit sumptuoso, & in suis facultatibus nequaquam ualeat consumari, ad preces venèrabilis patris .He. Dei gracia, felicis recordacionis, quondam Episcopi lincopensis, Discretorum regni nostri tam clericorum quam laicorum, communicato consilio, admisimus, ut medietas decimarum de singulis ecclesiis parrochialibus dyocesis lincopensis, per .VIII. annos, cederet ad fabricam ecclesie memorate ut ipsi tamquam matri filie, in necessitatis articulis subuenirent, Nunc uero eadem necessitate ecclesie predicte vrgente, ad instancias, reuerendi fratris nostri Benedicti Dei gracia Episcopi lincopensis, ex consensu consilii nostri, ac aliorum discretorum, clericorum & laicorum, prefatis .VIII. annis, alios .VIII. adicimus, ex gracia speciali, consencientes & uolentes quod medietas dictarum decimarum per .VIII. annorum spacium, ad fabricam ecclesie memorate sine diminucione qualibet deuoluatur, Quamobrem vniuersitati uestre firmiter & districte precipimus & mandamus. quatinus decimas pretaxatas ad usus fabrice sepedicte, sicut in .VIII. annis prioribus consueuistis, sine contradictione qualibet exhibeatis. prout graciam

nostram diligere uolueritis inoffensam, volentes itaque quod robur debitum optineat quod fecimus in hac parte. presentibus litteris super hoc confectis, sigillum nostrum apponi fecimus & annecti. Datum lincopie. anno domini. M°.CC°.LXXX VIII°. Pridie ydus Februarij.

Kongl. Sigillet, på en under brefvet utklippt remsa, är något skadadt.

958. 1288. d. 7 Mars. Karlsberg.

Utvalde Ärke-Biskopen i Upsala Magnus Bossons Testamente af sin qvarlåtenskap.

A. 4. 6.

In nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Nos Magnus dei gracia vpsalensis ecclesie electus consecratus, communem humanj interitus incertitudinem atter dentes, ac nostre diutine debilitatis periculum non immerito formidantes, de bonis nostris personalibus pro remedio anime nostre in hunc modum nostrum ordinandum duximus testamentum. Jn primis legamus ad fabricam vpsalensis ecclesie .XX. marchas denariorum. Jtem ad vicariam quam in eadem ecclesia instituit bone memorie prepositus bero .IIII:or solidos terre in kragsta. Jtem fratribus predicatoribus sictunie .XXIIII. Marcas den. Jtem claustro sanctimonialium in sko, tres oras & quinque denarios terre in scutlæ, cum molendinis ibidem, saluis decimis de molendinis ipsis parrochialj sacerdotj soluendis, sicut nostris temporibus percipere consueuit. Jtem ecclesie knifsta, vnum solidum terre in sæby. Jtem ecclesie othinsærg vnum solidum terre ibidem. Jtem ecclesie wazsundum, duos solidos terre in kragsta. Jtem ecclesie fundbohæreth, tres solidos terre ibidem. Omnia tamen que de kragsta legauimus Benedictus frater noster vel eius heredes potestatem habeant pro equiualentibus predijs redimendj. Jtem ad sustentacionem persone ecclesie in alseke & successorum eius, legamus dimidiam marcham terre in biærgum. Ceterum quia ecclesie waxal nos recognoscimus specialiter obligatos, ibidem ad altare beatj andree instituimus perpetuam vicariam. statuentes quod quj in ea institutus fuerit, cum persona dicte ecclesie horas canonicas dicere teneatur. et quod obligatus sit singulis septimanis per se vel per alium ad vnam missam de beato Andrea, necnon vigilias nouem leccionem cum vna missa pro defunctis pro anima silicet nostra & parentum nostrorum, pro anima eciam gilløgu de kragsta & omnium in cymiterio dicte ecclesie sepultorum. Ad sustentacionem vero vicarij memoratj, assignamus .XII. oras terre in hoa parrochie othinsærg cum omnibus edificijs ibidem, & molendina nostra in nutø in olandia, cum duabus oris terre ibidem volentes insuper quod de bonis nostris eidem vicarie addantur quatuor iumenta. duo equj. duo domitj boues .VIII. uacce .XXX. oues

antique .VIII. porci antiquj, et .X. iuuenes. vtensilia eciam omnia tam ad culturam terre quam ad victualia & alia commoda familie, prout secundum communem cursum cure domestice fuerit oportunum. Volumus autem vt post obitum nostrum duo scolares cognatj nostrj. silicet holmgerus & laurencius, omnis fructus vicarie prefate pro sua sustentacione si in clericatu perseverare voluerint percipiant, usque ad finem decennij exnunc continue computandj. quo transacto, supradictus frater noster uel propinquior & prior natu de heredibus suis, quos presentandj personam ydoneam ad eandem vicariam uolumus extunc & in posterum jus habere aliquem presentent preposito vpsalensi, quj eam conferendi seu in ea vicarium instituendi, necnon institutum si quo ad se vel sibi commissa se male habuerit destituendi, iure perpetuo liberam habeat facultatem. Et quia predia que predicto modo pro anima nostra legauimus, pro maiorj parte de bonis fratris nostri recepimus, loco eorum sibi & suis heredibus refundimus Curiam in kragsta cum omnibus attinencijs mobilibus & immobilibus, volentes nichilominus, ut in reliquis bonis nostris tam patrimonialibus sicut halquj & forsby, quam contemplacione persone nostre acquisitis sicut granø & fiælholme, necnon in posterum acquirendis, sepedictus frater noster nobis hereditario jure succedat, ita tamen quod hereditatem ipsam non adeat donec omnia que legauimus sint soluta. Executores vero huius nostrj testamentj constituimus Prepositum vpsalensem, Priorem fratrum predicatorum sictunie, & fratrem nostrum benedictum sepius memoratum. Actum apud karlsberg, Anno dominj. M°.CC°.LXXX°VIII° jn dominica Letare.

Sigillen 1, 2, 4, 6 andeliga; 3 med vapen, omskriften borta; 5 med vapen; 7 bortfallet.

959. 1288 d. 17 Mars. Helsingborg.

Konung Erics i Danmark Beskärmelsebref för Kanikerne i Lund med frikallelse från Kongl. utskylder af deras Landboar.

A. 1. 17.

Priuilegium Erici regis de libertate colonorum capituli ab omni expedicionis grauamine et jmpeticione exactoria. Inne et. stuuth. vectigalibus, &c.

E Dei gracia. Danorum sclauorumque rex. Omnibus hoc scriptum cernentibus. salutem jn Domino sempiternam. Notum facimus tam presentibus quam futuris. quod dilectos nobis Canonicos lundenses. vna cum bonis eorum et personis eis attinentibus. sub nostra protectione et tutela suscepimus speciali. Dimittentes eis omnes villicos et colonos. ceteramque eorum

familiam. ab omni expedicionis grauamine et jmpeticione exactoria. Jnne. stuuth. vectigalibus. ceterisque solucionibus oneribus et seruiciis juri regio attinentibus. Liberos pariter et exemtos. Vnde sub optentu gracie nostre Districte precipimus ne. quis. Dictos Dominos lundenses canonicos. super indulta eis libertate. presumant aliquatenus molestare Quod qui facere presumpserit. nostram non effugiet ingratitudinem et vindictam. Jn cuius rei testimonium. Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum helsingebugh Anno Dominj .M°. CC°. LXXXVIII° Quarta feria proxima ante Dominicam palmarum. presentibus matre nostra dilecta .H. Priore de Andworthscogh Joon litle. et petro Dapifero.

960. 1288 d. 9 Apr. · Lund.

Ärke-Biskopen Johannis i Lund Bref om inrättandet af Johannes Döparens altare i kraftskyrkan och om dertill gifvet anslag.

B. 1. 169.

Dotacio altaris beati johannis baptiste in cripta, cuius presentacio pertinet ad decanum.

Johannes Dei gracia Lundensis archiepiscopus suecie primas, omnibus presentes litteras inspecturis. salutem in domino Vniuersitati vestre. tenore presencium innotescat. quod altare beati johannis in cripta instrui fecimus cum paramentis necessariis ad ornatum. ac eidem bona infrascripta. jure patrimonii, cum adhuc essemus in minori constituti officio acquisita. contulimus et assignari fecimus coram lundensi capitulo et pretorio ciuitatis. ex quibus sacerdos ibi celebrans valeat aliqualiter sustentari. videlicet duas tabernas gladiatorum et fundum cum domibus in via piscatorum quem habuimus de thitimanno kruel. necnon tabernas cum fundo in eodem vico quas emimus de erlando suffecto. mansionem eciam. quam habuimus in flakathorp. Cupientes igitur in vita nostra dicto altari de persona ydonea prouidere, volumus. quod dominus johannes margarete ipsum habeat cum bonis supradictis juribus et suis pertinenciis quoad viuit. tali condicione. vt in qualibet ebdomada ibi cantet tres missas. vnam de beata virgine. aliam de sancto johanne baptista et terciam de beato Laurencio. Post obitum vero ipsius domini johannis alia persona instituatur per dominum decanum lundensem qui pro tempore fuerit Et ibidem celebret. sicut est superius pretaxatum Vt autem hec nostra ordinacio existere possit firmitatis perpetue. presentibus. nostrum sigillum cum sigillo Lundensis capituli

Duximus apponendum. nec non et contradictores et impedientes sepedictum johannem vel alium qui temporis processu ibi celebrauerit super nominato altari et bonis ei assignatis molestauerint in aliquo. quominus omnium ipsorum que dicta vel ordinata sunt valeant possessione seu retencione gaudere pacifica in hiis scriptis. excommunicacionis sentenciam promulgamus Datum Lundis. anno Domini M CC LXXXVIII sexta feria post octauam pasce.

961. 1288 d. 13 Apr. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s tillstånd för Cistercienser-Ordens Nunnor i Sigtuna att emottaga och bibehålla fast och lös egendom, hvilken dem såsom verldsliga personer lagligen skulle tillkomma, med undantag blott af förläningar.

A. 3. a. 8. *)

Nicolaus Episcopus seruus seruorum dei Dilectis in christo filiabus Priorisse & Conuentuj Monasterij de Sictunia per priorissam solite gubernari Cisterciensis ordinis Strengenensis dyocesis Salutem & apostolicam benedictionem Deuocionis vestre precibus inclinati. ut possessiones & alia bona mobilia et immobilia que liberas & absolutas personas monialium vestrarum ad monasterium vestrum mundi vanitate relicta conuolancium. et professionem faciencium in eodem iure successionis uel quocumque alio tytulo iuste si remansissent in seculo contigisset. ac ipse transferre in alios libere potuissent feudalibus dumtaxat exceptis. valeatis petere. recipere ac eciam retinere. sine iuris preiudicio *alieni auctoritate* presencium vobis indulgemus Nulli ergo. &c &c. Datum Rome aput sanctum petrum Jdus Aprilis pontificatus. nostri. Anno. Primo.

962. 1288. d. 21 Maj. Rom.

Påfve Nicolaus IV:s Bulla angående Konung Magnus I:s giftermål.

F. 1. 326. An. 1. Ep. 65.

Nicolaus IV. dispensationem indulget Magno Svetiæ Regi ab impedimento publice honestatis pro matrimonio contracto cum Helvigia, ac prolem enatam legttimam decernit.

Nicolaus &c Carissimo in Christo filio Magno Regi Svetie Illustri Salutem &c.

*) Efter en odaterad, af Borgmästare och Råd i Strengnäs bestyrkt afskrift.

Ob tuorum carissime in Christo fili Rex excellentiam meritorum, quibus Regalis sublimitas noscitur insignita libenter illa tibi concedimus, per que Status Regius submotis quibuslibet, que possunt dissensionum afferre materiam tranquille pacis munimine fulciatur. Sane lecta coram Nobis tua petitio continebat, quod dudum inter te, et clare mem. Ericum Regem Datie dissensionis materia suscitata, tu intellecto, quod dictus Rex Nobilem virum Gerardum Comitem Holdsacie potentem quidem viribus, et eidem Regi vicinum adversus te adiutorem habere precipuum nitebatur ad dispendium, quod exinde tibi et Regno tuo provenire poterat evitandum nobilem mulierem, Heluigim predicti Comitis filiam tibi per verba de presenti matrimonialiter copulasti, et carnali copula subsecuta prolem ex ipso matrimonio procreasti. Verum quia sicut asseritur tu Rex ante contractum dicti matrimonii cum nobili mulieri Sophia predicte Heluigi quarto gradu consanguinitatis coniuncta per verba de futuro sponsalia contraxisti, et quandam aliam eodem consanguinitatis gradu prefate Heluigi attinentem carnaliter, ut asseris cognovisti, quod dicta Heluigis tempore contracti dicti matrimonii penitus ignorabat, et adhuc, prout fertur ab aliis ignoratur nobis humiliter supplicasti, ut cum ex separatione prefati matrimonii, si eam contingeret fieri gravia possent scandala suboriri, ex quibus strages hominum Perturbatio principum, ac totius Regni Svetie universale dispendium aliaque pericula imminerent, providere tibi, et predicte Heluigi Vxori tue in hac parte de dispensationis beneficio dignaremur. Nos itaque volentes vestre super hoc providere saluti, ac huiusmodi scandalis, et periculis paterna diligentia obviare, vobiscum auctoritate apostolica dispensamus, ut impedimento publice honestatis iustitie, et affinitatis huiusmodi. quod ex hiis, que superius dicta sunt provenit non obstante possitis in eodem matrimonio licite permanere prolem vestram susceptam, et suscipiendam legitimam decernentes. Nulli ergo &c hanc paginam nostre dispensationis et constitutionis infringere &c Si quis autem &c. Dat. Reate XII kal. Junij Anno Primo.

963. 1288 d. 3 Juni. Arnö.

Utvalde Ärke-Biskopen i Upsala Magnus Bossons aflatsbref för dem, som besöka Sigtuna kloster, och stadfästelse på hvad lydbiskoparne gifvit.

A. 3. c. 13.

Magnus dei gracia vpsalensis ecclesie electus consecratus, Dilectis in christo filijs . . priori & et fratribus ordinis predicatorum in conuentu siktonien-

tonensi, salutem & paternam benedictionem. Licet is &c. *Såsom N:o 954, till* relaxamus, suffragandorum ecclesie nostre indulgencias quas nobis indulserint ratificantes auctoritate presencium & tenore. Datum Arnø anno domini M°CC° LXXXVIII°. Tercio. Nonas Junii.

Sigillet bortfallet, remsan qvar; bréfvet mycket skadadt.

964. 1288 d. 16 Juni. Färingsö.

Biskopen i Westerås Petrus Bref om utbyte af Fröslunda och Haslebäck till Nils Christinæson emot åttondedelen af Kopparbärget Tiskasjöberg.

A. 6. 1: 38.

Uniuersis presentes litteras Jnspecturis Petrus dei gracia Episcopus arosiensis salutem in omnium saluatore, Propter uite mortalis decursum instabilem eciam rite gesta solent° interdum obliuionis nubilo obfuscari, Jdeoque rubur firmitatis habitura litteris ac testibus muniuntur ad memoriam posterorum, Hac sane consideracione ducti, tenore presencium constare uolumus omnibus euidenter nos nepoti nostro Nicholao Cristine filio soluisse octauam partem montis cupri dictj Tiscasioberg, parrochie thorsanger, que nostra sollicitudine noscitur acquisita et hoc pro mutuo quod in offiicij nostri nonitate ac multimoda necessitate recepimus ab eodem nepote nostro propinquitatis attinencia animati, Deinde de requisicione, consilio, et assensu Capituli nostri huiusmodi permutacionem fecimus cum Nicholao predicto quod possessio seu proprietas supradicte octaue partis ad nos et eclesiam nostram redeat, et ipse loco eius habeat Curiam frøslundir in parrochia haraker cum molendinis ibidem nec non predia que possedit ecclesia nostra in haslubek eiusdem parrochie cum omnibus ipsorum pertinenciis jure perpetuo libere possidenda, Quicquid igitur Juris, possessionis, seu proprietatis hactenus competebat nobis, Ecclesie, ac Capitulo nostro in predicta curia Frøslundum, molendinis, agris, pratis, pascuis, et piscacionibus, siluis, seu nemoribus aliisque quibuslibet rebus eidem curie adiacentibus, similiter autem et in predictis prediis in haslubek, nec non omnibus et singulis pertinenciis eorundem sepedicto Nicholao nepoti nostro et heredibus suis, nomine nostro ac tocius capituli nostri integraliter assignamus. Super quo ne in posterum possit aliqua calumpnia suboriri presentes litteras fieri fecimus et sigillari sigillo Reuerendi Domini nostri Magni regis Sweorum illustris, nec non sigillo venerabilis patris ac domini M. vpsalensis ecclesie electi consecrati et sigillis uenerabilium fratrum nostro-

rum dominorum Benedicti lyncopensis, Anundi strengenensis, et Johannis aboensis Episcoporum, Quibus eciam adiungimus sigillum nostrum vna cum sigillo Capituli nostri vt ex hoc magis pateat ex consensu eiusdem nostri Capituli processisse tam solucionem quam permutacionem superius memoratas, Actum apud feringø, anno domini Millesimo, Ducentesimo, Octogesimo Octauo, Sextodecimo Kalendas Julij.

Sigillen N:o 1, 2 bortfallna; remsorna qvar; 3—6 Biskopliga skadade; 7 Andeligt.

965. 1288 d. 17 Juni. Färingsö.

Biskopen i Strengnäs Anunds bref med förklarande att en del af Stockholm tillhörer dess stift.

A. 3. c. b. 1. *)

Anno domini M°.CC°.LXXX°.VIII°.XV.kal. Julij. jn færingiæ øium. Quia venerabiles patres & domini dei gracia .M. ecclesie vpsalensis Electus consecratus & Jacobus eiusdem ecclesie archiepiscopus per nos et antecessores eorum per antecessores nostros sepius & sufficienter absque ulla prescripcione moniti super insula stocholm seu parte ipsius nos & ecclesiam nostram contingente utpote infra fines nostre dyocesis sita, qui nullo iure prescribi possunt sibi & ecclesie sue nisi sunt vendicare. nec hoc contentus ipse dominus .M. de nouo predictos fines nostre dyocesis vlterius transgrediens opidum in ipsa nostra dyocesi in fundo dicto suthræmalm iam de nouo constructum sibi similiter & ecclesie sue prout intelleximus nititur usurpare. Nos Anundus diuina miseracione strengenensis Episcopus de consilio capituli nostri & aliorum discretorum, presenti scripto in presencia venerabilium patrum dominorum .B. Lincopensis .P. arosiensis et J. Aboensis Episcoporum & reuerendorum virorum domini Johannis archidyaconi domini .A. prepositi ipsius ecclesie vpsalensis & fratris Laurencij prioris syctuniensis ordinis fratrum predicatorum & aliorum discretorum de capitulo Lincopensi, skarensi. & arosiensi. protestamur & recognoscimus dictam insulam seu partem ipsius & prefatum opidum ad nos & ecclesiam nostram pleno iure spectare, parati super Hiis coram competente iudice seu iudicibus de iure nostro loco & tempore prout commodius poterimus experiri. & ne forsan per negligenciam nostram seu taciturnitatem nobis ecclesie nostre & successoribus nostris aliqua possit dampnificacio suboriri, nos presenti scripto sigilla supradictorum lincopensis, arosiensis, & aboensis in hoc protestacionis & reco-

*) Finnes äfven i en den 25 Mars 1329 af Biskopen Peter i Skara bekräftad afskrift.

gnicionis nostre testimonium appendi fecimus & apponi, loco & die supradictis.

Sigillen: Nio i Biskopen Hertig Bengts, skadadt i andeligt; 3, 4, Andeliga skadade; 5, 6 bortfallne.

966. 1288 d. 4 Juli.

Abboten Nils i Alvastra betyg om Birger Jarls förbud att i åen på Fryeleds allmänning ända till Hemmershult bygga qvarn, och att Långefors ström genom köp tillhörde Nydala kloster.

A. 3. 1. 1.

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Frater .N. dictus abbas de aluastro salutem in omnium saluatore. Cum constet testimonium ferendum esse ueritati, non obtentu cuiuslibet Humani fauoris. nec spe temporalis mercedis, nos istis sepositis respectum habentes ad solum deum quod recolimus fuisse temporibus nostris cum officium abbatis ministrauimus in monasterio noueuallis circa loca molendinorum .frøele. uel Hemblesholtø super edificacionibus eorum ibidem in hunc modum uerbis ueridicis protestamur. Cum temporibus felicis memorie domini boyrgeri ducis sueorum molendinum cuiusdam bondonis de gydinxhylt illegaliter constructum fregissemus totaliter destruendo. iudicio memorati domini .B. ducis inhibitum fuit ibidem iterato construi. nec ullus locus ibidem est in amne illo usque hembleshylt in quo molendinum alicui liceat edificare. cum illa tota pars aque secundum quod credimus attineat communitati uille de Frøele. que sola de se multas villulas priscis temporibus edificari fecerat sibi ius communitatis in locis talibus retinendo. Jn torrente uero langafors. qui totaliter attinet monasterio noueuallis emptus uidelicet a multis possessoribus. & in parte collatus a bone memorie domino .B. quondam episcopo lincopense nulli licet molendinum construere. cum hoc iudicio memorati pontificis & aliorum principum regni prohibitum fuerit prout in priuilegiis dicte domus litteraliter continetur. Jn huius rei testimonium Huic carte sigillum nostrum duximus annectendum. Datum anno dominj. M°.C°C°.LXXX°. VIII°. Quarto nonas iulij.

Sigillet bortfallet; den ur brefvet klippta remsan qvar.

967. 1288. d. 4. Juli.

Abbot N. i Alvastra tillägg till sitt bref rörande qvarnställen i Österbo, särdeles vid den ström, som då begynte kallas Björkefors.

H. 1.

Omnibus presentes literas inspecturis Frater N. dictus abbas de Aluastro salutem in domino Jesu Cristo Quoniam in prima litera quam pro monachis noueuallis vniuersitati scripsimus super constructione molendinorum in finnidia prouincie øsbo constructorum omisimus testari de *fluuruut* et eius heredibus vtrum vnquam temporibus nostris torrentem quem de nouo dicunt Boyrkefors legali juramento tibi appropriauerint verasciter asserendo dicimus toto tempore quo mansimus in illis partibus de premissis nullam nos mencionem aliquorum relatu verbotenus audiuisse. Cum igitur heo se sic habeant nos appensione sigilli nostri quod verbis asserimus attestamur. Datum anno domini M°.CC°.LXXX°.VIII°. quarto nonas Julij.

968. 1288 d. 8 Juli. Bro.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts förbud att emot Kongl. Privilegier betunga kyrkans gods och personer med pålagor till Kongl. Majt och Kronan, utan blott då fråga är om häradsbroar och häradssnäckor.

B. 3: 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis BENEDICTUS dei gracia episcopus lincopensis dux finlandie. salutem in domino. Cum illustres Reges Regni Swecie omnia predia ecclesiarum cum personis in eisdem commorantibus ab omni jure regio jmposicionibus & grauaminibus quibuscumque libera dederint penitus et exempta. sicut in eorundem priuilegiis ecclesie nostre liberaliter concessis plenius continetur Prohibemus firmiter & districte ne quis de bonis & personis memoratis contra libertates supradictas quicquam exigere presumat aliquatenus uel attemptet nisi duntaxat pontes inhæredhis uel hærædsnekkior de nouo contingat fieri seu eciam reparari Si quis autem hoc attemptare presumpserit. domini Regis & nostram ulcionem poterit non immerito formidare. Datum bro. Anno domini MCG LXXX:mo VIII°. VIII Jdus Julij.

969. 1288 d. 29 Juli. Reate

Påfven Nicolaus IV fritager Predikare-Orden från lydnad under någon annan än Påfven och Romerska kyrkan.

A. n. d. 81, 1).

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei. Dilectis filiis, Magistro et fratribus ordinis fratrum predicatorum Salutem & apostolicam benediccionem. Dum sollicite considerationis indagine perscrutamur. quod vos mundi spretis illecebris, voluntarie paupertatis subire onera, vt christi pauperis liberius insistatis obsequio, elegistis abnegando quamuis salubriter vosmetipsos.dum eciam infra mentis archana reuoluimus quod ordo uester in agro dominico, superna disposicione plantatus, uberes in orreum domini fructus infert. quodque salutis commoda grandia ex vestre sollicitudinis studio, quod laudabiliter continuare satagitis, fidelium prouenium animabus, dignum & racioni conueniens arbitramur, vt vos dictumque ordinem oportuni fauoris prosequamur auxilio et specialis gracie priuilegio muniamus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod uobis & ordini vestro nonnullas libertates & immunitates apostolice sedis benignitas duxit hactenus concedendas. Set quidam vestre quietis ocio inuidentes, super eis vos et ordinem vestrum molestant multipliciter & perturbant propter quod vobis facultas adimitur libere diuinis obsequiis insistendi. Quare suppliciter petebatur a nobis, vt uobis & eidem ordini super hiis prouidere de benignitate solita dignaremur. Nos itaque diligencius attendentes quod eo efficacius et commodius cultui diuinorum, salutis operibus, & animarum profectibus intendere ac vacare poteritis, quo quietior et tranquillior fuerit status vester. volentes quoque prerogatiua fauoris & gracie vos & ordinem prosequi memoratum, vos & predictum ordinem ac ecclesias, oratoria, domos, & loca uestra in quibus habitatis & inhabitabitis, dum ea inhabitaueritis cum omnibus iuribus & pertinenciis suis, a cuiusuis alterius iuridictione ac potestate omnimoda prorsus eximimus de gracia speciali, Decernentes eundem ordinem eximere ac personas, ecclesias, oratoria, domos & loca prefata, soli romano pontifici & Romane ecclesie tam in spiritualibus quam temporalibus absque ullo medio subiacere. Nulli ergo &c paginam exemptionis et constitucionis &c, Datum reate .V. kal. Augusti, Pontificatus nostri, anno primo.

1) Efter en vidimation af Biskop Johan i Åbo, Dat. Sigtuna d. 31 Oct. 1290.

970. 1288 d. 9 Aug. Nyköping.

Borgmästare och Råds i Wisby till Konungen i Sverige gifna förbindelse att i böter för den orolighet, hvilken de åstadkommit genom anläggning af fasta vallar kring staden och utfall mot landsfolket, erlägga 2000 mark lödige och 500 mark penningar, att aldrig sjelfve taga hämnd på allmogen, utan frambära till Konungen sina klagomål, att aldrig lyda någon annan Herre än Konungen i Sverige, att förmå Hansestäderna gå i borgen för deras trohet mot Sverige, att hos Påfven utverka bref om bannlysning öfver staden vid sjelfva gerningen, i fall den vidare förtörnade sin Konung, m. m

B. 2. 307, 308.

De gotensibus.

Omnibus presentes litteras inspecturis Aduocati & consules tam gotenensium quam thewtonicorum & comunitas ciuium de visby salutem in domino Ad noticiam singulorum volumus deuenire quod quoniam contra dominum nostrum regem sweorum gothorumque deliquimus cui semper subiecti esse volumus in omnibus vt tenemur promittimus bona fide quod propter iniuriam quam sibi fecisse videmur ex eo videlicet quod muros ciuitati nostre circumdedimus & in rurenses terre gotlandie propulsando aliquos strepitus fecimus insultus, irrequisita regia maiestate duo millia marcarum puri & examinati argenti gotenensis ponderis cum quingentis marcis argenti vsualis monete sine contradictione & reclamacione qualibet terminis inferius annotatis sibi plenarie persoluemus jta videlicet quod quingentas marchas argenti vsualis monete in autumpno iam instanti & quingentas marchas puri & examinati argenti quindena post festum penthecostes & mille quingentas marcas puri & examinati argenti in festo beati iohannis baptiste anni tunc proximo subsequentis quam pecuniam statutis terminis & temporibus calmariam apportabimus in propriis periculis & expensis, eandem aduocato eiusdem domini nostri regis uel suorum heredum ibidem tunc existenti integraliter commissuri Preterea promittimus quod si aliqua discordia casu sinistro inter nos & gotenens terre gotlandie exorta fuerit ipsam si bono modo poterimus sedabimus per nos & si hoc bono modo fieri non poterit antequam dominum nostrum regem super hac requisierimus ad vindictam aliquam contra eos non procedemus nisi ipsi in nos jta subito irruerint quod vim vi repellere compellamur Eciam si prefati gotenenses nuncios suos ad dominum nostrum regem destinare voluerint, ipsos impedire nullatenus presumemus Promittimus insuper bona fide quod nullum preter regem swecie qui pro tempore fuerit vnquam eligemus Et si contigerit prefatos gotenenses aliquem extraneum sibi in principem aut dominum eligere uel in preiudicium dicti domini nostri regis uel nostrum ausu temerario advocare portas ciuitatis nostre domino nostro regi seu quibuscumque fidelibus nunciis suis ad hoc specialiter deputatis liberaliter apperiemus &

fideliter astabimus pro posse nostro ad talem extraneum dominum ab eisdem rurensibus introductum cum suis fautoribus & complicibus expellendum Si vero sepedicti gotenenses eundem dominum nostrum in iure suo ausu temerario perturbare presumpserint, uel in aliquo rebelles extiterint Nos per litteras eiusdem domini nostri moniti nuncios suos siquos ad nos destinandos duxerit honestiori modo quo poterimus colligemus juuando ipsos infra muros ciuitatis nostre consiliis & auxiliis quibus poterimus pro iusticia ab eisdem rurensibus extorquenda Jtem si aliquos de regno swecie ad ciuitatem nostram declinare contigerit quos manifestum & notorium est regiam maiestatem offendisse & si litteras a domino nostro rege super hoc receperimus illos si infra mensem per nos moniti recedere noluerint, & graciam regiam non rehabuerint, extunc a ciuitate nostra totis nisibus expellemus Procurabimus eciam a ciuitatibus lybeke wismere rostok griposwald stralesundh & righa litteras fideiussorias continentes quod si aliquem extraneum principem seu dominum preter regem Swecie eligere presumpserimus uel premissa fideliter non seruauerimus dicte ciuitates ipsum dominum nostrum regem Swecie contra nos ad destructionem nostram totis viribus adiuuabunt Procurabimus insuper in expensis propriis litteras a sede apostolica in quibus continebitur quod si sepedictum dominum nostrum regem Swecie in premissis offenderimus ipso facto si legaliter conuicti fuerimus excommunicacionis sentenciam incurramus nihilominus iuridicioni nos dominj lincopensis supponentes vt si in huiusmodi deliquerimus plenariam auctoritatem habeat in nos excommunicacionis sentenciam promulgandi Si eciam sepedicto domino nostro swecie placuerit ad nos venire ciuitatem nostram ac terram gotlandensem gracia visitandi ipsum sicut vero domino recipi & honorari debet & tenetur cum debita humilitate & reuerencia recipere curabimus & sicut maiestatem decet regiam in omnibus pertractare Promittimus eciam fide firmissima quod si vmquam inuenti fuerimus in premissis seu in aliquo premissorum deliquisse pene decem millium marcarum puri & examinati argenti nos subicimus per presentes summam pecunie ipsi dilectissimo regi nostro soluturi pro sue libito voluntatis Ne igitur in premissis omnibus quempiam de cetero vacillare contingat, Sigilla nostra huic scripto ad euidenciam pleniorem duximus supponenda Datum nycopie anno dominj M°.CC°.LXXX VIII jn vigilia sancti laurencii martiris.

Derefter är tillagdt: Littera principalis est in Ecclesia Lincopensi.

971. 1288. d. 14 Aug. Stockholm.

Konung Magnus I:s gåfvobref på några öar, och på en tomt å Södermalm vid Stockholm till Minoriterklostret i Stockholm.

A. 3. c. d. 1. 2.

Magnus dei gracia Sweorum, Gothorumque Rex. Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino, Tenore presentium notum esse cupimus presentibus & futuris nos insulas Yrmingi & Rothmø cum singulis suis attinentiis ecclesie fratrum minorum Stokholm pro lingnis & aliis loci ipsius indigeniis perpetuo vsui deputasse, vnam eciam aream juxta syndræ malm e regione claustri ipsorum ibidem vltra aquam ad meridiem modo simili assignasse, Jnhibentes, nequis dictas insulas, aut aream ipsam vendere, inpignorare, concedere, inuadere, vel vsurpare, seu quomodolibet ab ipso loco alienare presumat de cetero, sicut diuinam & nostram graciam diligit inoffensam. vt autem huius nostra deputacio & assignacio firma sit & rata, prohibemus, nequis colonos in ipsis insulis ex parte dicte ecclesie commorantes, aut fratres loci ipsius, seu aliquem ex parte eorundem super hoc audeat inpedire, vel aliquatenus in posterum molestare. Jn premissorum igitur testimonium & euidenciam pleniorem sigillum nostrum, vna cum sigillo fratris nostri karissimi, venerabilis patris domini .B. lincopensis episcopi, Ducis finlandie, presentibus duximus apponendum, Datum, Stokholm, Anno domini, M°,CC°,LXXX°, Octauo, vigilia assumpcionis virginis gloriose.

Sigillen: 1 bortfallet; gula och röda silkestrådarne qvar. 2 Ett stycke, i rödt vax på gula och röda silkestrådar, finnes.

972. 1288. Odat.

Konung Magnus I:s gåfvobref på kronogods å några öar, och på en tomt å Södermalm vid Stockholm till St. Claræ kloster.

A. 3. f. 1. 4.

Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque Rex omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum esse cupimus presentibus et futuris nos quicquid nostre partis seu possessionis esse dinoscitur in insulis quæ yfrahyrnungi & ytræhyrnungi appellantur & insulam Rødma cum singulis earum attinenciis in siluis agris pratis nemoribus & piscacionibus cum ceteris eciam insulis dicte Rødmæ ex antiquo adiacentibus videlicet Skaeparødmæ Rysthæ, Windashø Swea Sandhø &

ø & Limho cum ceteris insulis circumiacentibus & vnam aream in Syndramalm e regione claustri fratrum Minorum Stokholm ad meridiem Monasterio Sororum Sancte Clare quod ibidem in presentiarum construitur possidenda perpetuo contulisse hac conditione addita ut ecclesia & locus Fratrum minorum dicti loci Stokholm habeant in dictis insulis perpetuo libere cementum Ligna cremabilia & similiter pro edificiis ad usum fratrum inibi commorantium cum familia sibi attinente jnhibentes ne quis ausu temerario dictas insulas & aream inuadere vel usurpare seu quomodo libet suo iuri contra beneplacitum abbatisse & conuentus loci predicti uendicare presumat seu personas in dictis locis ex parte eiusdem Monasterij commorantes contra libertates ipsi monasterio indultas vel indulgendas in posterum aliqualiter molestare sicut diuinam & nostram gratiam diligit inoffensam jn cuius rei testimonium presenti scripto nostrum sigillum vna cum sigillo karissimi fratris nostri & patris venerabilis Domini benedicti lyncopensis episcopi ducis finlandie est appensum Datum anno domini .M°.CC°. octogesimo. octauo.

Sigillen: af 1 Kongl. i grönt och 2 Hertigens i rödt vax, på gula och röda silkestrådar, finnes blott ett litet stycke qvar.

973. 1288 d. 16 Aug. Paris.

Prioren Wilhelms i Paris betyg att Caniken i Strengnäs Ysarn erhållit, för att med sig till Sverige hemföra, några af de i Cöln funna Helgonben (Jemf. föregående N:o 946).

A. 3. a. 3. 10.

Uniuersis presentem paginam inspecturis, Frater Wilihelmus prior sancte crucis ordinis beati Avgustinj, parisiis totusque conuentus ordinis eiusdem, Salutem in domino sempiternam, Noueritis quod nos Ysaro canonico ecclesie Strengienensis regni swecie exhibitore presencium humiliter, ac deuote instanter postulanti, quedam de ossibus jodilie, Cristine & ymme ac corpus basilie de collegio undecim millium virginum existencium que confrater noster. frater Johannes dictus Nouelan in ciuitate Colonensi infra fossatum quod propriis manibus effodit gracia diuina ob merita dictarum virginum dignus est inuenire in loco vbi collegium sanctarum predictarum in antiquis scribitur codicibus felici martyrio ad celestia transmigrasse eidem dedimus, ad partes suas deferenda, Rogantes & monentes in domino vniuersos & singulos baptismatis fonte renatos ad quos hec sancta ossa delata fuerint quatinus ob reuerenciam dei & sanctarum undecim milium virginum con-

digne studeant venerari. Jn cuius rei testimoniam siggillum nostri prioratus ac conuentus predicti presentibus duximus apponendum, Datum Anno dominj. M°.CC°.LXXX°. octauo. in crastino assumpcionis beate marie virginis,

Bägge sigillen bortfallna.

974. 1288. d. 8 Sept.

Hertig HÅKANS i Norrige Bref för Wisby och 6 andra städer på fribet från den tull, som vanligen plägade gifvas af sillfiske till dess det vid fördraget i Kalmar bestämda penningebelopp blifvit till nämnde städer erlagdt.

K. e. 2: 114.

Omnibus presens scriptum cernentibus. HAQUINUS Dei gratia Dux Norwegie salutem in domino sempiternam. Quia nos Dominis Vromoldo de qvinqve domibus, de Lubeck, Hinrico dicto Monacho de Rostock, & Johanni Steken de Stralesund Consulibus & predictarum Civitatum Wismar, Gripeswaldt, Rige & Wisby, in festo nativitatis beatæ virginis sub anno Domini. M.CC.LXXXVIII. Dunnersbork exsoluimus, duo millia marcharum & octoginta ac septuaginta marchas denariorum monete Norice nunc currentis, quinquies viginti marcis denariorum semper pro qvolibet centenario computatis, de sex millibus marcharum argenti Norici, in qvibus Normanni tenebantur obligati tunc temporis ad solvendum ciuitatibus supradictis & supradicti Procuratores earundem ciu[illegible]tum, super residui debiti solutioni, dederunt insducias ad solvendum usque ad festum nativitatis beate virginis anni proxime subseqventis. Nos attendentes, ut qui gravatur in uno debet in alio non immerito relevari, permittimus nomine procuratorio charissimi fratris domini Erici Regis Norwegie illustris de consensu & assensu dilecti consangvinei nostri Domini Jacobi Comitis Hallandie, Burnonis de Berkeri Baronis, necnon & aliorum fidelium regni Norwegie nobiscum existentium, illa vice quod incole predictarum septem civitatum debent esse liberi immunes & exempti penitus hac hieme, ab omni solutione theloniorum, quod in captura allecium solui solet, hoc adjecto, quod si debitum anno futuro soluendum non fuerit dictarum ciuitatum procuratori Tunsberge vel procuratoribus in eodem festo natiuitatis beate virginis Tunsberge integraliter exsolutum, incole ciuitatum earundem habere debent eandem libertatem hieme tunc futura. Quotquot etiam annis postmodum in soluendo defectus erit per Noricos memoratos in loco & festo suprascriptis, semper eandem habere debeant libertatem. Sed ne per fraudem possent aliqui, qui de predictis ciuitatibus non existerent huiusmodi libertatis gratiam usurpare, deferat quilibet gubernator nauis, litteras ciuitatis sue patentes, in quibus testimonium ferant consules, quod talis cum naui sua sit Ciuitatibus existens,

hoc anno tales litteras non habens, fidem faciat super hoc, juramento fidelium & fidedignorum, quos de prefatis Ciuitatibus veraciter constat esse. Ratificamus etiam tenore presentium, & confirmamus nomine procuratorio placitationem per inclitum Principem Dominum Magnum Regem Suecorum illustrem inter Normannos & predictas Ciuitates apud Calmariam ordinatam & alia singula que ex parte dicti domini Regis Norwegie fratris nostri cum prelibatis Ciuitatibus & earum procuratoribus usque in hodiernum diem placitata fuerunt & condicta. In cuius rei testimonium sigilla dictorum comitis & Baronis unacum nostro presentibus duximus opponenda. Actum & datum Anno die & loco suprascriptis multis presentibus testibus fidedignis.

975. 1288. d. 11 Sept. Stockholm.

Konung Magnus I:s Gåfvobref på gods till St. Claræ Kloster i Stockholm.

A. 3. f. 1. 3.

Magnus Dei gratia Sweorum Gothorumque Rex Omnibus presens scriptum cernentibus, Salutem, & infra scripti negotij perpetuam memoriam. Sacrosancta mater ecclesia per illum sumens exordium qui se colonum futurum in mundum repromiserat velud vernans plantula ab imo progrediens ad suprema, sic per sui cultoris opem & operam suas radices defixit in altum vt ramos suos ad orbis extrema protenderet & caeumen ipsius celos sicut fide tenemus non dubia penetraret. Nos igitur sub umbra huius arboris cum ceteris christianis presentis vite sumentes igitur iniium, licet post modum moles cure populi nobis crediti. vtpote rei puplice multipliciter nos retardet, auctore tamen domino affectamus, vt possumus ab imis deuenire ad media vt tandem per frondes operum misericordie pertingere possimus cum ceteris fidelibus ipsius perhenniter ad supprema. Sane cum nos illo prouidente qui in sui disposicione non fallitur ad eius cultum ampliandum inceperimus apud castrum nostrum Stokholm edificare monasterium sororum ordinis sancte Clare virginis, sicut iam multorum patet noticie, ad dei omnipotentis honorem ac gloriose virginis Marie. Sancti Francisci. Et Sancte Clare virginis memorate Omniumque sanctorum monasterium ipsum, & locum pro suis, & personarum indigenciis, que inibi pro tempore diuinis fuerint seruiciis mancipate dotamus bonis infrascriptis, videlicet, Snyterstæ cum colonijs in wikby & Ekiby ibi adiacentibus, & cum omnibus attinenciis suis, sicut habuimus de domino karolo Esbiornsun. Jtem in boltoftum septem oras terre, & paruam

insulam, que sita est prope lithernæ ad orientem cum omnibus attinenciis sicut habuimus de domino Biorn nef. Jtem in boltoftum duas, marchas, terre. dimidia ora terre minus. Lvndbÿ vndecim solidos terre cum dimidio solido & vno denario terre. Rørestrand quatuordecim solidos terre. cum dimidio tercio denario terre. et in walmundzø, duos solidos terre, cum quinque denariis terre, cum omnibus attinenciis, sicut habuimus a domino anundo haraldsun. Jtem fundum quondam hospitalis iuxta pontem Stokholm ad aquilonem. Jn walmundzø quatuordecim oras terre. vno solido, & quinque denariis terre minus. Jn Ekibÿ prope Stokholm, & westbÿ, tres, marchas terre cum dimidia que omnia habuimus de uenerabili patre Domino Magno vpsalensi archiepiscopo. Jtem duo molendina in thorshargi, que habuimus a Domino karolo Estrithæsun. Jtem in jarnu terram vndecim solidorum cum ceteris attinenciis. Jtem omnes insulas que iacent inter predictum locum hospitalis, & walmundzø extra pontem aquilonarem. Jtem husarnæ cum suis attinenciis. Uerum quia gesta in tempore faciliter, cum tempore ab humana memorja collabuntur, nisi fide dignorum testimoniis fulciantur, Volentes predicta omnia perpetuo rata esse presentem paginam nostro sigillo, vna cum sigillis venerabilium patrum, Dominorum, Magni archiepiscopi vpsalensis supradicti: Benedicti lyncopensis, ducis finlandie. Anundi Strenginensis. Brÿniulphi scarensis. Petri arosiensis. Johannis Finlandensis. Boetij wexionensis. episcorum. Dominorum. Henrici comitis de glichen. Johannis archidÿaconi vpsalensis. Andre prepositi eiusdem ecclesie. Sigonis archidÿaconi lyncopensis. Laurencij prepositi eiusdem ecclesie. Benedicti prepositi scarensis. Johannis prepositi Strenginensis. Benedicti legiferi østgocie. Zuantæpolk. Kanuti mathesun, legiferi Nericie. Magni jonsun. vlf holmgærsun. Haquini tunisun Marskalci. Karoli gøstafsun. Nicolai sigrithæ sun. Anundi haraldsun prefati. Laurencij bobiærgh. Thuronis kietilsun. Kanuti Eriksun Biorn nef supra memorati. Werneri brunk. Thrugilli knutsun, procerum et consiliariorum regni nostri, duximus consignandam. Actum & Datum. Stokholm. Anno dominj, Millesimo, Ducentesimo, Octogesimo, Octauo, Die sabbati jnfra Octauam Natiuitatis virginis gloriose. Presentibus multis fide dignis.

Af Sigillen, som hänga på silke, äro 7, 8, 13, 23 bortfallne, N:o 1, 3, 16, 17, 21, 24, 29, stycken qvar, och de öfriga 2—30 mindre skadade.

976. 1288. d. 11 Aug. Stockholm.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts gåfvobref på Kersö, m. m. till St. Clara Kloster i Stockholm.

A. 3. f. 1. 2.

Uniuersis presens scriptum cernentibus Benedictus Dei gratia. Lyncopensis Episcopus, Dux Finlandie, salutem in Domino, Sacrarum accepimus

testimonio scripturarum, pia opera pro deletione criminum valitura ea propter considerato commendabili proposito fratris nostri karissimi, Domini Magni, Sweorum Gothorumque Regis illustris de monasterio sororum ordinis sancte Clare virginis apud Stokholm construendo diuino cultuj cum eodem operam dare cupientes, pro remedio anime nostre, nostrorumque progenitorum, & notorum, curiam, nostram in Kiersø cum coloniis ibidem, & dimidia marca terre in ækru villa Runhamer cum agris, pratris, pascuis, siluis, nemoribus, piscacionibus, & ceteris pertinencijs, mobilibus, & immobilibus, loco predicti monasterij, & ipsi monasterio cum edificatum fuerit, ex nunc conferimus & donamus jure perpetuo possidenda. Et ne lapsu temporis, ipsa donatio, ab hominum memoria collabatur, presentem paginam sigillis, Domini Regis supradicti, Domini vpsalensis archiepiscopi, nostro, ceterorumque prelatorum regni Swecie, videlicet, Anundi Strenginensis. Bryniulphi scarensis. Petri arosiensis. Johannis finlandensis. Boetij wexionensis episcoporum, Dominorum Henrici comitis de Glichen. &c *lika med föregående till* nobilium & procerum regni Swecie, *och vidare till slut.*

Af Sigillen äro N:o 6, 7, 8, 12, 21 bortfallna; 1, 3, 17, 29, 30 stycken qvar, och af de öfriga äro 2—27 mindre skadade.

977. 1288. d. 15 Sept. Reate.

Påfliga Penitentiarien, Biskopen, Bentanengas fullmakt till Prioren i Sigtuna att, sedan Upsala stifts klerker erlagt den Påfl. Legaten Biskop Johannes tillkommande Beskickningsafgift, aflösa dem ifrån den bannlysning, hvaruti de för uraktlåtenhet i denna del af sistnämnde Biskop blifvit försatte.

B. 2: 132.

Auctoritas commissa priori sigtunensi super absoluendo clero de summis legatj.

Frater BENTANENGA miseracione diuina albanensis episcopus dilecto in christo priori fratrum predicatorum sictonie vpsalensis diocesis salutem in domino, Exposita sanctissimo patri & domino domino nicolao pape .IIII porrecta nobis ex parte venerabilis viri magni electi ecclesie vpsalensis peticio continebat, quod cum olim reuerendus pater dominus iohannes episcopus tusculanus tunc in partibus swecie apostolice sedis legatus certam pecunie quantitatem pro suis procuracionibus impositam viris ecclesiasticis mandasset certis loco & tempore sibi seu aliis suo nomine solui & assignari, in non soluentes suspensionis & excommunicacionis sentencias generaliter proferens auctoritate dicte sedis, & eorum loca & ecclesias supponens ecclesiastico interdicto, jdem electus senciens se & clerum ecclesie vpsalensis in premissis plurimum aggrauatos ad sedem super hiis apostolicam appellauit,

& confisus de huiusmodi appellacione quam legittimam fore credit & credidit dicta pecunia imposita sibi assignatis loco & tempore non soluta tam ipse quam clerus predictus in suis ibidem ministrauerunt ordinibus & se alias diuinis ingesserunt officiis sicut prius. verum cum postmodum eidem domino tusculano, ad romanam curiam reuerso ob suam & dicte curie reuerenciam, sit emissa dicte appellacionis prosequcione, de primi anni procuracionibus satisfactum, supplicari fecit humiliter idem electus ad maiorem sue consciencie securitatem & ne quis emulus in eum ex hiis aliquid detractionis inpingat, salutari sibi & dicto clero super hiis remedio misericorditer prouideri Nos igitur attendentes quod in talibus semper est via tucior eligenda, Auctoritate ipsius domini pape. cuius penitenciarie curam gerimus, & de eius speciali mandato & commissione super huiusmodi dicti legati sentenciis ad eiusdem legati instanciam facta nobis oraculo viue vocis discrecioni pie de ipsius domini tusculani episcopi assensu & voluntate, committimus, quatinus predictos electum & clerum vpsalenses quos in premissis inueneris excessisse, ab huiusmodi excommunicacionis, suspensionis & interdicti sentenciis si quas ex hoc incurrerunt, absoluas auctoritate predicta iuxta formam ecclesie consuetam, Et iniuncta cuilibet eorum super hiis pro culpe modo penitencia salutari, & aliis que talibus debent & consueuerunt jniungi, super irregularitate si quam ex premissis predicto modo contraxerunt, dispenses auctoritate predicta miserieorditer cum eisdem prout secundum deum animarum suarum saluti expedire videris dummodo aliud canonicum non obsistat Datum Reate XVII kal. octobris pontificatus domini nicolai pape quarti anno primo.

978. 1288 d. 17 Sept. Alsnö.

Konung Magnus I:s Bref på lika rättigheter med de i staden Stockholm inom murarna boende borgare för dem, som ville bebygga Norrmalm på St. Clara klosters område och till klostret utgöra skatt och andra utlagor.

A. 3. f. 2. 5.

Uniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque Rex salutem in domino, Volentes locum, & monasterium ordinis Sancte Clare virginis, quod apud Stokholm in presenti construitur, prosequi fauore gratie specialis, damus licentiam uolentibus habitare iuxta Norræmalm dicte ville, vt ipsi cum sibi succedentibus gaudeant eodem jure, quo gaudent ciues infra muros ibidem quamdiu ipsis placuerit illic commorari, & dictis, loco, & Monasterio, quibus attinere dinoscitur territo-

rium ipsum, soluerint censum, & alia, que tenentur, Cum vero aliquis locum suum dimittere volerit, faciat de domibus suis, quod voluerit, sed terra remaneat monasterio sicut prius, Si vero aliquis nobilis, ecclesiasticaue persona ibi manere decreuerit, det monasterio super hoc litteras protestacionis sub suo, vel aliorum fide dignorum, & ciuitatis sigillis, se nihil juris habere in fundo, quem ibidem intendit de licentia dumtaxat abbatisse & conuentus occupare, Jn cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo est signatum, Datum, Alsnø, anno domini, M°,CC°,LXXX°, Octauo, Die veneris post octauam Natiuitatis virginis gloriose.

Sigillet bortfallet; gula och röda silkestrådar qvar.

979. 1288 d. 18 Sept. Lund.

Ärke-Biskop Johans i Lund Skrifvelse till Ärke-Biskop Magnus i Vpsala och hans lydbiskopar, hvaruti dem meddelas 3:ne vidimerade Påfven Innocentius IV:s bullor, funna i Herridsvads kloster.

A. 2. a. 3. 4.

Johannes dei gracia Lundensis archiepiscopus svethie primas venerabilibus. in christo fratribus .M. eadem gracia vpsalensi archiepiscopo confirmato, & uniuersis suffraganeis eius salutem & paternam in domino caritatem. sub sigilli nostri testimonio tenorem auctenticorum domini pape innocencii quarti & serie sicut ea apud heriuadum domum ordinis cisterciensis inuenimus vobis destinantes rogamus sane consulendo, quatinus fratres dicti ordinis qui apud vos sunt contra tam euidens mandatum summi pontificis vexari nullatenus permittatis. sunt igitur in hunc modum. Jnnocencius &c *Se föregående* N:o 374 375 *och* 400. Nos uero quia predictas litteras vidimus non abolitas, non abrasas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte corruptas, vera bulla plumbea ac filo canapis integro bullatas in veritatis testimonium sigillum nostrum, & sigillum abbatis dicti monasterii presentibus duximus apponenda. Datum Lundis anno domini. M°.CC°.LXXX°VIII°.XIIII°. kal. Octobris.

Sigillen: 1 Ärke-Biskopens i mörkgrönt vax; 2 Abbotens i blekrödt vax.

980. 1288 d. 3 Dec. Kållandsö.

Biskopen i Skarn Brynolfs fullmakt för Caniken Mag. Nils och Bengt att, om Biskopen icke med råd och dåd bistår Konungen och dess arfvingar eller om han hemligen eller uppenbarligen lemnar Konungen eller Kongl. husets fiender något bistånd, då, såsom dertill fullmyndiga ombud, underkasta honom den hannlysning Ärke-Biskopen i Upsala derföre utfärdar.

A. 2. d. 6.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Bryniulphus miseracione diuina skarensis episcopus in domino salutem. nouerint uniuersi quod nos facimus.

constituimus & ordinamus discretos uiros. dominos. Magistrum nicolaum canonicum & benedictum. procuratores nostros & nuncios speciales quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis set quod unus eorum inceperit alter ualeat consumare. dantes. & concedentes. eisdem procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam & liberam potestatem submittendi nos excommunicacionis sentencie per reuerendum patrem dominum vpsalensem in nos ferende super articulis infrascriptis saluis tamen in omnibus & singulis consciencia nostra iure nostro iure ecclesie nostre. & ordine. videlicet quod nunquam erimus contra regem. seu illustres liberos suos nocuus consiliis. ausiliis publicis & occultis. set ipsum dominum nostrum regem & inolitos liberos ipsius iuuabimus. & eis astabimus quantum possumus. saluis consciencia. iure ecclesie nostre & ordine. in licitis & honestis. Jtem quod neque fratres nostros neque alios quoslibet quos inimicos domini regis nunc esse noscimus. seu nouerimus in futurum. in sui preiudicium aut regni detrimentum. fouebimus. puplice. vel occulte. neque procurabimus. seu procurari faciemus. siue infra regnum siue extra. quod secundum consienciam nostram. preiudicium prestare poterit regno. seu regie maiestati. & si ueraciter scire poterimus aliud a personis fidedignis quod ipsi domino nostro regi. seu liberis suis illustribus obesse poterit. hoc ei aut alicui aduocatorum suorum prout utilitati regni. secundum consienciam nostram expedire crederimus curabimus intimare quam excommunicacionis sentenciam ex*tunc* si contra fecerimus incurremus. Ratum & firmum habituri quidquid per dictos procuratores nostros uel ipsorum alterum factum fuerit in premissis & quolibet premissorum in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum qualdinshø anno domini. M°.CC°.LXXX°VIII° die ueneris proxima post festum beati andree.

Sigillet finnes.

981. 1288 d. 10 Dec. Sigtuna.

Ragnhild Erland Engels dotters Testamente af fastigheter till Sigtuna kloster, samt till Kyrkor och kloster penningar, hvilka skulle utgå af Wenngarn, Tullgarn, m. m.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti, amen, Cum terminus mortis cunctis mortalibus sit incertus. & propter varios humane fragilitatis euentus gestarum rerum memoria per obliuionem cito dilabitur nisi voce testium & litterarum indicijs confirmetur, Jdcirco ego Ragnildis Erlendi quondam filia, nunc vxor Domini Magni Gregorij, ad vniuersorum deduco noticiam

per

per inspeccionem presencium, quod meum, iure aliquo ciuili, seu canonico, seu eciam quibuscumque consuetudinibus patrie, non obstantibus, perpetuis ualiturum temporibus, in hunc modum facio & ordino testamentum, de prememorati mariti mei expresso beneplacito & assensu, Jn primis confirmo in omnibus testamentum karissimi in domino, quondam mariti mei & dominj, Joans Karls sun, obligans et astringens filium meum. Fulchonem. ad hoc perficiendum & plenarie persoluendum siquid in morte mea repertum fuerit non solutum Fratribus predicatoribus Sictonie, apud quos, iuxta predilectum priorem maritum meum, predictum Dominum Joan Karls sun, collateraliter eligo sepulturam, legando confero Curiam meam, Lytislund, cum omnibus mobilibus & immobilibus, adiuncto predio quod possideo in Hwetingi, tali condicione, quod filij mei eandem Curiam redimant infra annum, Si autem in anni reuolucione non redemerint, extunc fratres secundum suum beneplacitum cuicumque voluerint, vendendi liberam habeant potestatem, Jnsuper lacum seu paludem, que Musamyr dicitur, iuxta siktuniam, cum terra, aqua, graminibus, lignis, & ceteris que loci illius esse dinoscuntur eisdem fratribus confero, & confirmo pleno iure integraliter possidendam, & liberum decursum aque de dicto lacu vsque ad eorum molendinum, iuxta modum, qui instrumento super hoc specialiter confecto in plenius continetur, Ecclesie vpsalensi do, duodecim Marchas denariorum, Fratribus predicatoribus Westraaros, strengienes, skeningie, skaris, lydosie, kalmarnie, Wisby, finlandie, & sororibus apud sanctum Martinum skeningie, singulis domibus. Tres Marchas den, Jtem singulis domibus fratrum Minorum, østraaros, Enichopie, stokholm, Nychopie, suthercopie, skaris, Wisby, duas Marchas den, Karissimo in christo germano meo fratri Jsraeli, do decem Marchas argenti, Jtem singulis cenobiis Manachorum, Julluttum, Aluastrum, Wernem, Nydal, Gothlandie, duas Marchas den, Jtem singulis Monasterijs Monialium, sko, fodø, Risiberg, Guthem Wretum, askaby, gothlandie, duas Marchas den, Jtem singulis hospitalibus, Eskilstunum, Enikopie, duas Marchas den, Margarete sororj mee naturali, que in seruicio meo diu & fideliter laborauit, do, nouem oras cum vno solido terre in Husaby in aspu, Cuilibet ecclesie parochiali, in quarum parochiis Curias possideo, & sacerdotibus earundem, do vnam Marcham den, Ragnfridi naturali filie domini mei predicti Joans Karls sun, confero Triginta Marchas denar, Executores testamenti mei taliter ordinati, pono, Dominum maritum meum. Magnum predictum, & fulchonem filium meum, si tunc in etate legittima fuerit constitutus, Jtem venerabilem patrem, Dominum Johannem dei gracia Episcopum aboensem, Jtem karissimum in christo fratrem meum karolum, vel fratrem meum fratrem Jsraelem, loco sui, si karolus non affuerit, & priorem sictoniensem, quicumque fuerit

pro tempore, volens & ordinans, vt redditus & prouentus curiarum mearum, ad dicti testamenti solucionem recipiant, nec filii vel heredes mei de ipsis percipiendis, aliquatenus se intromittant, quousque testamentum plenarie fuerit persolutum, Ad persoluendum Ecclesie Vpsalensi, & domibus fratrum predicatorum, & sororibus apud sanctum Martinum skeningie, recipiantur prouentus curie Winagarn, Ad persoluendum autem omnibus aliis locis religiosis, atque Ecclesiis cum earum sacerdotibus, accipiantur redditus curiarum. Hyrn. & Thullagarn, Ragnfridi vero persoluatur de prouentibus curie. Sochnadall, Actum sictonie, in Ecclesia beate Marie virginis, die veneris proximo post festum beati Nicholai, in presencia Domini mei regis, domini Magni. Joans sun. domini mariti mei. Magni., domini philippi de Runby, domini Joans angeli fratris mei, domini. Benedicti. bossun. Fratris Olaui, prioris prouincialis dacie, fratris Laurencii prioris sictoniensis & fratris Jsraelis fratris mei, Anno Domini. M°.CC°.LXXX° octauo, Jn quorum omnium euidenciam, sigillum, Magnifici principis, Domini Magni, illustris Regis sweorum, & sigillum dilecti mariti mei. Domini Magni gregorij, & meum, ac sigilla dilectorum fratrum meorum, fratris jsraelis joans engils, karoli, necnon sigilla, prioris prouincialis, & prioris sictoniensis ordinis predicatorum presentibus sunt appensa.

Sigillen: 1, 2, 4—8 bortfallne, remsorne qvar; 3 andeligt, något skadadt.

982. 1288. d. 15 Dec. Upsala.

Kaniken Nils och Bengts i det dem af Biskopen Brynolf i Skara gifna uppdrag (jfr. föregående N:o 980) afgifna förbindelse.

Jn nomine domini amen anno eiusdem M°.CC°LXXX°.VIII°.XVIII kalendas ianuarij. Jn precencia reuerendi patris domini vpbsalensis nos NICHOLAUS. & BENEDICTUS. procuratores venerabilis patris domini .b. scarensis episcopi constituti. ipsum dominum nostrum scarensem, nomine procuratorio sentencie excommunicacionis per memoratum dominum vpbsalensem in ipsum ferende subicimus in hijs scriptis super articulis in procuratorio nostro continentur quam sentenciam excommunicacionis extunc memoratus dominus noster scarensis incurret si contra pretactos articulos venerit vel aliquem pretactorum saluis tamen in omnibus & singulis sua consciencia. iure suo. ecclesie sue & subditorum suorum necnon & ordine Datum vpbsalie anno & die supradictis.

a Sigill finnas något skadade.

983. 1288 d. 15 Dec. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen Magni Förklaring att Biskop Brynolf i Skara, i händelse af brott mot uppgifna punkter (jfr. N:o 980) är genom sjelfva gerningen satt i bann.

A. 2.

Jn nomine dominj amen Anno eiusdem. M°.CC°.LXXX°VIII Decimo .VIII. kal. ianuarij, Coram nobis Magno dei gracia vpsalensi ecclesie electo consecrato, Apud vpsaliam comparerunt Discreti viri Magister Nicholaus Canonicus scarensis & dominus benedictus presbiter eiusdem dyocesis, procuratores & nuncij speciales Reuerendi patris Dominj .B. dei gracia Episcopi scarensis, habentes auctoritatem & plenum mandatum prefatum episcopum dominum suum subdendj seu supponendj sentencie excomunicacionis per nos ferende, quam extunc incurret, si articulos jnfrascriptos vel aliquos seu aliquem illorum quj placitatj sunt inter dominum nostrum Magnum sweorum gothorumque Regem illustrem, & dominum episcopum sepedictum, non seruauerit illibatos, prout per eiusdem domini episcopi patentes litteras patere potest omnibus euidenter. Videlicet quod nunquam erit contra ipsum dominum nostrum Regem seu contra inclitos liberos suos nocuus consilijs, auxilijs, publicis vel occultis, sed ipsum dominum nostrum Regem & inclitos liberos ipsius iuuabit & eis astabit quantum poterit saluo jure ecclesie sue in omnibus licitis & honestis. Jtem quod neque fratres suos neque quoslibet alios, quos nunc inimicos domini nostri Regis esse vel scire poterit in futurum in suj preiudicium aut regni detrimentum fouebit publice vel occulte. Neque procurabit seu procurare faciet jnfra regnum vel extra aliquid quod secundum conscienciam suam preiudicium prestare poterit regno seu regie maiestatj. & si veraciter scire potuerit aliquid a personis fidedignis quod ipsi domino nostro Regi seu liberis suis illustribus obesse poterit, hoc ei aut aduocatis suis prout vtilitati Regni secundum conscienciam suam expedire crediderit intimare curabit. Nos igitur auctoritate que nobis ex dicta supposicione competit eundem Reuerendum patrem dominum Brỳniolphum episcopum scarensem in hijs scriptis excommunicamus, quam sentenciam ipso facto incurret, si premissos articulos non seruauerit vel aliquem premissorum. Actum anno, die et loco supradictis.

Intet sigill finnes under brefvet, ehuru det synes vara Original. Flera öfverstrykningar finnas äfven deri.

984. 1288 d. 27 Dec. Säckstad.

Biskopen Bengts i Skara intyg att Kaniken Nils Algots son kommit i besittning af Bergsätra genom byte mot Biskopens gårdar Hedaryd och Warnhem.

A. 6. 1. 39.

Omnibus presentes litteras inspecturis .B. dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam. Cum post lapsum primi parentis, ho-

minum memoria labilis sit & caduca, ne simul cum volubilitate temporis, Res gesta transeat, contencione calumpnia vel surrepcione succedencium necesse est ea que tam dubio voluuntur casu, certis remediis preuenire. volumus igitur omnibus euidenter elucere, Dilectum filium, Dominum Nicolaum algotj canonicum nostrum pro curja sua biærgsætrom, colonia & omnibus aliis eiusdem curie pertinenciis, mobilibus & immobilibus, curiam nostram hædærydh, cum agris, pratis, siluis, piscariis, molendino, colonis, & ceteris aliis pertinenciis, mobilibus & immobilibus, nec non & quandam coloniam jn hwærnemh sitam, presentibus viris discretis Dominis .B. preposito skarensi, nicholao odulphi & wæbærno canonicis nostris, fulkone & benedicto ecclesiarum gøkem & sigualzstadhum rectoribus titulo permutacionis rite & canonice habuisse. Nequis igitur ipsum dominum .N. super premissis aliquatenus valeat perturbare, sibi presentes litteras, jn facte permutacionis testimonium, concessimus, sigilli nostri & sigilli capituli nostri munimine roboratas. Datum sækkistadum. anno dominj. M°.CC°.LXXX°VII°. in die beati Johannis Apostoli & ewangeliste.

Ett litet stycke af sigillet är qvar.

984 a) *Öfversättning.*

A. 3. z. 1. n2. *).

Alle the goode men som thetta breff see. Helsom wii B. med gudz Nad. Bisp. j Sara ewerdelige med gud. Ath effter thet forste foräldren følle j syndena. tha warth menniskennes mitne wanskeliget oc forgängeliget Swo at al the ærande som timelige göris skule en ey forgengelig wara. for them som effterkommende warde antingie for missämye skuld. wrongwise æller offwerwold. Ty skule al ärande som fast bliffwe skule med breff och bewisning forwares Ffor ty wilijom wij at allom mannom skall weterligit wara. att wii haffwe fonget med eth lagliget skiffte aff hederligom manne. Her Niels algotzson wor Canich hans gord Byercetra. med en annen gord thersamestadz med allom egedelom rörlighom och wrörlighom Och fich han off oss i gen wor gord Hedharyd. med aker och äng skooger fiskewatn Qwernar och landboor med alla andra eghodeler rörlighom och wrörlighom och en gord som ligger j Hwarnem. Öffwer huilket bythe wore thesse beskedelige men. Her B. domproest j skara. her Niels adulphi,

*) Efter en af Dom-Prosten och Arke-Dieknen i Skara d. 16 Jan 1505 gjord vidimation och öfversättning.

her Wäbyörn wore Caniche. Her ffolke och her Benct j Göchem och siogulstadom soknaprester Och ther wppo ath jngen skall forhindre for:ne her Niels Algotzson j thetta bythe. giffwom wii honum wort opne breff. wnder wort och wort Capitels Jncigle. som scriffuet är j Seckiestada aar effter gudz byrd Twsande Twhundrade. ottatye. och otta. Sancte Johannis apostoli och ewangeliste dagh.

985. 1289.

F. d. konungen Waldemars stadfästelse på alla de gåfvor och förläningar, som han förunnat kloster och andliga personer.

A. 3. f. 1. 7.

Omnibus presens scriptum visuris. Waldemarus quondam Rex sweorum, salutem in domino, Deuocionis affectum, quem frater noster karissimus Dominus Magnus Sweorum gothorumque Rex illustris erga dei cultum, & personas religiosas gerit & gesserat, pietatis nichilominus opera, que ipsis exhibuerat & exhibet, merito approbantes, quicquid fratribus minoribus in regno Swecie, & sororibus sancte Clare Stokholm in possessionibus, uel bonis quibuscumque regalibus, aut propriis deputauerat, dederat, uel assignauerat, seu eciam assignabit in posterum, ratum habemus & gratum, ac si per nos personaliter esset elargitum. Jn cuius rei testimonium presenti pagine nostrum sigillum est appensum. Datum Anno domini, M°,CC°,LXXX°. Nono.

Sigillet, skadadt, hänger på några röda silkestrådar.

986. 1289.

Abboten i Alvastra försäkrar Biskop och Dom-Capitel i Linköping om delaktighet i klostrets goda verk och gerningar.

B. 3. 42.

Venerabili in christo patri ac domino .B. dei miseracione episcopo lincopensi & duci finlandie totique capitulo canonicorum eiusdem ecclesie. frater J. dictus abbas aluastrie. totusque conuentus eiusdem loci deuotarum oracionem suffragia cum salute. Quoniam vestre magne deuocionj &c. Datum anno domini Millesimo CCLXXX Nono:,

I marginalen är antecknadt: Videtur sonare de eodem sed per Alwastrensem; *Innehållet lärer således hafva varit det samma som föregående N:o* 568.

987. 1289 d. 29 Mars. Linköping.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts bref med förklaring att Nydala klostergods befrias från Biskopens ensaksböter.

A. 3. x. 1.

Omnibus christi fidelibus presentes litteras inspecturis Benedictus dei gracia lincopensis, Episcopus dux finlandie salutem in domino sempiternam, Conquesti sunt coram nobis dilectj filij abbas & conuentus noueuallis quod quidam nostri officiales ipsos indebite sollicitant & molestant exigentes ab eorum villicis & colonis ac familiis qui per nempdas Episcopales conuicti fuerint contra libertates quas eisdem monachis indulseramus medietatem legalis emende que dicitur ensak sed & quasdam nouas iurisdiciones ipsis inponere & subinducere moliuntur, Nos igitur paci predictorum monachorum paterna sollicitudine pie prouidere volentes & quieti predictas nostras litteras libertatis sic interpretamur quod ipsorum villicos & colonos ac familias ab omnibus causis & iuribus Episcopalibus siue tempore discusionis nempdarum nostrarum conuicti fuerint siue medio tempore publice confessi ac specialiter a memorato iure nostro dicto ensak liberos esse volumus penitus & exemtos prout a nostris predecessoribus habuerant ab antiquo hiis dumtaxat exceptis in quibus delinquens sentenciam excommunicacionis incurrit ipso facto, inhibentes firmiter per graciam nostram ne quis ipsos uel quempiam ex ipsorum familiis contra predictas nostras libertates ac predecessorum nostrorum audeat uel presumat aliquatenus molestare, Vt igitur predicte libertates robur habere valeant firmitatis presentes litteras scribi fecimus ac sigilli nostri munimine roborarj, Datum lincopie Anno domini M°CC°LXXX°IX° quarto kal. aprilis.

Ett stycke af sigillet är qvar.

988. 1289 d. 5 April. Linköping.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts beskärmelsebref för Skenninge Nunnekloster.

A. 3. n. 4. 12.

Benedictus diuina miseracione lincopensis episcopus Dux finlandie religiosis ancillis christi Priorisse & sororibus apud sanctum Martinum skeningie sub cura ordinis fratrum predicatorum domino famulantibus salutem in domino. Jntuitu diuini cultus ampliandi & conseruandi in dicto sacro loco cupientes uestris sacris oracionibus & succedentium uobis in eodem in perpetuum releuari recepimus uos & recipimus & eas que pro tempore

uobis successerint locum eciam ipsum & bona uestra que in presenciarum habetis & in posterum iusto titulo habiture estis Familias uestras vbicumque existentes sub apostolice sedis & nostra protectione speciali inhibentes districtius ne quis uobis uel loco uestro, bonis seu personis, ad monasterium uestrum spectantibus molestiam faciat aut uiolenciam dampnabilem inferat sicut indignacionem dei omnipotentis & apostolorum eius Petri & Pauli nec non nostram uoluerit euitare Quicumque uero maliciose contraire presumpserit, nouerit quod contra eum seueritate ecclesiastica acrius procedemus Datum lincopie anno domini, Millesimo ducentesimo octogesimo nono Nonis aprilis.

Ett stycke af Sigillet är qvar.

989. 1285 d. 17 Apr. Karlsberg.

Prioren Laurentii å Predikare-Ordens i Upsala stift vad till Påfvens mot Riddaren Röd Keldorsons åtgärd såsom Ämbetsman i Stockholm med ett derstädes för Orden köpt hus.

A. 3. c. 12.

Jn nomine domini amen, Anno eiusdem. M°.CC°.LXXXIX°.XV°. kal. Maij, Ego frater Laurencius prior indignus fratrum predicatorum sictun. vpsal. dyocesis fidedigna insinuacione didici, dominum Røth keldorsun militem et castellanum stocholmensem, mihi & communitati fratrum nostre prouincie grauem iniuriam intulisse. Cum enim ad villam stocholmensem iam dictam frequens sit fratrum nostrorum accessus, tum quia per eam in portu maris sitam ipsi de domo ad domum transeunt, tum eciam quia ibi sua necessaria commodius venalia ipsos de pluribus conuentibus oportet requirere et ob vtramque harum causarum diucius interdum ibidem nauigium expectare, quia in eadem forensi villa que jnfra paucos annos plerisque aliis ciuitatibus terre nostre populosior effecta est, fratres nostri ordinis conuentum non habent. ibidem a quadam vidua domina Elysabeth relicta quondam domini Godeche de Memmela cum consensu primogeniti sui filij, domini Johannis rectoris ecclesie logø pro habendo fratribus hospicij refugio, ipsorum fratrum nomine emi quoddam manerium fundum videlicet cum domibus situm circa pontem australem eiusdem stocholmensis ville, arra data & adhibito testimonio discretorum . ita dumtaxat, quod in prima conuencione sex tantum persone presentes extitimus, ego scilicet cum socio, Mater & filius predicti, domicella quedam eiusdem Matrisfamilias filia, que annos discrecionis habens etiam consensum adhibuit, & quidam honestus mercator Johannes weslere consanguinitate attinens supradictis. Jnter nos itaque fori

conuencione vocaliter facta supradicta domina & liberi sui surgentes in medium, michi vt in patria nostra inter vendentes & ementes moris est, manu porrecta, super stabilitate vendicionis facte fidem dederunt, & ego eisdem denarium dei tradidi in euidenciam empcionis. Sequenti vero die de consensu partis vtriusque vocati sunt in domum eiusdem domine tres reputati ciues eiusdem ville, preter personas que in prima conuencione presentes exstiterant, scilicet hermannus Cazubuc, arturus institor, & Johannes de werdene, necnon duo alij fidedigni, sed in villa predicta domicilium proprium non habentes scilicet Lambertus Mule & hermannus Cylle. Jn quorum precencia dominus johannes rector ecclesie supradicte, ex parte sua & matris publicauit omnia inter me et ipsos die proximo preterita stabilita. in qua publicacione duo condiciones pari partium consensu adiecte fuerunt. vna, quod extunc edificia in fundo empto existencia, in meo ac fratrum periculo quoad casus fortuitos premanerent. altera, quod ipsa dominina vsque ad totalem solucionem precij in dicto manerio libere remaneret, vna tantum domo super ripam stagni sita in introitu eiusdem manerij, michi ad vsum fratrum vndecumque stocholmis diuertencium resignata. pro cuius quidem domus occupacione eandem dominam & liberos suos me promisi redditurum indempnes, dans eis de precio mediante johanne de werdene antedicto, tres Marcas argenti in moneta tamen vsuali, pro arra, quartam insuper Marcam me daturum jnfra triduum vel circiter repromittens. Porro cum prefata domina hijs factis ad ecclesiam festinaret, vnam tantum Marcam argenti illo die recepit, dicens illi quem pro committenda pecunia reliquj de illa domo ante quosdam alios recedens, quod residuum donec ipsa requireret reseruaret Sed cum . . . . , hoc tercia die post innotuisset ipsam videlicet vn . . . . . enti recepisse pro arra, ego reliquas duas recipiens & *quartam prius* promissam superaddens eas sibi personaliter presentaui. Que presente . . . . que casu superuenerat dicebat se non audere oblata recipere . . . . . erens se a prefato domino .R. Castellano super vendicione . . . . . redargutam cum tamen ipsa habuerit michique & aliis pluribus ostend*erit* . . litteras serenissimi principis domini Magni dei gracia sweorum gothorumque Regis illustris, per quas patet ipsum dominum Regem ante nouem annos vel circiter fundum in quo edificatum est memoratum manerium predicto domino .G. quondam marito eiusdem *viduæ simpliciter et* absque condicione qualibet contulisse. vnde & predicti vsque ad hec tempora ipsum manerium sine censualitate aliqua possederunt pacifice & quiete. Respondit preterea domina sepedicta cum sibi *quem pre*misi exhibuit tres Marcas argenti, se eidem domino. R. timore perterritam promisisse, ne plus de precio a me soluendo reciperet, donec ad sepefati domini Regis discussionem dicte vendicio-

diciouis series deuenisset. Quo audito, *supradictas* tres marcas argenti sepefato arturo vsque ad terminacionem negocij custodiendas commisi examen memorati domini Regis pacienter expectare proponens, sciens ipsum dominum Regem in causis decindendis fore iust*um* . . . . , necnon personis ecclesiasticis & precipue religiosis fauorabilem existere in licitis & honestis. quj & quandoque fratribus nostris supplicantibus & necessitatem multiplicem pretendentibus prohabendo ex sua gracia . . . . o in villa sepedicta benigne vendit, quod cum fundos iam alijs contulisset faueret nobis si per nos possemus aliquem optinere. *Sane* sepedictus dominus .R. hec sibi per me relata respuens, & immutans proponendo sive expectando iudicem domini Regis, sepedicte domine per suffectum suum mandauit districte & sub pena amissionis manerij venditi, vt michi recessuro de stocholm mox arram restitueret quam recepit. quod . . . . . illo tempore facere recusauit, asserens se vendidisse rem, cujus proprietas sibi libere pertinebat. Jn crastino autem idem dominus .R. dominam illam accersitam per comminaciones consimiles prioribus conpulit, vt arram *sepedictam* in manus cuiusdam mercatoris daret, per ipsum michi restituendam, vel si eam nollem recipere fisco Regio deputandam. Verum ego nomine fratrum & meo foro rite facto finaliter initi volens, ac eosdem fratres . . . . otabiliter & indebite grauari sentiens, in eo maxime, quia cum ego pro domus nostre negocijs misissem fratres ad villam stocholmensem predictam, & ipsi iuxta conuencionem per me factam diuertissent ad domum fratrum . . . deputatam, exclusi sunt propter districtas inhibiciones prefati domini .R. qui eandem insuper domum in preiudicium non modicum fratrum nostrorum ac meum suis iam commodis adaptauit, ab hijs & alijs quibusqumque grauaminibus per eundem dominum Røth militem & castellanum stocholmensem illatis seu inferendis in hac parte, apostolicam sedem in hijs scriptis apello, me & memoratum empcionis negocium per me procuratum, eiusdem sedis protectionj submittens. Actum apud karlsbergh anno & die supradictis, Jn presencia Reuerendi patris ac domini Dominj Magni dei gratia vpsalensis ecclesie electi consecrati, presente quoque honesto milite domino benedicto boson vterino fratre ipsius domini electi, Domino Ernwasto Canonico vpsalensi, Domino Nicholao rectore ecclesie skeptunum, Domino Thoma rectore ecclesie schanald, Domino Thorberno rectore ecclesie æsetunum, et alijs pluribus.

Sigillen, 1 något skadadt; af 2, 4, 5 stycken qvar; 3 blotta remsan qvar.

På baksidan; Appellacio quedam quam super area quadam Stokholm. fecit Frater Laurentius tunc prior siktunensis.

990. 1289 d. 26 Apr. Rom.

Cardinalen Matthei Bref till Minoriter-ordens styresman i Norden att icke för penningar intaga folk i Orden.

A. 2. a. 4. 7.

Matheus miseratione diuina sancte Marie in Porticu Diaconus Cardinalis, Dilecto in christo filio . . Ministro prouinciali fratrum minorum in prouincia Dacie Salutem in domino. Fragilitate seu ignorantia sexus femine in Monasterijs ordinis sancte Clare receptiones personarum in sorores quandoque fiunt minus canonice, quod ex eo colligimus, quia non numquam pro recipientibus & receptis per symoniacam prauitatem dispensatio postulatur. Huic igitur morbo tam pestifero et infestiuo medicinam cupientes apponere et animarum prouidere saluti ordinamus et uolumus, ut Abbatissas et Sorores Monasteriorum tue prouincie ex parte nostra moneas et inducas sub amotionis Abbatissarum a regimine et Sororum translationis ad alia Monasteria penis ut ab huiusmodi receptionibus symoniacis decetero prorsus abstineant, & ostendas eis quam sit graue peccatum et periculosum symoniacis receptionibus prestare consensum. Verum quantum ad receptiones sororum preteritas symoniace factas tam cum Abbatissis et sororibus recipientibus quam cum personis receptis per huiusmodi uitium, potestatem tibi concedimus dispensandi, ita quod sorores et persone recepte possint in ipsius Monasterijs remanere primitus tamen absoluas tam personas receptas quam recipientes que indigebunt ab excommunicationis sentencia quam forsitan incurrunt pro eo quod in casu non concesso, uel per modum non licitum persone extrinsece infra Clasuram Monasteriorum huiusmodi sunt admisse contra ordinationem forsan inibitionem seu preceptum. felicis recordacionis Gregorij pape. IX. Volumus insuper quod secundum qualitatem & quantitatem excessus . . Abbatissis, Sororibus, & personis, Monasteriorum ipsorum super hoc iniungas penitentiam salutarem, Jta quod non impune se credant tantum facinus commisisse. Datum Rome VI Kal. Maij Anno domini Millesimo. CC°. Octuagesimo Nono Pontificatus domini Nicolai. pape. IIII:ti Anno Secundo.

Sigillet, i tegelrödt vax, är nästan oskadadt.

991. 1289. d. 7 Maj. Wisingsö.

Konungen Magnus I:s bref på tredjedelen af Allmänningen vid Arboga, till Kongl. Rådet och Ärke-Djeknen Sigge i Linköping.

A. 3. o. 1. 11.

Magnus dei gracia sweorum Gothorumque Rex Omnibus presentes litteras visuris uel audituris, salutem in domino sempiternam. Tenore presen-

cium notum, esse volumus omnibus euidenter. Quod nos dilecto consiliario nostro & clerico domino siggoni archidyacono ecclesie lyncopensis terciam partem de communitatibus terre penes arbughæ siue ille communitates inculte fuerint siue culte que nobis hactenus intuitu corone attinuerant, jure proprietario decernimus perpetuo pertinere Ne igitur super huiusmodi donacione nostra aliqua suspicio seu calumpnia valeat aliqualiter in posterum suboriri, Presentes litteras scribi fecimus et sigilli nostri testimonio roborari, datum wisinxø anno domini M°CC°LXXX^mo IX^no Nonas Maij.

Sigillet bortfallet.

992. 1289 d. 23 Maj. Riati.

Påfven Nicolaus IV:s Aflatsbref för dem, som på vissa årliga högtider besökte Linköpings Domkyrka.

F. 1. 328. An. 2. Ep. 183.

Indulgentia unius Anni ac 40 dicrum a Nicolao IV indulta visitantibus Ecclesiam BB. Apostolorum Petri et Pauli Lincopensem in nonnullis anni festivitatibus.

Nicolaus &c. *Venerabili Fratri . . . Episcopo, et dilectis filiis Capitulo Lincopensi Salutem* &c.

Loca Sanctorum omnium pia et prompta sunt devotione a Christi fidelibus veneranda, ut dum Dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles Deo reddant, et ipsorum nobis vendicando quodammodo patrocinium apud ipsum quod merita nostra non obtinent eorum mereamur intercessionibus obtinere. Licet igitur sicut intimantibus Nobis accepimus fideles Christi ad Ecclesiam vestram in festivitatibus beatorum Apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore ipsa Ecclesia est constructa, et Beate Marie Virginis, et Sancti Johannis Baptiste devote accedant suorum imploraturi veniam delictorum, ut tamen eo libentius, et liberius veniant ad eandem, quo dono celestis gratie senserint se refeetos, omnibus vere penitentibus, et confessis, qui predictam Ecclesiam in festivitatibus predictis venerabiliter visitaverint annuatim de Omnipotentis Dei missericordia, et ipsorum Apostolorum auctoritate confisi unum annum, et quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Reate Kal. Junii Anno Secundo.

993. 1289. d. 6. Juni. Clevastad.

Gabl Gustafs sons m. fl. förklaring att dess syster, Margareta ägde att till kloster och kyrkor gifva hvad och huru mycket henne behagade, och sjelf förvalta det öfriga i sin lifstid.

A. 3. y. 1. *).

Omnibus presens scriptum cernentibus. Karolus gøstafsson, Benedictus Pætersson et coniux eius Ingeburgis salutem in omnium saluatore. Quum ob labilem hominum memoriam viteque fragilis breuitatem que racionabiliter acta sunt frequenter in dubium reuocantur et raro proueniunt ad puram noticiam posterorum nisi scripto superstite succedentibus pateat quod aliter aboleret mors et oblivio frequenter eciam prauitas et inuidia peruersorum presentes scire volumus et posteros non latere nos sorori nostre Margarete coram domino Anundo episcopo strengenensi in clevastadum et fratre gothorme feria secunda post dominicam trinitatis plenam potestatem contulisse de bonis suis mobilibus et immobilibus que et quanta claustris et ecclesiis voluerit et aliis quibuscunque voluerit et quod residuum fuerit ad dies suos habere libere et possidere in quocunque statu voluerit conuersari et postea ad heredos suos quos si deus constituerit redeat diuidendum. Jn cuius rei testimonium sigillum domini strengenensis memorati per nos petitum et concessum presentibus est appensum necnon et nostra sigilla eisdem duximus apponenda. Datum anno domini MCC LXXXIX loco et tempore superne memoratis.

994. 1289 d. 12 Juni.

Konung Magnus Is bref rörande Svantepolks dotters ingående i Vreta kloster, samt gårdarne Ramnstad och Kidjavad.

A. 3. t. 1.

Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam Quoniam certitudo litteralis dubitaciones ac scrupulosas hesitaciones iurgiorumque materias solet amputare Jdcirco ne iniuste contra personas vel communitatem collegii Wretensis in posterum procedatur per aliquos iniuste sencientes volumus omnibus innotescere per presentes quod cum domina .K. filia domini Suantpulk abbatissa Wretensis . . . Wæg filiam Magni et Ingigerdis de Kalfstadum ad

*) Uti en af Konung Birgers bekräftad afskrift.

religionis habitum receperit consilio nostro dilectique fratris nostri domini .B. Episcopi Lyncopensis super hoc prius requisito nil contra leges terre factum fore culpabiliter uel uiciose sicut nobis retulerunt dominus .b. legifer Osgotorum & dominus Suantpulk quibus hujus negocii discussio commissa fuit specialiter si tantummodo contra parentum consilium et uoluntatem. quod eciam dominus byrgerus Kanonicus Lincopens. auunculus domine prefate testabatur addens quod ad claustrum nihil secum detulerit inter necessaria corporis indumenta similique modo pater eius M. negocium se habere fatebatur. quoniam recepit eam in sacristia ad gratiam plenariam & amicitiam presentibus venerabilibus dominis B. episcopo lyncopensi aliis tribus supra nomininatis etiam aliis quam pluribus fide dignis. Jn cuius gracie ac amicitie recepcionem in presencia omnium monialium Wretensium in salutem anime sue unum octonarium contulit in Ramnstadum commutatum de Kydiauadum. pro legacione speciali. tali condicione supposita quod si eo mortuo filia superuiueret de predicto octonario curia deberet construi cum omni suppellectili & utensilibus necessario ad curiam requisitis. Si autem eam prius mori contigerit unus octonarius de bonis sibi collatis cederet monasterio predicto iure perpetuo possidendus. constet tamen omnibus parentes dicte domine quamdiu uixerint donum illud ad suos usus uelle cedere & filiam suam in quantum postea de hoc pro necessariis adiuuare. Ne autem ista que secundum leges facta sunt ausu temerario audeat quis infringere uel donum cum iniuriis usurpare, ne eciam super hoc sinistra possit haberi suspicio litteras presentes sigilli nostri munimine et dilecti fratris nostri domini .b. lyncopens. episcopi corfirmamus. Datum Anno domini. M°.CC°.LXXX°.IX°. pridie Jdus iunii, Jn die consecracionis abbatisse ac aliarum monialium plurimarum.

På frånsidan: De ramstadh & kidhiauath.

Bägge sigillen äro bortfallne.

995. 1289 d. 16 Juni. Färingsö.

Biskop Petras i Westerås Fullmakt för 2:ne caniker att hos Påfven utföra hans klagomål rörande olägenheterna af Lunds Ärke-Biskopars Primat öfver Sverige.

A. 2. (K. y. 2. 78.)

Sanctissimo Patri ac Domino, Sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Petrus dei gracia episcopus arosiensis totumque Capitulum eiusdem loci oscula beatorum. Noscat Vestra Sanctitas reuerenda quod nos facimus constituimus et ordinamus nostros et ecclesie nostre procuratores actores syndicos et nuncios speciales prouidos et discretos

viros, Dominum Nicolaum Decanum, et Magistrum Laurentium canonicos ecclesie vpsaliensis metropolitane nostre quemlibet eorum in solidum ita vt non sit melior conditio occupantis ad representandum de nostro et ecclesie nostre nomine coram Sanctitate Vestra et ad exponendum damna grauamina et inportabilia onera que obuenerunt obueniunt et obuenire possunt nobis et prefate ecclesie vpsalensi pro eo et ex eo et ea occasione et causa, quod lundensis archiepiscopus contra nos et ecclesiam vpsalensem jus vendicat et uendicare nititur primacie, asserens quod vpsalensis electus, confirmacionem a lundensi archiepiscopo consecracionem et eciam pallium recipere teneatur. Et ad supplicandum Sanctitati Vestre quatinus compacientes nobis et ecclesie nostre vpsalensi apponere dignemini remedium oportunum vt dicta vpsalensis ecclesia occasione huiusmodi vlterius non grauetur. Damus insuper dictis procuratoribus et cuilibet eorum in solidum potestatem in animas nostras et cuiuslibet nostrum prestandi de calumpnia et de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum, Restitucionem in integrum principaliter et incidenter semel et pluries petendi et faciendi in predictis et circa predicta quidquid nos ipsi facere possemus si presentes essemus. Jn predictis autem omnibus et singulis alium seu alios procuratores semel et pluries substituendi qui eandem in omnibus habeant potestatem et in se ipsos procuracionis officium resumendi quociens eis et eorum cuilibet videbitur expedire promittentes sub ypotheca et obligacione omnium bonorum nostrorum, nos ratum gratum ac firmum perpetuo habituros, quidquid per dictos procuratur, et eorum quemlibet substitutum seu substitutos ab eis et eorum altero actum, gestum et procuratum fuerit in premissis et circa premissa. Jn cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum apud feringø. XVI° kalendas Julij.

Biskopens sigill, skadadt finnes; af Dom-Capitlets, på en ur brefvet skuren remsa, blott ett litet stycke qvar.

996. 1289. d. 1 Juli. Strengnäs.

Konungen Magnus I:s Fastebref på Ekeby, hvilket Riddaren Werner Brunke försålt till Biskop Anund i Strengnäs.

A. 3. g. 2. 14.

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Magnus dei gracia sweorum Gotorumque rex. Salutem in domino ihesu christo, Coram vniuersitate vestra tenore presencium recognoscimus dilectum fidelem nostrum & militem. dominum wernerum dictum Brunkæ predium dictum Ekeby videlicet quindecim sollidos terre cum dimidio venerabili patri domino Anundo strengnensi Episcopo pro triginta marchis denariorum & vna vsualis

monete, nobis presentibus & consentientibus, legaliter vendidisse. Ex cuius liberalitate sibi dictum predium scotatum fuerat perpetualiter & collatum. Quam quidem summam pecuniæ sibi integraliter numeratam & solutam esse coram nobis recognouit. Nos itaque dictum predium eidem Episcopo & suis successoribus auctoritate presencium perpetualiter confirmamus, obligantes nos & heredes nostros ad quittandum, tuendum & liberandum ab impetitione cuiuscunque. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum strengnes Anno domini .M°.CC°.LXXX°. Nono Kal. Julij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

997. 1289. d. 3 Jul. Riati.

Påfven Nicolaus IV:s skrifvelse till Ärke-Biskopen Johannes i Lund rörande öfverlemnandet af Pallium till Ärke-Biskop Magnus i Upsala.

F. 1. 33o. An. 2. Ep. 3o3.

Nicolaus IV. Archiepiscopo Lundensi mittit Pallium tradendum Vpsalensi Archiepiscopo.

Nicholaus &c. *Venerabili Fratri Johanni Archiepiscopo Lundensi Salutem* &c.

Cum palleum insigne videlicet Pontificalis officii ad usum persone dilecti filii Magni Vpsalensis Electi per dilectum filium Petrum Agnetis Lundensem Canonicum Nuntium tuum cum ea, qua decet fuerit instantia postulatum, et Ecclesie Lunden. fuerit ab apostolica Sede concessum, ut Archiepiscopus Lundensis. qui pro tempore fuerit palleum a Sede apostolica transmittatur de manu eius ab ipso Vpsalensi Electo, qui eidem Archiepiscopo Lundensi jure primatie subesse dinoscitur, assumendum. Nos eiusdem Petri postulationibus annuentes per eum dictum palleum de corpore B. Petri sumptum tibi derigimus prefato Electo in Archiepiscopum consecrato juxta formam privilegiorum eidem Ecclesie Lunden. a Sede apostolica concessorum ex parte nostra fideliter assignandum. Quocirca Fraternitatem tuam monemus attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus illud assignes prefato Electo sub predicta et ea forma, quam sub Bulla nostra tibi mittimus interclusam, et ab ipso nomine nostro, et Ecclesie Romane sub forma, quam tibi sub eadem Bulla dirigimus fidelitatis solite recipias juramentum. Formam autem juramenti, quod ipse prestabit de verbo ad verbum per ipsius patenses litteras suo sigillo signatas per proprium Nuntium quantocius studeas destinare. Ceterum non intendimus, quod per hoc tibi, vel Ecclesie tue novum jus aliquod acquiratur, vel predicte Vpsalen. Ecclesie in prosecutione sui juris Si quod circa premissa sibi competit quo-

ad petitorium, vel possessorium in aliquo derogetur. Dat. Reate V. Nonas Julii Anno Secundo.

998. 1289.

Edsformulaire för Ärke-Biskopen i Upsala vid emottagande af Pallium.

F. 1. 33a.

Forma Juramenti.

Ego Magnus Archiepiscopus Vpsalensis ab hac hora in antea &c. Apostolorum limina singulis biennis visitabo &c.

999. 1289.

Formulaire för öfverlemnandet af Pallium till Ärke-Biskopen i Upsala.

F. 1. 33a.

Forma dandi Palleum.

Ad honorem Dei omnipotentis et B. Marie semper Virginis et Beator. Apostolorum Petri et Pauli et Domini Nicolai PP. IV. ac S. Rom. Ecclesie nec non Vpsalensis Ecclesie tibi commisse tradimus tibi palleum de corpore B. Petri sumptum, plenitudine videlicet Pontificalis officii, ut utaris eo infra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis ei ab Apostolica Sede concessis.

1000. 1289. d. 6 Juli. Skälwik.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts Testamente och yttersta vilja rörande sin qvarlåtenskap.

A. 4. *).

In nomine domini. amen. Anno incarnacionis eiusdem. Millesimo ducentesimo. octogesimo nono. pridie Nonas Julij. Cum constet quod ex nichilo condita ad suam tendunt naturaliter originem vniuersa. & quod ea solumodo hominem ex hac vita migrantem sequi noscuntur que ab ipso ad opera pietatis fuerint misericorditer erogata. Nos Benedictus Dei gracia lincopensis Episcopus Dux Finlandie. diem nostri exitus ab hoc seculo pietatis quibus

*) Finnes äfven i vidimation af Bisk. Lars i Linköping d. 25 Nov. 1301.

bus possumus operibus preuenire cupientes sani mente & corpore & in nostra bona & sana memoria constituti Testamentum nostrum & nostram bonorum disposicionem vltimam condimus & facimus in hunc modum. Jn primis &c *lika med föregående N:o* 941 *till* Datum & Actum. skyeldawik. anno & tempore supradictis. hoc autem est nostrum vltimum testamentum. & nostra vltima voluntas quod & quam valere volumus jure testamenti. & si non valeret.. valebit de iure testamenti saltem volumus quod valeat jure codicillorum. vel epistole uel alterius cuiuslibet vltime voluntatis quod & quam sigilli nostri appensione muniri fecimus ad maiorem precedencium firmitatem. Petimus eciam presentes litteras sigillo dilecti fratris nostri illustris Regis swecie confirmari.

Sigillet något skadadt.

1001. 1289 d. 10 Juli. Stockholm.

Konungen Magnus I:s bref på Eknö till S. Claræ Kloster i Stockholm.

A. 3. f. 1. 6.

Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino, Meminimus, nos loco, & monasterio sancte Clare, quod apud Stokholm in presenciarum construitur, Rothmø cum ceteris insulis sibi adiacentibus ab antiquo, nostris specialibus litteris perpetuo contulisse, sed ne de Eknø, que inter ceteras eidem Rothmø adiacentes insulas conputatur, dubium aliquod possit suboriri, an dicto monasterio attineat, eo quod inter ipsas insulas in predictis nostris litteris nominatim non exprimitur, presentibus constare volumus & futuris, nos dictam insulam Eknø cum suis attinentiis, sicut reliquas ad memoratam Rothmø pertinentes, prefato monasterio sancte Clare perpetuo contulisse. Jn cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo jussimus communiri, Datum, Stockholm, anno domini, M°,CC°,LXXX°, Nono, Sexto, Jdus, Julij.

Ett stycke af sigillet finnes på gula och röda silkestrådar.

1002. 1289 d. 10 Juli.

Ulf Holmgers sons bytesbref på gods i Östergöthland till Alvastra kloster emot Ramshammar i Svea rike.

A. 3. v. 4.

Vniversis presentes litteras visuris vel audituris VLF HOMLGER SUN salutem in omnium saluatore. Nouerint presentes pariter & futuri tale concam-

bium cum monachis *aluastrensibus* fecisse prediorum, videlicet, quod predia nostra in osgocia que possidemus in villis que dicuntur meøym & fo-lalyso monachis supradictis dedimus in perpetuum possidenda, ita quod nos in swecia mansionem que dicitur ramshamar cum omnibus suis attinenciis recepimus iure perpetuo possessuri. Vnde ne istud concambium aliquorum falacia possit in posterum infirmari, presentem litteram siggillis suppositis videlicet illustris regis swecie M. & dominj lincopensis Episcopi, ac nostre matris, nostrique duximus roborandam. Datum anno dominj M°CC°LXXX°IX°.VI°. jdus Julij.

Sigillen: 1, 2, 4, något skadade, hänga å linnetråd; 3 bortfallet.
På baksidan: De mem.

1003. 1289 d. 22 Aug.

Olof Marskalks och dess syster Olörs gåfvobref på Sätuna, hvilket med hennes dotter blifvit gifvet till Wreta kloster.

A. 3. t. 1. 5.

Omnibus christi fidelibus presentes litteras visuris uel audituris, Haquinus maraschalchus & Olof, sua soror in domino salutem, tenore presencium constare volumus tam presentibus quam futuris, nos possessionem quam nos nostrique predecessores in sætunum possederamus ab antiquo cum omnibus sibi attinentibus cum filia dicte Domine Olofo, monastério de Wreta donacione sollempni perpetuo contulisse, Ne igitur super premissa donacione dicto conuentui aliqua possit in posterum columpnia suboriri in testimonium & euidenciam geste rei presentes litteras memorato damus conuentui nostrorum roboratas munimine sigillorum, Actum & datum anno domini M°CC° LXXX°IX°, jn octaua assumpcionis virginis gloriose.

Bägge Sigillen äro skadade.

1004. 1289. d. 8 Sept. Skara.

Biskopen i Skara Brynolfs aflatsbref för dem, som besöka Wreta kloster.

A. 3. t. 1. 6.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. Brÿniulphus miseracione diuina Scarensis Episcopus Salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere uenit, &c, *lika med N:o* 534 *till* aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia Beate uirginis Wretis parrochie wretis jn øsgotia. Monasterij sanctimonialium, ordinis Cisterciensis. lincopensis dyocesis. Congruis honoribus frequen-

tetur, Omnibus uere penitentibus & confessis qui ad ipsam Ecclesiam in festis subscriptis, videlicet in die et anniuersario dedicacionis ipsius ecclesie, Jn festis Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, Pentecostes, Sancte & indiuidue Trinitatis, Perpetue Virginis Marie, Michaelis Archangeli, Johannis Baptiste, Apostolorum Petri & Pauli, Johannis ewangeliste, Laurencij et Vincencij, Martirum. Beatorum Confessorum, Benedicti & Bernardi, Marie magdalene, et Scolastice virginum, Omnium sanctorum et per Octauas omnium sollempnitatum predictarum, causa deuocionis accesserint, uel manum porrexerint adiutricem, Nos de omnipotentis dei misericordia & beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, vnam Quadragenam annis singulis de iniuncta sibi penitencia, dummodo consensus & uoluntas diocesani accesserit, misericorditer relaxamus. Jn cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Scaris Anno Domini, Millesimo, Ducentesimo Octogesimo Nono. Jn Natiuitate Beate virginis.

Sigillet, hängande i hvita och bruna trådar, är något skadadt.

1005. 1289. d. 25 Nov. Lund.

Dom-Prosten i Lund, Turgots Testamente, innehållande anslag af fastigheter till underhåll af ett altare i Domkyrkan, till årsbegängelse, m. m.

B. 1. 311.

Testamentum prepositi trugoti in quo est fundacio altaris ipsius cuius presentacio pertinebit ad fabricam Et eius anniuersarium tenebitur de bonis in sandby.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego magister Trugotus prepositus lundensis. sanus mente et corpore horâm mortis ineuitabilem que michi magis ac magis. diebus suo cursu pretereuntibus appropinquat. piis operibus caute cupiens preuenire. in hunc modum meum condo testamentum. Lego igitur in primis ad altare per me constructum in ecclesia beati laurencii lundis in honorem sancte marie virginis et beati johannis ewangeliste et sancte katerine. iuxta quod meam eligo sepulturam. omnia bona mea in østre othørslef quam emi de domino allone presbitero cum omnibus mobilibus et immobilibus ad me pertinentibus in eadem. Jtem tres curias meas in rasryth in parochia æspingæ. cum omnibus suis. mobilibus et immobilibus. sub hoc modo scilicet. vt presbiter qui ipsum altare officiauerit pro tempore. redditus ex iam dictis bonis prouenientes. libere percipiat annuatim. excepta vna sola marcha. quam ad ornatum altaris supra-

dicti. singulis annis volo reseruari. Jtem vt idem presbiter missam omni die dicere teneatur vnam videlicet, in septimana de beata virgine. secundam et tericam de sancta katerina et beato Johanne ewangelista vicissim Alias vero dicat, de quibuscumque sibi placuerit. Jn quibus omnibus. mei memoriam habeat specialem. Jtem vt idem chorum in diebus festiuis frequentet et intersit vtrisque vesperis atque misse. Volo insuper, vt procurator fabrice ecclesie lundensis. memorato altari de presbitero prouideat et instituat. quem tunc velit. Preterea lego fabrice ecclesie lundensis omnia bona mea in sandby cum mobilibus et immobilibus michi attinentibus ibidem. Jta tamen quod ex redditibus exinde prouenientibus .XII. ore deducantur. quarum vna marcha canonicis dimidia vero marcha vicariis qui in anniuersario meo vigiliis et misse interfuerint diuidentur modo, quo poterit, equiori: Jtem dimidia marcha ad offerendum. Jtem dimidia marcha pauperibus scolaribus erogetur. Residuum vero fabrice vt pretactum fuit. libere cedat. Jtem lego claustro in Dalby IIII. marchas, claustro in øwith marcham, Claustro in tumæthorp marcam, claustro in bæckæskough. marcam, Griseis monachis de hærwado. IIII. marcas, claustro in bosæ marcam, claustro in byrthingæ. marcam Claustro de asilo. marcam claustro omnium sanctorum lundis marcam. Cuilibet ecclesie parrochiali ibidem duas oras presbiteris earundem. cuilibet tantum. excepta ecclesia in lata platea. cui confero duas marchas. sacerdoti eius. marcam et dyacono ibidem duas oras. claustro monialium sancti petri lundis marcam. Ecclesie aos. marcam. ecclesie ællækøpinge marcam, Ecclesie asum duas marchas Cuilibet hospitali leprosorum in skania. duas oras. hospitali sancti spiritus lundis. duas oras. fratribus predicatoribus lundis. dimidiam marcham. fratribus minoribus ibidem. tantum. fratribus minoribus in trælæburgh. dimidiam marcham. fratribus minoribus in Ystathæ. tantum. fratribus predicatoribus in aos dimidiam marcham. fratribus predicatoribus in hælsingburgh tantum. Ad horum solucionem obligo omnia bona mea mobilia que habeo in fundis prepositure et canonie et ecclesiarum in scania. Jtem confero ecclesie sancti lucii Roskildis X. marchas den. syalandensium, claustro æsærum duas marcas den. sialand. Ecclesie wik marcam den. sialand. Ad hec soluenda obligo curiam meam in færsløf. Exsequtores autem testamenti huius constituo dilectos michi. nepotem meum Dominum joon billæ et dominum nicolaum gregorii concanonicos meos et dominum nicolaum magnusson. rogans eos. vt hiis omnibus obseruandis intendant diligenter et ea ordinent quemadmodum anime mee viderint expedire. et sicut coram summo judice in die judicii voluerint respondere. Vt autem hec omnia robur habeant firmitatis. feci presentes litteras discretorum dominorum, capituli lundensis. nec non et exsequtorum testamenti huius infrascriptorum. vna cum meo proprio. com-

muniri. Actum Lundis anno domini MCCLXXXIX. in festo sancte katerine virginis.

1006. 1289 d. 26 Nov. Etegi.

Konung Magnus I:s gåfvobref, på en del af Wetterskogen, till Warnhems kloster.

A. 3. 2. 1.

Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam facta mortalium simul cum tempore labuntur & obliuionis iacturam, senciunt nisi munimentis litterarum allegentur & earum adminiculo ab obliuionis interitu defendantur. Jdcireo tenore presencium constare volumus tam posteris quam modernis, Quod nos viris religiosis honestis ac deo deuotis Monachis ordinis Cisterciensis de Wernem spacium silue que dicitur Wætorskoger quod spacium situm est juxta Byæar seluarydh inter duos rivos videlicet fiscibech et Wxnabec protensum ab ipso lacu qui dicitur Wætor usque ad locum silue predicte qui vocatur moenh ex utraque parte cuius spacii partem aliquantulam prefati monachi eciam prius comparauerant, accedente ad id voluntate bondonum in sepedicta silua ius habencium quibus bondonibus alibi pro ipsorum libito satisfecimus. Jntegraliter donamus infra prescriptas metas ab omni solucione liberum et conferimus absque calumpnia iure perpetuo possidendum. Ne igitur super premissa donacione possit aliquis in posterum dubitare. presentem seriem decreuimus sigilli nostri munimine roborare. si quis autem sepenominatos monachos super hac nostra concessione & donacione, infestare, molestare, seu quomodolibet inquietare presumpserit. nostram sine dubio senciet vlcionem. Datum Eteghi anno domini M°CC°LXXX°IX°. Jn Crastino beate katerine virginis.

Sigillet, som hängt på röda silkestrådar, är bortfallet.

1007. 1289 d. 29 Nov.

Agnes Mathei sextons testamente af fastigheter till Sigtuna och Sko kloster, m. m.

A. 4.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Quum uarii sunt humane fragilitatis euentus & terminus mortis omnibus est incertus necesse est dubios casus certis racionibus preuenire, Ego igitur Agnes Mathei quondam

filia de ask in meorum remissionem peccatorum de bonis michi a deo concessis testamentum meum ordino in hunc modum. Fratribus predicatoribus siktonie apud quos eligo sepulturam do dimidiam marcam terre in hiis villis, Jn vingru villa que dicitur ekibẏ unum solidum terre. Jn deffinsø dimidiam oram terre. Jn lunbẏ, parrochia marchem dimidiam oram terre. Jn sebẏ, parochia valandatunum octo solidos terre. quorum quilibet solidus terre suprapositus ualet tres marcas den. volo autem quod heredes mei predia predicta iusto precio redimant, postquam defuncta fuero ante annum. Claustro sanctimonialium in sko quatuor marcas den. Dilecte filie mee sanctimoniali ibidem duodecim marcas den. Ecclesie mee parrochiali Nes & sacerdoti duas marcas den. Testes huius donacionis mee presentes fuerunt filius meus Jacobus filia mea Botildis & helmborg sanctimoniales de sko, frater bo supprior siktoniensis, & frater Bernardus. Jn cuius testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno domini M°CC°LXXXIX. in vigilia sancti andree apostoli.

Sigillet fallet från den ur brefvet klippta remsan.

1008. 1289 d. 13 Dec. Rom.

Cardinalen, Biskopen Bonaventura m. fl. Cardinalers Aflatsbref för dem, som besöka St. Nicolai altare i Predikarebrödernas klosterkyrka i Sigtuna.

A. 2.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, Bonauentura Ragasinus Dei gratia archiepiscopus, Rodericus marrochitanus, Robertus Pergamensis, Theobaldus Canensis, Marcellinus T.. bulensis, Jacobus T.. ..ienensis, Perronius Larinensis, Rogerius S.. gulensis, Guilelmus Dignensis et Valdebrunus Auellonensis eadem gratia Episcopj salutem in Domino sempiternam. Qvoniam quidem de salute fidelium sollicitj deuotionem ipsorum quasj quibusdam allectjuis muneribus, jndulgentijs uidelicet et remissionibus, inuitamus, Ad debitj famulatus honorem Deo et sacris edibus impendendum ut quanto crebrius et deuotius illuc confluit populus christianus, tanto celerius delictorum suorum ueniam consequatur. Cupientes igitur ut Altare beatj Nicolaj in Ecclesia Domus fratrum predicatorum de Sictonia Obsellensis diocesis, congruis honoribus ueneretur et a cunctis christj fidelibus iugiter frequentetur Omnibus uere penitentibus et confessis quj ad dictum Altare in festis subscriptis uidelicet Natiuitatis Resurrectionis et ascensionis dominj nostrj atque Pentecostes, in quatuor festiuitatibus gloriose virginis Marie in festo omnium sanctorum, omnium et singulorum Apostolo-

rum, beati Nicolaj Pontificis, beatarum Katerine et Margarete virginum, beate Marie Magdalene in die dedicationis ipsius altaris, aut in anniuersarijs eiusdem diej causa devotionis accesserint, aut quj prelibato Altarj pro suis ornamentis luminaribus vel alijs suis necessarijs manus perrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum. Nos de omnipotentis Dej missericordia, et beatorum Petrj et Paulj Apostolorum ejus auctoritate confisi singulij, singulas dierum qvadragenas de iniunctis sibj penitentijs, dummodo consensus diocesanj ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus. Jn cujus rej testimonium presens scriptum Sigillorum nostrorum Munimine duximus roborandum. Datum Rome Idus Decembris Anno Domini .M°.CC°.LXXX°.IX. Pontificatus Dominj Nicolaj Pape IIII anno Secundo.

Sigillen: 2, 5, 8, 9 i rödt vax å röda och gula silkestrådar, finnas, något skadade; de öfriga bortfallna.

1009. 1289 d. 19 Dec. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Skrifvelse till Biskopen i Strengnäs om det på Konung Magni begäran beviljade giftermålstillstånd för Helga, Konungens anförvandt, och Rörik Birgersson.

F. 1. 334. An. 2. Ep. 699.

Nicolaus IV. instante Rege Svetiæ Strenginensi Episcopo committit dispensationem a 4:o Consanguinitatis gradu pro Matrimonio ineundo inter Halgham Regi consanguineam, ac Roricum Birgeri Upsalensis Dioecesis.

Nicolaus &c. *Venerabili Fratri . . . . Episcopo Strenginensi Salutem* &c.

Cum summus Pontifex collatis sibi in persona Beati Petri ab eo, qui eterna providentia celestia simul, et eterna disponit clavibus Regni celestis ligandi obtineat pontificium, et solvende nonnumquam supra ius de iure dispensans necessitatis vinculum quo ad ipsius iuris observantiam cuncti tenentur, laxat provide de sue potestatis plenitudine circa quosdam, cum urgens necessitas exigit, vel evidens necessitas id exposcit. Sane significavit nobis carissimus in Christo filius noster M. Rex Svetie, et Gothorum Illustris, quod licet dilecta in Christo filia Nobilis Mulier Halgha Animdi tue Dioc. eiusdem Regis consanguinea legitimo uti desideret consortio maritali, tamen in Regno Swetie aliquis nobilem ipsam gradu consanguinitatis, aut affinitatis ad contrahendum Matrimonium prohibito non contingens nequit comode inveniri, qui conditione status predicte Nobilis, ac originis nobili-

tate pensatis dignus eius copula, sive suis convenire sponsalibus videatur. Vnde cum dil. filius Nobilis vir Roricus Birgheri Vpsalen. Dioc. qui de Regno predicto existit, et Halgha predicta cupiant insimul matrimonialiter copulari, nec Roricus, et Halgha predicti possunt extra Regnum nubere supradictum absque Regis et Regni predictorum gravi dispendio, et jactura, et quia ipsi quarto consanguinitatis gradu ad invicem sunt coniuncti, et quondam Nobilis vir Magnus Regnaldi maritus eiusdem Halghe dicto Rorico eodem gradu dum viveret attinebat ad contrahendum matrimonium huiusmodi procedere nequeunt sine apostolice Sedis licentia speciali. Quare pro parte ipsius Regis fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum pro eo quod idem Roricus quibusdam capitalibus inimicis dicti Regis adheret fomes odii, et rancoris in ipsius Regis, et eiusdem Rorici mentibus radicate noscantur, qui siquod absit incrementum susciperet, gravia possent in Regno predicto scandala, et guerrarum pericula suscitari, et speretur, quod per coniunctionem Rorici et Halghe predictorum fomes odii, et rancoris huiusmodi extinguetur, et pax, et tranquillitas proveniet ipsi Regno, providere super hoc Rorico et Halghe prefatis de oportune dispensationis gratiam misericorditer dignaremur. Nos itaque attendentes fidem, et devotionem eximiam, quam idem Rex ad Nos et Romanam gerit Ecclesiam, et ob hoc votis eius in hiis que digne possumus annuere favorabiliter cupientes, ac de circumspectione tua gerentes in Domino fiduciam pleniorem Fraternitati tuper apostolica scripta mandamus, quatenus premissis veris existentibus super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum Rorico, et Halgha prefatis, quod gradu, et affinitate predictis, quibus sunt coniuncti nequaquam obstantibus possint matrimonium insimul licite contrahere, ac in contracto libere remanere auctoritate nostra dispensare procures, prout secundum Deum videris expedire. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem XIIII. Kalend. Januarij Anno Secundo.

1010. 1209 d. 5 Jan. Hwetlanda.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts Bref till Invånarne i åtskilliga socknar i Njudingen och Östbo, hvilka för svårt väglag ej kunnat i tid framföra den Nydala kloster anslagna Biskops tionden, med befallning att de den samma årligen före Kyndelsmässan aflemna.

A. 3. x. 1.

Benedictus dei gracia lincopensis episcopus dux finlandiè Parrochianis omnibus de alsidum myrisbodom skiri. nesyohult. Limandahult. Myrisio. nevilsyò,

nerikyo, skedom & vrixstadhin in nyuthungia, necnon wernamo tandæ Owaxthorp. Gyellerÿth, Haxsyohylt. ak . . . . kiæpsyo, topthrÿth, in østbo constitutis salutem in domino sempiternam, Quia decimas nostras episcopales de vestris prouenientes parrochiis viris religiosis & in christo dilectis filiis abbati & conuentui nouevallia assignaueramus sed ueraciter intellexi-mus dictos religiosos propter difficultates viarum & locorum distancias in ferendis eisdem decimis dampna & incommoda sepius incurrisse, Quibus prouidere cupientes volumus monemus & in domino vos hortamur vobis in remissionem peccaminum iniungentes quatinus supradictas decimas nostras Episcopales ad ecclesias vestras singulis annis ante purificacionem beate virginis uel in die eiusdem deferri faciatis. Illum enim terminum vobis sub optentu gracie nostre vltimum & peremptorium assignamus Declaramus uero quod venerabilis pater Dominus Gvÿdo presbiter cardinalis apostolice sedis legatus omnibus illis qui ipsis ad hoc opem & operam impenderint efficacem XL. dies de iniuncta ipsis penitencia misericorditer in domino relaxat, Nos eciam omnibus illis qui in premissis ammonicioni nostre parue-rint confisi de misericordia dei & beatorum apostolorum eius Petri & Pauli quadraginta dies de iniuncta ipsis penitencia in domino misericorditer relaxamus. Datum huetelandum anno domini M°CC°LXXXX°. In vigilia epiphanie.

Ett mindre stycke af sigillet är qvar.

1011. 1290 d. 29 Jan. Rafunda.

Utvalde Ärke-Biskopen Johannis Skyddsbref för Gjurd Bodakarl, att, mot gästnings hållande vid stugan på Rafunda skogen i Jemtland, vara fri från alla utlagor.

A. 7. 1. 25.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Frater Johannes miseracione diuina Electus vpsalensis. Salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus vniuersis quod nos gyrth bopakarl de silua Rawnd in Jemcia, presentium exhibitorem sub beatorum Laurencij & Erici martirum, ac ecclesie nostre vpsalensis, & nostram proteccionem recipimus, & munimen, inhibentes omnibus & singulis firmiter & districte, ne quis eum indebite molestare seu aggrauare presumat. Inhibemus eciam districtius ne quis eun-dem, G. racione partis predij in silua predicta sibi ab vpsalensi ecclesia causa hospitalitatis assignate, impetere, census, tallias vel exactiones quas-libet imponere aut alio quouis modo grauare presumat, In horum igitur euidenciam, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud eccle-siam Rawndir, quarto kal. Febr. Anno domini Millesimo, CC°, Nonagesimo.

Sigillet skadadt på ena kanten.

1012. 1290 d. 15 Febr. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Bulla, om 1 år och 40 dagars aflat för dem, som besöka Upsala domkyrka.

A. 1. 40.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei. Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Uite perempnis gloria, qua mira benignitas conditoris, omnium beatam corbnat aciem, Ciuium supernorum, a redemptis pretio sanguinis, fusi de pretioso corpore redemptoris, meritorum debet acquiri uirtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique, sed precipue in sanctorum ecclesijs, maiestas altissimi collaudetur. Cupientes igitur, ut Cathedralis ecclesia vpsalensis, congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in Natiuitatis, purificationis, annuntiationis, et assumptionis beate Marie virginis, et beati Laurentij, festiuitatibus, et per Octo dies festiuitates ipsas immediate sequentes, necnon et in Anniuersario die dedicationis eiusdem ecclesie, annis singulis uenerabiliter uisitarint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, vnum Annum et Quadraginta dies, de iniunctis eis penitentijs misericorditer relaxamus. Datum apud vrbemuetere[m] KV kalend. Martij Pontificatus nostrj Anno Tertio.

På uppvecket vid hörnet, Jo. Pon. *På baksidan:* Helyas de Spoleto; *derunder* R, *med deruti,* scriptum cap:o *och derjemte* .DCCXIIII.

Blybulla, med dess snöre, bortskuren.

1013. 1290 d. 15 Maj.

Birger Thomassons gåfvobref på Luckustad till Saba kloster, vid ingående i klostrets brödraskap.

A. 3. h. 2.

Ego Birgerus thome quondam filius notum facio omnibus presentibus & futuris quod ecclesie christi et Monachiis de saba dedi totam partem meam in lucustadhum in parochia ørbergha in osgoeia cum agris pratis et siluis et omnibus pertinenciis pro salute anime mee et parentum meorum Jnsuper & meipsum dedi in fraternitatem ipsorum coram deo et toto conuentui illorum et volo deinceps esse amicus eorum et defensor deo adiuuante Jn cuius testimonium sigillum meum est appensum scriptum anno domini M°CC°XC° Jdus Maij.

Sigillet nästan oskadadt.

På frånsidan: Donacio birgheri Thomasson super lukustadha in osgocia prope Wadzstenas.

1244. 1290 d. 15 Maj. Fuldalösa.

Djekn. Andreas Sigtryggs son gåfvobref på Fuldalösa till Skara Domkyrka och Örslösa till Biskopen i Skara.

A. 3. z. 1.

Jn nomine domini amen, anno eiusdem .M°.CC°. nonagesimo. die lune proxima post ascensionem domini, Ego Andreas dyachonus sigtragi condam filius jn fuldæløso constitutus jn presencia Reuerendi patris domini bryniulphi episcopi skarensi & testium infrascriptorum. Recognosco curiam meam & omnia bona mea immobilia in fuldæløso cum agris, pratis, siluis, colonis, nemoribus, pascuis, piscarijs, molendinis, & Ceteris aliis appendicijs Esse Ecclesie beate virginis skaris, Recognosco me eciam tenere & tenuisse postquam restitutus fui gracie domini Regis, & sue, bona predicta de gracia ipsius domini Scarensis speciali, renuncians omni juri si quod mihi in dictis bonis & successoribus meis competere videbatur de jure vel dé facto, Jnsuper ego andreas per Jhesu christi graciam mente & sensu sanus licet corpore languens jn remissionem peccatorum meorum presentibus eisdem testibus Exnunc do & lego jure testamenti & relinquo Episcopo, nomine predicte ecclesie beate virginis skaris omnia bona mea immobilia jn ørsløso sita, cum descendentes non habeo, cum domibus, agris, pratis, siluis, nemoribus, pascuis, aquis, & omnibus attinenciis Reservato mihi ad tempus vite mee vsufructu, & cum diem extremum clausero, bona jsta cum bonis supradictis ad ipsam ecclesiam statim deuoluantur, Mobilia eciam in dictis bonis existencia de quibus ante diem extremum alias. non duxero ordinandum Cedant episcopo memorato, Exsequtores autem huius mei testamenti constituo discretos viros, magistrum nicholaum oddulphi canonicum scarensem, dominum folconem Rectorem ecclesie de gøkemh & dominum Laurencium arwidi plebanum de thingwaldum, & rogo, quod hanc meam donacionem, recognicionem seu hoc meum testamentum faciant adimpleri, Rogo eciam ipsum dominum meum skarensem, capitulum skarense, & testes infra scriptos, vt sigillis suis presentem paginam velint confirmare, Huic autem recognicioni et donacioni jnter fuerunt testes non fortuiti sed rogati, videlicet dominus thorirus canonicus skarensis, fratres; luto & arnfynnus de ordine predicatorum skaris, Dominus bero dé salaby, dominus asmundus de kialby, dominus berthorus de klewomh, dominus ericus de widhemh, dominus stenulphus de fuldæløso, presbiteri, layci uero finzantus & lidhinwardus parochiani de klewomh, & multi alij clerici & layci fidedigni, Nos autem bryniulphus dei gracia skarensis episcopus huic ordinacioni sue sigillum nostrum cum sigillo capituli nostri duximus apponendum, Actum Loco & tempore supradictis.

Sigillen: 1, 2, 3, 6, 9 bortfallna, remsorna qvar; 4, 5 något skadade; 7, 8, anhängda.

1015. 1290. d. 17. Juni. Upsala.

Biskopen i Linköping, Hertig Birgers intyg om verkställdt vittnesförhör rörande Ärkedjeknen i Upsala Johans testamentariska disposition.

A. 2. a. 4. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis Benedictus dei gracia episcopus lincopensis dux fynlandie salutem in domino sempiternam. Notum facimus per presentes quod nos. in causa que uertebatur inter dominum nostrum regem ex una parte & capitulum ecclesie vpsalensis ex altera super bonis relictis post dominum johannem vpsalensis ecclesie archydyaconum bone memorie ab utraque parcium assumptus in iudicem. deposiciones testium. qui ordinacioni sue extreme uoluntatis interfuerunt videlicet domini Gerardi canonici vpsalensis fratris petri Gardiani fratrum minorum vpsalie & socii sui fratris thorstani & domini Nicholai presbiteri dicti alla. domini Gamalielis presbiteri. domini swenonis presbiteri personaliter presentibus religiosis viris fratre jærpolpho ordinis minorum lectore stokholmense. & fratre israele lectore sygthoniensi ordinis predicatorum, recepto prius ab ipsis testibus de veritate dicenda iuramento singillatim audiuimus & eorum testimonia discussimus diligenter. Dominus autem Gerardus canonicus supra memoratus primus auditus a nobis deposuit in hunc modum. Ego Gerardus a venerabile viro domino johanne archidyacono vpsalensi graui infirmitate laborante feria secunda ante festum beati erici regis & martyris parum ante pulsacionem vesperarum. presentibus fratre petro. Gardyano fratrum minorum cum socio suo fratre thorstano & domino Nicholao alla domino Gamaliele. domino suenone presbiteris. laurencio eiusdem archidyaconi cubiculario que sequentur audiui. ipse siquidem vicissim a gardyano prememorato & me monitus. vt de bonis suis ordinaret. istas curias scilicet skulhamar. & curiam kiular & predia illic circumiacencia omnia usque ad vndecim marchas terre prout putauit. viua uoce legauit pro uicaria in ecclesia vpsalensi facienda. predia que de nouo acquisierat iuxta vpsaliam deputauit collegio canonicorum. vt in perpetuum anniuersarium agatur eiusdem. nichil plus expresse ordinauit. cum autem instaremus gardyanus & ego. vt plura disponeret. vocauit notarium vt scriberet. sed molestia morbi prepeditus dixit. quod illa vice nichil amplius potuit ordinare. cum autem diceremus ei. quod si in crastinum non duraueritis. Respondit si sic contigerit, totum deo & ecclesie relinquo. per omnia eodem modo deposuit Gardyanus. & dominus nicholaus alla. similiter & reliqui tres scilicet socius gardyani & domini Gamaliel & sweno presbiteri. nisi quod dixerunt se non audiuisse illud. si sic contigerit. totum deo & ecclesie relinquo. quod ideo accidisse putamus, quia remociores erant aliquantulum a lecto. vel quia tristes inter se de

aliis musitabant. actum vpsalie. anno domini. M°C°C°. nonagesimo in die beati Botulphi abbatis prememorati autem laurencii cubicularij deposicionem non audiuimus. quia ante erat in wisby transmissus. actum anno & die, quo, supra.

Sigillet bortfallet; remsan qvar.

På frånsidan: Testamentum domini j archidyaconi vpsalensis vbi testes citati deponunt quod curias suas scilicet Schulhamar & kiular ac predia circumiacencia vsque ad vndecim marcas terre legauit Ecclesie vpsalensi pro vicaria facienda, alia predia de nouo acquisita legauit collegio canonicorum vt inde anniuersarium perpetuum agatur.

1016. 1290 d. 17 Juni.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts dom i tvisten mellan Konung Magnus och Upsala Domkyrka om Ärkedjeknen Johan Odolfs sons testamente.

A. 3. a. 1. 4.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen Nos Benedictus Dei gracia episcopus lincopensis dux finlandie, super causa que inter magnificum principem dominum Magnum Sweorum Gothorumque regem illustrem fratrem nostrum ex parte vna & capitulum vpsalense ex altera super heredidate quam dominus Johannes oddulfson bone memorie quondam archidyaconus eorundem post se reliquid. vertitur plenam prout in litteris vtriusque partis plenius continetur auctoritatem iudicandi optinentes testibus super testamento quod dictus archidyaconus condidit productis & prout iuris est diligenter auditis & examinatis bona sua omnia que prout dictum est jdem archidyaconus post se reliquid siue profecticia fuerint siue aduenticia ecclesie adiudicamus vpsalensi. & super hoc sentenciam ferimus in hiis scriptis. Actum wpsalie. in die beati botulphi confessoris, anno domini M°.CC°. nonagesimo.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

På frånsidan: B. Episcopus lincopensis iudex constitutus adiudicat Ecclesie vpsalensi hereditatem certam & Regi magno abiudicat.

1017.

Upplysningar rörande Ärkedjeknen Johannes Oddolfs sons Testamente till Upsala Domkyrka.

B. a. 7.

Primus archidyaconus ecclesie vpsalensis fuit dominus Fulco institutus per dominum iarlerium archiepiscopum qui postmodum factus fuit archiepiscopus.

Huic successit in archidyaconatu dominus benedictus frater suus vterinus qui obiit anno domini M°.CC°.LXXXI° die natiuitatis beate virginis.

Huic successit dominus Johannes Odolphi qui reliquit ecclesie curias kiular & sculhamar cum earum attinenciis pro vicaria perpetua Jtem pre-

dium in billinge nouem orarum terre reliquit pro anniuersario suo annis singulis celebrandum.

Hic obiit anno domiui .M°.CC°.XC°VII. kalen. Maii & sepultus in minori ecclesia lignea postmodum corpus suum translatum fuit inde & sepultum in maiori ecclesia in capella beati iohannis baptiste & sancti iohannis apostoli & ewangeliste constructa. De bonis huius habuit ecclesia vpsalensis plurima memoria digna, videlicet in vesby duas curias bonas. libros multos et indumenta preciosa, & insuper quadringentas marcas puri argenti & alias res preciosas.

1018. 1290. d. 30 Juni.

Konung Magnus I:s gåfvobref på stenhusen å Norrmalm i Stockholm till anläggning af kyrka och kloster åt Minoriter-munkarna.

A. 3. e. d. 1. 3.

Magnus dei gracia sweorum Gothorumque rex, Omnibus in regno swecie constitutis presentes litteras inspecturis, graciam cum salute. Tenore presencium constare volumus vniuersis, nos, domos latericias, ad plagam borealem, dictam Nyrramalm, prope stokholm situatas, pro structura ecclesie & claustri fratrum Minorum in stokholm, perpetuo contulisse, & ad hec, tantum de territorio circumiacente pro arena & argilla, fodiendis, quantum metatim distinximus personaliter quando, dicti loci fratribus, assignauimus illas domos. Jnhibemus igitur firmiter & districte, ne quis cuiuscumque sit condicionis, ordinis seu status, sepedictos fratres, super premissa nostra donacione domorum vt dictum est & territorij presumat infestare vel inpetere, seu quomodolibet impedire. Jn huius igitur nostre donacionis testimonium & euidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lincopie, anno dominj. M°.CC°.XC°. Jn commemoracione beati pauli apostoli.

Ett litet stycke af sigillet finnes å den ur brefvet klippta remsan.

1019. 1290. d. 8 Juli. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s skrifvelse till Abboten i Saba, samt Prioren i Sigtuna och Guardinen i Upsala med uppdrag att gilla valet af Biskop Johan i Åbo till Ärke-Biskop.

F. 1. 342. (338) An. 3. Ep. 263. *)

Nicolaus IV committit Abbati Monasterii de Saba Cisteri. ac. . . Priori Predicatorum de Sigtunia Vpsalensis et Strenginensis Dioec.

*) *Häraf 2:ne Exemplar, skiljaktige derutinnan att i det ena förekommer* Oarum (*Oarum?*) et Ervastum, *och i det andra,* Oarum et Ervastum; *samt till slut, äro i det andra, efter* intro-

ac . . . Guardiano Minorum Vpsal. approbationem Decreti postulacionis a Capitula Vpsal. fact. de Johanne Episcopo Aboensi in Vpsalens. Archiepiscopum.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis . . . Abbati Monasterij de Saba Cisterciensis. Priori Predicatorum de Sictunia Vpsal. et Strengenens. Dioec. ac . . . Guardiano Minorum Vpsalensium fratrum Ordinum Salutem &c.

Militanti Ecclesie dispensante Domino licet immeriti presidentes, circa curam omnium Ecclesiarum sollertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta pastoralis officii debitum crediti nobis Dominici gregis custodiam utiliter gerere divina cooperante clementia studeamus. Et licet Ecclesiarum omnium sollicitudo nobis immineat generalis circa illas tamen tenemur attentius per debite provisionis ministerium providere, que deplorare viduitatis incomoda dinoscuntur. Dudum siquidem Vpsalen. Ecclesie per obitum bone memorie Magni Vpsalen. Electi confirmati et etiam consecrati vacante, dilecti filii Capitulum ipsius Ecclesie vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est convenientes in unum pro futuri substitutione pastoris, et deliberantes per viam procedere compromissi in dilectum filium Johannem Archidiaconum, Andream Prepositum, et Olavum Canonicum ejusdem Vpsalen. Ecclesie compromittere curaverunt, promittentes, quod illum in suum, ac ipsius Ecclesie Vpsalen. Archiepiscopum reciperent, et haberent, quem ipsi de se, vel aliis in Archiepiscopum ejusdem Ecclesie concorditer eligendum ducerent, vel etiam postulandum. Dicti vero Compromissarii hujusmodi compromissa recepto recedentes in partem, et demum inter se diligenti deliberatione prehabita Venerab. Fratrem nostrum Johannem episcopum Aboen. in Vpsalen. Archiepiscopum unanimiter et concorditer postularunt, at idem Episcopus postulationi hujusmodi de se facte, sibique per specialem ejusdem Capituli Nuntium infra tempus legitimum presentate nec consensit, nec dissensit, sed super hoc dispositioni Sedis apostolice se commisit, ac postmodum prefati Capitulum per dilectos filios *Oarum* et Ervastum ecclesie Vpsalensi predicte Canonicos ad nos propter hoc specialiter destinatos decretum postulationis hujusmodi presentarunt humiliter supplicantes, ut postulationem eandem benigne admittere dignaremur. Nos autem decreto ipso recepto examinationem decreti et processus postulationis ejusdem Ven. Fratri nostro Episcopo Tusculan. et dilectis filiis nostris Petro tituli S. Marei Presbitero, ac Petro S. Eustachii

---

mittere *utelemnade orden:* usque mentis habeatur; *och efter* omnes *likaledes orden:* hiis exequendis potuerit interesse, *så ock i det ena* Gubernatoris, *i det andra* Gubernationis.

Diac. Cardinalibus duximus committendam, quibus decretum et processum postulationis ejusdem examinantibus diligenter, nobisque ac fratribus nostris super hiis fideliter veritate relata processus hujusmodi super eadem postulatione habitus canonicus est repertus. Nos igitur cupientes predicte Vpsalen. Ecclesie, que prudentis gubernationis regimine indiget de persona ydonea salubriter provideri, quia nobis de ydoneitate persone postulati predicti ad plenum non constat, laudabilem morem Romane ecclesie observare volentes, vobis examinationem persone ipsius postulati duximus committendam. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus habentes pre oculis solum Deum, si eundem Episcopum diligenti examinatione per vos facta de ipso, vita, moribus, honestate, scientia, et aliis virtutum meritis inveneritis esse ydoneum, atque dignum ad supportationem Archiepiscopalis oneris et honoris auctoritate apostolica postulationem admittentes eandem, ipsumque a vinculo quo Aboen. tenetur Ecclesie absolventes sibi transeundi ad predictam Vpsalen. Ecclesiam, licentiam tribuatis, faciendo ei a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Alioquin postulatione predicta non admissa faciatis eidem Vpsalen. Ecclesie de persona idonea per electionem, seu postulationem canonicam per Capitulum ipsius Ecclesie provideri. Contradictores Etc. Non obstantibus indulgentiis, per quas vobis, seu ordinibus vestris ab eadem Sede dicitur, esse concessum quod non teneamini vos intromittere Etc. *usque* mentis habeatur. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum apud Vrbem veterem VIII Idus Julij, Pontificatus nostri Anno Tertio,

1020. 1290. d. 28 Aug. Thorsås.

Biskopen i Wexiö Bo och Tuxe Jonssons intyg om Fader Haralds sons gåfva af Hylte gård i Allbo härad till Nydala kloster.

A. 3. x. 1.

Omnibus presens scriptum cernentibus, B, dei gracia wexionensis episcopus, & Tucho Jonæsun, salutem in domino sempiternam, Nouerint tam posteri quam presentes, Quod constitutus in presencia nostra fatherus haralds son, corpore incolumis & sue mentis compos, monasterio nouevallis vbi eciam post mortem elegit sepulturam, curiam suam hyltæ dictam in prouincia albohæreth cum prediis, siluis, pratis, ac omnibus & singulis pertinenciis suis, infra sepes & extra si tamen sine liberis ipsum decedere contingat testamentaliter reliquit, iure perpetuo possidendam, & disponendam pro ipsorum quorum interest beneplacito voluntatis, Jn cuius rei euiden-

denciam & perpetuam firmitatem, sigilla nostra presentibus duximus annectenda, Datum & actum Thorsas, Anno domini, M°.CC°, Nonagesimo, V, kal Septembris.

Bägge sigillen bortfallne, stycken af remsorne qvar.

1021. 1290 d. 29 Sept.

F. d. Lagmannen öfver Vestergöthland Algot Brynulfsons gåfvobref på jord i Östergöthland till Risabergs kloster.

A. 3. n. 4. 13.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen, Ego ALGHOTUS BRYNULFS SUN legifer quondam vesghotorum sanus & incolumis nutu & instinctu spiritus sancti diuinorum beneficiorum perfluenciam erga me licet indignum considerans & diem precogitans extremum ne cum misericors deus me ex hoc seculo vocauerit inueniat intestatum, & de collatis ad tempus beneficiis arguat vt ingratum, inter testamenti mei donaciones alias licet exiquas, sanctimonialibus in risæbiergh do & lego tres octenarios terre in apundhum in osghocia, cum vno manso ibidem sito, cum omnibus suis pertinenciis intra sepes & extra, racione & nomine testamenti, possessionem & dominium in dictas sanctimoniales transferens, quocumque modo voluerint ordinandi, Jn cuius facti testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Actum anno Domini M°CC° nonagesimo festo sancti michaelis.

Sigillet, något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1022. 1290 d. 31 Oct. Sigtuna.

Biskopen i Åbo, JOHANS vidimation af Påfven NICOLAUS IVts Bulla för Predikare-munkarne.

A. 1. 82.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Frater JOHANNES, dei gracia aboensis ecclesie, Episcopus, Salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras, Sanctissimi Patris, Domini Nicolai ,IIII. non rasas, non abolitas, non concellatas, nec in aliqua sui parte vioiatas diligenter perspexisse in hec verba. NICOLAUS &c. *Se föregående N:o* 969. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Siktun. Anno Domini, M°.CC°. Nonagesimo. in vigilia omnium sanctorum.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1023. 1290. d. 18 Nov.

Hertigen Biskop Bengts i Linköping skuldsedel på 100 Gottländska mark, till Gerhard Plumph i Söderköping.

A. 6. 1. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Benedictus Dei gracia lincopensis Episcopus Dux finlandie, Salutem in domino Tenore presencium Recognoscimus discreto viro Gerardo. dicto plumph ciui swderchopensi in centum marchis argenti Gotensis monete nos teneri. quas sibi Gotlandie in festo assumcionis gloriose virginis iam instante proximo esse volumus persolutas, Jn cuius rei euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno. domini M°.CC°. Nonagesimo .XIIII kalen. decembris.

Af Sigillet ett stycke qvar på en utur brefvet klippt remsa.

1024. 1290 d. 20 Nov. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen Johans förbud för Lyd-Biskoparne att kungöra den öfver Domprosten och Dom-Capitlet i Upsala af Ärke-Biskopen i Lund gjorda bannlysning.

A. 6. 1. 41.

Jn nomine Domini Amen. Quia nos frater Johannes dei gracia Electus vpsalensis ecclesie reputamus, quod plurimum nos grauatos ex eo et pro eo, quod Dominus lundensis archiepiscopus Sentencias aliquas excommunicacionis et interdicti tulerit de facto in prepositum et Capitulum ecclesie nostre vpsalensi cum tamen longe ante dictarum sentenciarum prouunciacionem per ipsos scilicet prepositum et Capitulum ad sedem apostolicam extitit appellatum, prout plene in litteris super hoc confectis patet ideo opportunum volentes adhibere remedium ac precauere, ne pretextu Sentenciarum, quas inanes reputamus, vtpote post appellacionem legittime interpositam latarum per dictum Dominum Lundensem Scandalum graue in populo nostre prouincie suscitari videatur, sub pena excommunicacionis decreuimus prohibendum, ne quis Suffraganeorum seu aliorum Subditorum nostrorum dictas Sentencias seu alias quascumque per ipsum ferendas in ecclesie nostre vpsalensis prejudicium publicare presumat, seu a suis subditis publicare permittat, Alioquin nouerint, quod contra hanc nostram inhibicionem presumentes Sentenciam excommunicacionis, quam ex nunc vt ex tunc ferimus, in his scriptis incurrant ipso facto. Lata est hec sentencia vpsalie per nos fratrem Johannem Electum vpsalensem, Anno Domini M°. CC°. Nonagesimo XII Kalend. Decembris. Jn hujus rei testimonium, Sigillum Capituli nostri vna cum Sigillo nostro, quo in minori Statu vtebamur, presentibus est appensum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1025. 1290 d. 28 Nov. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen Johans bref med 20 dagars aflat för dem, som besökte gudstjensten vid hel. korsets altare i Sigtuna, hvarjemte han gifver dem, som annars höllo fasta med bröd och vatten, rätt att förtära fisk och öl.

A. 3. c.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Frater Johannes miseracione diuina, vpsalensis ecclesie Electus consecratus, salutem in domino. Quoniam apud dilectos filios nostros fratres predicatores Siktunie, in ecclesia beate Marie semper virginis pars ligni salutiferi, in quo pependit salus omnium, in cruce ad hoc conuenienter preparata, continetur, volentes eiusdem lignj salutaris honorem amplius & douocius in populo dilatari, omnibus vere penitentibus & confessis, qui in sextis ferijs ad ecclesiam supradictam ibidem Missam ad altare sancte Crucis audituri, conuenerint, viginti dies de iniuncta sibi penitencia, auctoritate dei omnipotentis & beatorum Martirum, Laurencij & Erici misericorditer relaxamus. Eis vero, qui tenentur in dictis feriis in pane & aqua ieiunare, pisces commedendi & ceruisiam bibendi, licenciam indulgemus. Jnsuper in festiuitatibus sancte Crucis, jnuencionis videlicet & Exaltacionis, & sexta feria parsceues, qui prefatum locum in memoriam passionis dominice, & reuerenciam sancte Crucis humiliter & deuote visitauerint, Quadraginta dierum indulgenciam consequantur. Datum vpsalie, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo Nonagesimo, feria tercia prorima ante festum beati Andre apostoli. Quia autem pontificale sigillum non habemus sigillum Capituli nostri vna cum secreto nostro presentibus est appensum.

Af Sigillet blott ett litet stycke qvar,

1026. 1290. d. 3 Dec. Bjälbo.

Konung Magnus Ls Bref angående det mellan Konungen och Munkarne i Eskilstuna gjorda byte af några gårdar

A. 3. l. r. 6.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris. Magnus Dei Gracia Sweorum Gothorumque Rex. salutem & omne bonum. Tenore presencium constare volumus omnibus euidenter. Nos talem permutacionem prediorum cum discretis & Religiosis viris Priore Ebbone & fratribus sancte domus hospitalis jerosolimitani beate johannis baptiste jn æskylstunum iniisse. quod Nos curiam nostram in forsum. cum suis attinenciis vniuersis eisdem commisimus et tradidimus omni sollempnitate legum adhibita. iure perpetuo possidendam. Recipientes ab ipsis pro dicta curia, predia & possessiones inferius annotatas. Duodecim videlicet oras & quinque denarios terre in Byrsund. & quatuordecim oras terre in silua ibidem. cum piscariis dicto pre-

dio attinentibus. Duodecim oras terre in haraldstadh Duas oras terre cum dimidio solido in walthopttum, & viginti solidos terre in Lundby. ac septem oras terre in grydznæs cum eorundem prediorum & possessionum attinenciis uniuersis. Ne igitur super huiusmodi permutacione et ordinacione nostra aliqua ualeat in posterum dubitacio seu disceptacio suboriri. Presentes litteras scribi fecimus & sigilli nostri munimine. Vna cum sigillis Dilecti filij nostri domini Byrgheri Regis junioris. & domini Waldemari. fratris nostri dilecti ac venerabilium patrum. Dominorum benedicti Lyncopensis episcopi ducis fynlandie fratris nostri karissimi. Anundi strenginensis Episcopi. Et dominorum Magni jonson. Anundi Haraldzon. Wlfonis Holmgerson. & Werneri Brunko Duximus roborandas Datum. in Byalbo. Anno domini M°.CC°. Nonagesimo prima dominica aduentus.

Sigillen: 1 Kongl. ett stycke qvar, 5 Andeligt; 2, 3, 4—11 bortfallne, remsorna qvar,

1027. 1290 d. 8 Dec. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen Johans aflatsbref för dem, som besöka Sigtuna klosterkyrka.

A. 3. c.

Frater Johannes miseracione diuina vpsalensis ecclesie Electus, Dilectis sibi in christo filijs Priori & conuentui fratrum predicatorum siktoniensium salutem in domino ihesu christo. Licet is &c. *lika med föregående N:o 954 till* confessis qui eandem ecclesiam in secunda die natalis domini Pasche Pentecostes ac per earundem solemnitatum octauas in anniuersario die dedicacionis maioris altaris et per octauas festiuitatis eiusdem in festo purificacionis annunciacionis assumpcionis nostre beate virginis et quolibet festo apostolorum et in solemnitatibus beati Petri martiris Augustini et Damiani confess. beat. Marie Magdalene vndecim mil. virginum et beate Caterine ac per octauas omnium predictarum festiuitatum cum reuerencia et honore visitauerint, de omnipotentis dej misericordia et gloriose semper virginis Marie matris eius auctoritate confisi, quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis annis singulis misericorditer relaxamus, Jnsuper indulgencias & gracias predicto loco a nostris predecessoribus uel alijs prelatis collatas, uel conferendas in posterum nostro tempore ratificantes auctoritate presencium confirmamus, Quia vero pontificale sigillum adhuc non habemus, cum sigillo nostro secretario sigillum vpsalensis ecclesie capituli, in huius rei testimonium presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini M°.CC°.XC°. Sexto Jdus decembris.

1028. 1291.

Lagmannen i Östergöthland, Benets vidimation af f. d. Konung Waldemars bref af år 1271.

B. 3. 44.

Omnibus prcsentes litteras inspecturis Benedictus legifer osgotorum salutem in domino. Vidimus litteras non cassatas nec falsatas domini W. regis quondam Sweorum in hec verba: *Se föregående N:o* 55o Nos igitur ad premissorum euidenciam pleniorem. sigillo nostro presentes fecimus consignari Datum anno domini Millesimo CC Nonagesimo primo.

1029. 1291. Stockholm.

Decan, i Upsala Nils öfverenskommelse med Nils af Sarungi rörande emottaget kyrkogods.

A. 3. a. 4. 4. *)

. . . . . Nicolaus decanus ecclesie vpsalensis salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes . . . . . infrascriptam fecisse & iniisse, cum nicholao de sarungi & suis heredibus super curia ecclesie nostre . . . . . um videlicet ut combinatis & compositis bonis dicti nicolaj cum bonis ecclesie attinentibus exequ . . . . . Heredes ad dandum & exhibendum annis singulis eidem ecclesie nostre vpsalensis medietatem integralem . . . . . similiter & de corrimbo, lino & lana necnon bobus, pecudibus, suibus & aliis animalibus macta . . . . . plaustrata. sciliset winterlas tantum, Item vnum talentum butiri de qualibet vacca lactea de qualibet oue case . . . . . am ecclesie in fundo nunc exstantibus in sua bonitate reseruabit, & si quicquam de nouo edificauerit illud . . . . . . ingat, casu aliquo hanc conuencionem infringi seu eciam reuocari. teneatur idem nicolaus o . . . . . item existencium tunc in curia predicta seu acquisitorum ab eadem. restituere eidem nostre ecclesie & . . . . . annone sibi attinente restituere tenetur tantum quantum medietas seminis æni (anni?) illius communiter comp . . . . . ao uel suis heredibus ultra predicta valeat annis singulis per quempiam nomine ecclesie in posterum ex . . . . . uel suos heredes volentes de predictis satisfacere, valea remouere, pre-

*) Af Brefvet äro bägge kanterna bortrifna.

sentem litteram sibi contuli sigil . . . . . nostri vpsalensis assignatam Datum stocholm anno domini. Millesimo. CC°. Nonagesimo primo.

Sigillen: 1, 2. Andeliga.

På baksidan: quantitas et qualitas rerum per decanum nicolaum de sarungi receptarum ab ecclesia, Jn aliis litteris su.. — confectis continetur. *Ytterligare:* Conuentio super curia oland vesby.

1030. 1291. d. 5 Jan.

Andreas Bårus Testamente och gåfvobref på åtskilliga fastigheter till Strengnäs Domkyrka.

A. 3. g. 3. 1.

Uniuersis presentes litteras inspecturis ANDREAS dictus Bath in dei filio salutem Quoniam varij sunt humane fragilitatis euentus. & terminus mortis cunctis est incertus. necesse est dubios casus certis racionibus preuenire presertim cum geste rei noticia cum fluxu temporis scito tollatur a memoria nisi uoce testium uel litterarum indicijs posteris prebeat viuacis memorie firmamentum. Jnnotescat igitur tam presentibus quam futuris Quod ego andreas jn nomine patris & filij & spiritus sancti amen sanus & incolumis de bonis mihi a deo collatis in remissionem peecatorum meorum dimidiam Marcam terre ecclesie cathedralj strengenensi jn lundby vnum solidum in myrky. in walastum vnam horam in giernum. in thubli dimidium solidum in thuetum. in hanastum northuetum dimidium solidum. in solbyergum .II. solidos. & duos solidos in walastum in thuetum. in schyelby dimidium solidum. in kyembistum dimidium solidum. in ellybj .II. solidos excepto molendino post mortem meam me fructum in vita mea de predicto predio recepturum, confero in perpetuum possidendum Jn cujus factj testimonium sigillum meum cum sigillo dominj nycholaj & dominj sunonis presentibus est appensum Anno dominj M°C°C° nonagesimo primo nonas januarij.

På frånsidan: littera testamenti andrissa baat.

Pergamentsremsor sitta qvar efter två bortfallna sigill.

1031. 1291.

Förteckning öfver Fastigheter, tillhörande Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4. 3.

Jn husum iuxta vapum. dimidiam marcam terre de rørico.

Jn nomine domini amen, predia subscripta. possedit fabrica ecclesie vpsalensis, quoniam ego nicolaus decanus recepi res & bona fabriee custodienda siue dispensanda. videlicet in hamarbosokn uilla vestby & in terwi-

num possedit XIIII. oras solidum minus. Jn billingi iuxta. upsaliam. marcam. terre. Jn sumarengi norundi .VI. oras terre. Jn skanestum. solidum. terre. cum dimidio jn talangi hernawi, sub finzanto dimidium solidum. terre. jn thiuvasetrum iuxta sictoniam II. solidos cum .X. denariis terre. Jn Rasbohunderi in Echibỳ .V. solidos terre jn leestum dimidium solidum terre jn vestraualbỳ .III. solidos terre cum dimidio. Jn parochia stalbỳ in hugbỳ wangachil, dimidium solidum terre. Jn wadnastadum .VIII. sol. terre jn rifingi duos solidos terre jn parochia harg. in mardsetrum .X. den. terre supradicta predia cambiui ego nicholaus taliter. pro marca terre in billingi habui de dominis rothgero & benone canonicis. predium. in vestbỳ oland quantum ibidem possiderunt. Pro XIIII or. solid. minus in vestbỳ hamarbỳ habui primum a domino sopp. milite, in nanøtunum septem oras cum solido, jn seffium, quinque sol. in karlabỳ iuxta stocholm .VII. sol. terre cum dimidio, Jtem a rustico anundo in vestbỳ habui eciam, in wialundi duos sol. cum dimidio Jn sebỳ fræsta, quatuor sol. terre & insuper habui a rustico predicto .XIII. Mar. den. pro predio postmodum in nanøtunum, silicet 4:or sol. terre habuit ecclesia de prebenda canonie mee 4:or sol. terre in vestbỳ oland, Jtem pro VII. sol. terre cum dimidio in karlabỳ, restituit dominus prepositus fabrice. in Echi vaxald. dimidiam Marcam terre, Jtem tres oras. terre cum quinque denariis terre in sumarengi permutaui in octo solidos terre ad sebỳ iuxta vpsaliam.

Postmodum emimus cum denaris fabrice in villa danmarcum sub hulmgero duos sol. terre & dimidium sol. terre in Raum ista emi de laurencio filio nicholaj. Jtem in vilingi dimidium sol. terre emimus de gerone lepp.

Jtem permutacionem iam de nouo feci cum fabrica in hunc modum. Recepi enim ab ipsa .VI. oras terre in nanøtunum, quinque sol. terre in sewium. duos sol. terre in danmarcum. dimidium sol. terre in villingi. & jnsuper dimidiam or. terre receptam ab ecclesia dalbỳ, pro istis reasignaui fabrice decem & .IX. sol. terre in sebỳ. jn norboabolstad .VIII. sol. terre. jn hubstabolstad sol. terre cum quinque den. terre, Jn Rasbohunderi in vestranalbỳ dimidium sol. terre Jn schechi sub iorundo dimidium solidum terre, Jtem propter melioracionem predii in sebỳ, applicaui pro recompensacione aliquali ecclesie danmarcum dimidium sol. terre in Raum quem possedit fabrica prius ut supra patet.

Jtem permutacionis titulo habui nomine fabrice in vesbỳ oland .X. sol. cum dimidio a domino øaro canonico vpsalensi & sibi restitui predium prebende mee attinens in villa førikarlabỳ. XI. sol. terre pro isto predio mihi attinenti rehabui de fabrica 4:or sol. terre in nanøtunum. de quibus fit mencio supra, & duas oras terre, quas habuit fabrica de testamento domini johannis stephani Jtem habui dimidium sol. terre in vestbỳ oland, a domino

meo magno electo. pro dimidio sol. terre quem dominus laurencius presbiter quinque in languþoru dederat in testamento suo fabrice.

Possidet ergo nunc fabrica ecclesie nostre vpsalensis, predia ista videlicet jn parochia danmarcum villa seby. nouem oras terre. in hubstabolstad, duos solidos terre cum XII. den. terre & dimidio; Jn parochia vaxald in norboabolstad octo sol. terre, jn Echi. dimidiam Marcam terre. Jtem in parochia Rasbohundari. Jn Echiby .V:que sol. terre cum .IX. den. et de empcione domini rothgeri vnum sol. terre Jn lunby .XX. denar. terre Jn Schechi, dimid. sol. terre sub iorundo. Jn leestum dim. sol. terre. Jn vestraualby quatuor sol terre jn østraualby sub petro .I. sol. terre. Jn hurwi. oram terre cum .II. den. quod predium habui a filiis huluasti de skiabergum, Jtem in parochia stalby in wangachil uilla hugby dim. sol. terre. Jn parochia tunum in misingi dim. sol. terre quem dedit gutbrandus fabrice. Jn parrochia adalundum. Jn vestby, decem oras terre cum dim. & quinque den. terre in manso curie. alias in uilla eadem dimid. sol. terre. Jtem oland in vatnastadum VIII. sol. terre. Jn risingi duos sol. terre. Jn superby .II. sol. terre habuimus de Ragna in myriby Jtem in parochia harg in Mardsetrum .X. den. terre Jtem in Nerdungahunderi in parochia Esabro, in lundum dimidiam Marc. terre, & partem molendini ibidem constructi. Jn Eboeredi walzmoru uilla. dim. sol. terre. Jtem in almungi villa hysingi sol. terre. cum .XII. den. terre. Jtem in beling villa superby tres sol terre cum dimidio habuimus a domina sigridis. in Eschilundum dim. sol. terre. Habuimus de ecclesia almungi in cambio, Jtem in norundi. in sumarengi tres or. terre minus quinque den. terre. Jn schinestum dimidiam oram terre. Jn talangi ernatun. dimid. sol. terre sub finzanto. Jtem in vendil. villa ywra acrum, unum sol. terre. Juxta sictoniam jn thiuwasetrum duos soldos cum X. den terre. Jtem in kulhambri de testamento domine Elizabeth oram terre. Jtem in birium villa broby duos sol. terre. hos habuimus de Jacobo agnetis filio, Et in brunby habere debemus oram terre. super qua . . . scit ben. dominus kanutus de vendil. Jtem in niuili iuxta upsaliam dim. sol. terre. Jtem in parochia hulanum uel jarlasum. habuimus duos sol. terre cum gurgite .a. domino Johanne angelo, Jtem iuxta hamarby, jn wialundi, duos sol. terre cum dimidio. Jtem in seby in fræsta quatuor sol. terre Jtem in Rødlippi duas or. terre. quas dedit fabrice dominus suno de jolbowich, Jtem in wermaland parochia thingwalli, villa fialstapn. dim. Marc. terre de testamento domini laurencij presbiteri quinque in bred. Summa .VII. Marcas terre cum dimidia & II. solidi cum .V. den. terre. Hic est . . . compo..tus prediorum fabrice attinencium, quorum possessionem habeat, ecclesia, Jn facte per me computacionis euidenciam sigillum *meum presentibus* est appensum. Scriptum Wisby Anno domini M°. CC°. nonagesimo primo feria sexta ante, festum . . .

1032. 1291

Tillägg till föregående bref, samt förteckning på Upsala Domkyrkas utestående fordringar.

A. 3. a. 4. 3. *)

Jtem in parochia marchem villa berby contulit sueno sili in suo testamento .VI. oras terre. quod testamentum habent fratres sicton. de jstis .V. oras possidet fabrica ecclesie nostre & vnam oram fratres Sicton.

Ex parte Ecclesie debita recipienda anno domini M°. C°C°. XC° I. Jsti tenebantur obligati fabrice ecclesie vpsalensis. Primum Olauus in Seffium pro annonona recepta in tyerp tres marcas. cum una. ora denariorum. pro hiis inpingnorauit in Seffium solidum terre.

Dominus Karolus gøstafsun .XXX. Marchas pro testamento dominj Johannis filippsun.

Gilibertus in Stroby XII. oras denariorum.

Asgotus sutor vpsaliensis .IIII. Marcas recepit pro operibus inpingnorauit domos suas.

Dominus Røricus de Solandatunum XXX. Marcas. super .X. solid. terre in Skieldinor.

Dominas philippus finuidi primum tenetur Ecclesie XIX Marc. cum dimidia denar. pro annona recepta diu .a. domino Decano. Jtem tenetur in XII. Marc. denar. VII. sol. minus pro annona recepta a domino brünulfo in garni Jtem tenetur in .X. marc. pro annona recepta a domino andrea jn frøsvndj pro hiis inpingnorauit predium suum. in Finzsta. videlicet XII. sol. terre. minus .V. denar terre. Jtem idem dominus tenetur pro annona recepta in husaby arlandi pro dimidia lesta octo marc. super predium similiter in Finzsta. scilicet .II. sol. & .X. denar. terre.

Jtem botuidus in Seffium tenetur pro annona in valby tres Marc. pro quibus inpingnorauit solidum terre in Seffium.

Jtem Matheus in Strümistum tenetur antiquum debitum pro annona .IIII. Marc. inpingnorauit solidum terre in Strymistum cum .V. den. terre. Jtem Rangnualdus in pusetrum .IIII. Marc. den. pro annona.

Hospitale Enicopense in duabus lestis annone .X. modiis minus valuit tunc modius Enicopensis oram denariorum erit ergo summa illius XX. Marc. ora minus.

*) Är med en annan hand skrifvit å baksidan af föregående bref.

Dominus Olauus Canonicus ecclesie nostre tenetur pro annona prioris anni primum, pro uidua in hyrwa XII. oras. pro vicino vidue ibidem marc. den.

Dominus Hemmingus Canonicus tenetur fabrice XII. oras. pro vno equo recepto ab Ecclesia.

Heredes nicolai obsa *sunar* tenentur pro debito quod idem nicolaus contraxit in curia XXV. tur. grossos cum dimidio quo valent in pecunia nostra XX. oras denar. vel circa. vasa .II. argentea & cochlearia vendebantur in curia. pro LXX. tur. grossis & dominus Suno Crül tenetur in .V. Marcis. Christina mater joseph in XII. oris tenebatur que exposuerat predium in stabby equiualens. Jgnoro si soluit nec ne.

Serskildt: Ex parte fabrice tenemur Ecclesie Kalmari quinque marcas. Cuidam paruulo silicet stephani lapicide, in quatuor marc. Ecclesie dalby in dimidia ora terre. valente tres Marc. denariorum.

1033. 1291 d. 21 Jan.

Nils af Gandagra Bref om pantsättning af sin fastighet Rephem till Örebro kyrka för 21 mark silfver till betalning af sin Herres, Lagman Knuts skulder.

A. 3. x. 1.

Uniuersis christi fidelibus ad quorum noticiam presentes littere peruenerint .N. de gandagrum salutem in omnium saluatore Nouerint vniuersi me .XXI. solidos terra in repem curia mea pro debitis domini mei .K. legiferi silicet .XXI. marca puri argenti Ecclesie in øræbro inpignorasse infra festum pasche sequentis anni persoluendis alioquin eadem Ecclesia extunc possideat terram perpetuo supradictam hac condicione subacta quod pro qualibet marca puri Ecclesia recipiet solidum terre vel .IIII:or marcas & .II. oras denariorum & si terra mea Jbidem ad ecclesiam deuoluatur heredes predictj dominj mei tot solidos terre sicut ecclesia de me habuerit mihi restituent in skyberghum Actum plurimis .Nobilibus presentibus et consencientibus Domino Thyrnero legifero wermælandie domino M gregorij quondam filio Domino Leonardo quorum presentibus apposita sunt sigilla etiam VIII. discretis testibus Jstud secundum leges terre confirmantibus petro styrberni filio haquini de thygbøle Johanne de myrom Laurencio de byrcom hnigingo de ørabro Laurencio quondam Jnguari filio petro capellano & magno dicto quast Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi M°CC°XCI°. Die sancte agnetis virginis.

Sigillet N:o 1 bortfallet; de öfrige 3 skadade.

1034. 1291. d. 15 Febr. Harg.

Ärkedjeknen i Linköping Sigtryggs testamente till Linköpings Domkyrka, till alla kloster och Hospitaler inom samma stift, till några prestmän, slägtingar ock tjenare, dels på hemman och lägenheter; dels på silfver, penningar, böcker, klädespersedlar, m. m.

A. 4.

Jn nomine domini amen. Anno incarnacionis eiusdem. Millesimo. Ducentesimo. Nonagesimo primo *) Quintodecimo kalendas Marcij. Ego. sigtragus archidyaconus lincopensis constitutus in hargh. sanus mente licet debilis corpore, Testamentum meum condo & facio in hunc modum Jn primis lego domino meo lincopensi vnum vas argenteum deauratum & duos libros videlicet legendam sanctorum & vnum librum qui vocatur summa prouincialis, Jtem ecclesie lincopensi apud quam mihi sepulturam eligo. lego curiam meam arbogha sitam in wyst cum omnibus pertinenciis &c. *det samma som under föregående N:o* 155 *blifvit upptaget, med följande, mestadels stafnings olikheter:* — stamsryd— dominum Magnum hetha sun — archidyaconatus — Rogans & intime supplicans — Samsona — predium quoddam quod comparaui pro .XII. marchis in Fithya stadhum — pro redempcione crucis — baltium — de pellibus Martherinis — capucio — Mythalby — in eodem volumine tali condicione — ebdomada — coram domino & ecclesia —

Sigillen: 1, 5, 8 bortfallna, remsorna qvar; 2, 3, 4, 6, 7, skadade.

1035. 1291. d. 3 Mars. Lund.

Caniken Andreas Thorkils sons bref om anslag till inrättande af ett altare i Lunds Domkyrka.

B 1. 192. N:o 340.

Jnstitucio altaris domini andree Thorkilli prope turrim jn parte australi cuius anniuersarium teneatur de vna taberna lundis sita.

Jn nomine sancte & indiuidue trinitatis patris & filii & spiritus sancti Amen Ego Andreas Thorkilli canonicus lundensis. Vniuersis in posterum ad perpetuam rei memoriam Bone rei dare consilium. presentis vitę habere subsidium & eterne vite exspectare cernitur premium Recedentibus autem animabus a laboribus huius vite et in solis operibus meritoriis que sequuntur eas requiescentibus salubriter consulatur si in hac vita vbi adhuc libet quod non licet piis desideriis & placitis deo oblacionibus sagaciter preuenitur

*) Af den omständigheten att B. 3. 94, b. uteglömt bestämmelsen nonagesimo primo har föranledt detta brefs upptagande under år 1215, hvilket nu härmedelst genom originalet rättas.

stantibus Jtem duas oras terre in spangum, quam donacionem Ratam habeo & esse volo, & presentibus ipsam confirmo, Jtem arnwido filio fulconis confero & Lego Decem solidos in sigmundaø. cum medietate domorum ibidem constructarum, Jtem Petro, Laurencio, Jacobo & andree. filiis Nicolai de smarum. confero decem oras terre in aspø & vnam Marcham terre in langhalm & swarmø. cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus in predictis predijs existentibus, Jtem in svetlingi tredecim oras terre. in azø vnam oram terre, jn albrigzø. duodecim denarios terre, Jn vallø solidum terre cum decem denarijs terre, in Rugasetrum solidum terre cum decem denarijs terre. in gressø vnam oram terre, Jn suþerbÿ dimidium solidum terre, Jn nutø vigintj denarios, Jtem in sigmundaø decem solidos terre. cum medietate domorum omnium ibidem constructarum, Jtem in risingi vnum solidum cum duobus denarijs terre, Jn gimmu. quatuor solidos terre, Jn lÿistadum vnum solidum terre, Jn seglingi septem solidos cum dimidio, in østbÿ quatuor solidos cum dimidio, in annø viginti denarios terre, Jn salæganum dimidium solidum terre jn vatnæstadum vnam oram terre, Jn løtbÿ dimidiam oram terre, Jn Lundbÿ duos solidos terre in apastum vnum solidum terre, in hadabyerhum dimidiam oram terre, volens & Rogans reuerendos viros, dominos Nicolaum decanum & Gerardum nostre ecclesie vpsalensis concanonicos, quos mee voluntatis exequtores constituo ut hanc meam voluntatem in omnibus compleant & compleri faciant prout superius est expressum vt autem liqueat omnibus hanc meam ordinacionem esse atque voluntatem presentem litteram seu testamentum sigillo meo proprio vna cum sigillis discretorum virorum, dominorum silicet Andree prepositi Olaui archidÿacionj, Nicolai decanj & dominorum, Gerardj, Olauj, øari, Hemmingi concanonicorum meorum signari feci in testimonium & Evidenciam pleniorem, Scriptum vpsalie.

Af Sigillen: 1, 5—8; andeliga, stycken qvar; 2, 3, 4 bortfallna, remsorna qvar.

1037. 1291 d. 6 Apr. Kettilstorp.

Helena, Böses hustrus gåfvobref på Kettilstorp och Sigrudstorp till Biskopsbordet i Skara.

A. 3. *)

Jn nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem M.°CC°.XC°.I°.VIII°. jdus aprilis Ego ELENA vxor bøsonis compos mentis & sana corpore soller-

*) Finnes äfven i B. 6. 27. med öfverskrift: Jtem de kætilstorp et Sigrudatorp ad mensam episcopalem datis.

ter considerans quod hora mortis nichil incercius et ea preueniri timendum sit omnibus neglecto salubriter in aliquo anime preuidere dum sensus sanitate vigeret menteque non turbata dolore corporis & coacta id cogitare de quo dolet ordinacione voluntatis vltime in qua tranquille mentis exigitur vsus et ratio de bonis mihi a deo collatis ad honorem ipsius et in remissionem peccatorum meorum duxi sanctam ecclesiam suam aliquo pio opere prout facultas mea suppetit honorare quapropter curias meas Kyætilsthorp & sigruthærthorp cum bonis omnibus mobilibus & immobilibus et ceteris earundem pertinenciis intra sepes & extra do & lego Domino .B. scarensi episcopo eiusque in ecclesia successoribus mere ac simpliciter libere & irreuocabiliter perpetuo iure et nomine testamenti. Jn cuius testimonium testes ad hoc specialiter vocaui & rogaui infrascriptos quos & sigilla sua rogaui apponere huic scipto. videlicet dominos Toluonem pætærs. sun &c *lika N:o* 1037 *till:* Arnuidum de mun,slundum Datum & actum Kyætilsthorp tempore supradicto.

Et ego Ragnerius rector ecclesie ørsløso parochialis sacerdos & confessor ipsius helenæ suprascriptis interfui et sicut vidi & audiui iuratus fideliter hec conscripsi et in testem me subscribo et sigillum meum appono.

Sigillen: 1—6 bortfallna, remsorna qvar; 7 skadadt.

1038. 1291. d. 6 April. Kettilstorp.

Helena Böses hustrus bref rörande förrättad skötning på Kettilstorp och Sigrudstorp till Biskopen i Skara.

A. 2. *)

Omnibus hoc scriptum intellecturis Elena bôsonis vxor in domino salutem Quoniam prothoplasti rubigine memorialis cellula sic suo eclipsatur oficio quod raro vel breuiter seruat que percipit, et quia frequenter eciam piev vel iuste et legaliter gesta subuertere nititur et sepe satis ad hoc insidias parat excogitata malicia peruersorum. ad hec igitur sane consulere vias precludere. et occasiones multas perimere sapientum pericia scripture remedio prouide adinuenit. Vnde huius scripti serie procuraui euidenter omnibus elucere quod curias meas in kyætilstorp & sigrúthærthorp quas domino .B. scarensi episcopo et eius in ecclesia successoribus iure & nomine testamenti legaui sicut in littera super hoc confecta plene patet. ad maiorem firmita-

*) Finnes äfven i B. 6. 26. med öfverskrift: De Kætelstorp et Sigriidstorp in Kokind.

tem, scotacionem legitima et approbata secundum patrie consuetudinem scotaui videlicet manu mea cum manibus astancium haste apposita, ex consensu dilecti mariti mei Bōsonis & honesto milite domino Toluone per me et ex parte mea verba quibus scotans vtitur proferente sicut rogatus fuit per me & predictum maritum meum transferendo in ipsum dominum scarensem & successores eius ut tactum est possessionem. proprietatem. dominium & omne ius quod mihi de dictis curiis et earum pertinenciis competebat Domino N. canonico scarensi ecclesie recipiente predictas scotacionem & translacionem possessionem ac proprietatis vice et nomine memorati domini episcopi scarensis premissis omnibus renunciaui puplice et expresse omni iuri accioni & excepcioni atque omni auxilio legum et iuris canonici uel ciuilis jta quod tam heredibus meis quam mihi omnis facultas sublata est predictam lagacionem vel premissorum aliquod, vllo vmquam tempore... accione alicuius reuocare. sepedicto vero domino scarensi et cuilibet eius mandatum habenti potestatem concesseram me sublata de medio statim auctoritate propria & absque principis & iudicis cuiuslibet requisicione et absque vlla iuris proprij lesione, dicta bona & curias intrandi occupandi possidendi vendendi obligandi & quocumque modo voluerit ac poterit ordinandi. Jn omnium autem premissorum testimonium testes vocaui & ad hoc specialiter rogaui infrascriptos quos & sigilla sua rogaui apponere huic scripto videlicet dominos. Tholuonem pætærs sun. Beronem canonicum Scarensis ecclesie. Asmundum rectorem ecclesie Sundræsbÿærgh & prepositum qualine. Nicolaum rectorem de Söne. Sÿmeonem rectorem ecclesie Kÿthem. Thubbonem sacerdotem. et dilectum maritum meum Bōsonem. Juarum ødgerthær sun. Arnuidum de. Munislundum. allonem & frōstanum vicinos meos in Kÿætilsthorp. Actum Kÿætilsthorp. anno domini. M°.CC°.XC°.I°.VI die mensis aprilis.

Et ego Ragnerius rector ecclesie ørløso parochialis sacerdos & confessor ipsius helene supradictis rogatus interfui et sicut vidi & audiui juratus fideliter hec conscripsi et in testem me subscribo et sigillum meum appono.

Sigillen: 1—4, 6, 7 bortfallne, remsorna qvar; af 5 ett stycke qvar.

1039. 1291. d. 7 Apr. Warnhem.

Caniken i Linköping Stenars testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

A. 4.

Jn nomine domini amen. Ego Stenarus canonicus lincopensis, licet corpore debilis mente tamen sanus, testamentum meum de bonis que michi racio-

racione laboris mei ex sigillo regio prouenerant, condo & ordino in hunc modum. Jn primis lego Ecclesie lincopensi in qua eciam eligo sepulturam totum predium quod emi in villa que dicitur lind. scilicet. pro centum Marchis den. Jtem Monachis de warnem. vestes meas sollempnes. scilicet tunicam. surcocium. & sløfam. & .VI. Marchas den. Jtem habeo aschaby in claustro dominarum depositas .CC. Marchas den. de quibus lego ad terram sanctam pro redemcione crucis mee. .C. Marchas. denar. Jtem filio sororis mee, .XL. Marchas den. de pecunia. supradicta Jtem claustro dominarum aschaby .VI. Marchas. Jtem ffratribus Minoribus Lincopie .III. Marchas de eadem pecunia. Relique .XL.I. Marche ordinentur pro anima mea & exequijs per dominum Lincopensem. Jtem filiabus sororis mee lego predium quod emi prope ekby. pro .XX. Marchis. den. & aliud predium quod emi ibidem pro .XVIII. Marchis cum dimidia. Jtem habeo penes me .XL. Marchas den. que ordinentur ad hoc ut corpus meum ad sepulturam deducatur humane, per aliquem quem illustris domina Regina swecie helwighis ad hoc duxerit ordinandum. Huius mee voluntatis pro magna parte mecum conscius fuit dominus sigmundus boo sun. sed hec omnia plene expressi viua voce coram ffratre Jarpulpho generali confessore meo. ordinis ffratrum Minorum. cuius eciam sigillum vna cum sigillo meo proprio presentibus est appensum. actum. Warnem. anno domini. M°.CC°.XC.I. sabbato proximo ante dominicam passionis. Jtem assigno ecclesie lincopensi duo vasa argentea que penes me habeo, pro vno calice faciendo. actum. vbi & quando. sicut supra.

Sigillen: 1, 2 Andeliga, skadade.

1040. 1291. d. 9 April. Upsala.

Decan. i Upsala Nils bref rörande gifven fasta på ett jordabyte med Lars Nilson af Gismusta.

A. 6. 2. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis NICOLAUS decanus ecclesie vpsalensis, salutem in domino sempiternam. Constare volo per presentes me nomine ecclesie vpsalensis tamquam procuratorem & syndicum ipsius ecclesie, Cum laurencio Nicolai quondam filio de gismustum & vxore sua permutacionem quandam fecisse prediorum habui enim a predicto laurencio & sua vxore sex oras terre in seby. & quatuor solidos terre in vilingi, que quidem predia me nomine ecclesie possidere ac manu tenere per presentes recognosco, pro predictis predijs dicto laurencio & vxore sua restitui seu reassignauj, decem oras terre cum vno solido terre in villa thigbili parochia vengium

super qua permutacione rite facta & legittime inter nos de utriusque consensu. Jn pretorio fulclandie iuxta cimiterium maioris ecclesie testes dedimus jnuocauimus seu adhibuimus fasta wlgariter appellatos, Ne igitur aliquis dictum laurencium vxorem suam seu heredes ipsorum super predicta permutacione vim uel calumpniam inposterum inferre seu quomodolibet eam molestare presumat, & ut ipsam eciam permutacionem per consensum nostri capituli factam seu ratificatam esse cunctis in posterum liqueat litteram sibi presentem fieri feci & sigillo nostri capituli ac meo proprio communiri. Actum apud vpsaliam feria secunda post primam dominicam passionis anno dominj. Millesimo. CC°. Nonagesimo primo.

Ett stycke är qvar af sigillet N:o 1; N:o 2 är bortfallet.

1041. 1291. d. 9 Apr. Fröshammar.

Anund Haralds sons testamentariska anordning om sin qvarlåtna egendom.

Jn nomine patris & filij & spiritus sanctj amen. Anno. domini .M°.CC°. nonagesimo. primo. terciodecimo kalendas maj. Ego ANUNDUS HARALZ SUN licet corpore debilis mente tamen sanus senciens me in extremis laborare saluti anime mee volens prouidere testamentum meum condo in hunc modum, Monasterio de saba vbi juxsta parentes meos sepulturam eligo lego hec bona Curiam meam in Weclum, et dimidiam Marcam terre in Wik, & curiam meam abÿ cum molandino ibidem, et curiam meam in cremplinghe, cum bonis omnibus mobilibus & immobilibus in predictis curiis contentis, et molandina superiora in thorsharghe cum fundo ac agello ibidem. cum molaribus nouis eadem emtis et expensis restauracioni necessariis eorundem, De predictis autem bonis volo quod fiat vna solemnis pitancia singulis annis conuentui ibidem residuum autem fructuum eiusdem vsibus eo abundancioribus perpetuo deseruiat, nulla facultate predictis monachis relicta, bona prenominata ab hac ordinacione aliquo alienacionis genere distraendi, Ac dextrarium meum cum totali armatura mea, Jnsuper cappellam meam cum singulis ornamentis, videlicet cum pallis, calice deaurato, casula, cappa, antependio, de balddechino, Dalmatica, subtile, de purpura dupla, ad vnum altare ibidem in honore beati iohannis ewangeliste erigendum, in quo volò tres missa singulis septimanis, vnam pro defunctis, aliam de sancto iohanne ewangelista, terciam de domina, in perpetuum celebrari Jtem ad fundandam vnam canoniam in ecclesia strengenensi sibi confero curiam meam ramshamar, cum duabus sollidatis terre in vicina willa vibÿ, ac curiam meam ødÿstæ, cum singulis bonis ad eas pertinentibus mobilibus &

immobilibus, si iure presentacionis ac vice retento dominum olauum rectorem ecclesie thumboherradh fidelissimum ac dilectissimum cappellanum meum instituere infra octauam beatorum apostolorum petri & pauli dominus strengenensis dignum duxerit in eadem, sin autem solam curiam in ramshamar predicte ecclesie confero, Curia ødystæ ad eredes meos deuoluta, Jtem venerabili patri domino anundo dei gracia strengenensi episcopo lego vas meum argenteum deauratum cum pede et cooperculum eiusdem, et palefredem meum meliorem, Jta tamen quod me reddat quietatum super decimis ecclesie strengenensi quas in westerrek mutuo recepi, Jtem pro redempcione crucis assumte pro viginti quatuor marchis examinati argenti curiam meam hærnæm obbligo, infra duorum annorum spacium persoluende, relicum precium eiusdem curie cum curia mea skyldæbỳ cum attinencia sua videlicet thormunzstæ bolstad, ac curia mea mældrungæ ordino pro quadraginta marchis vsualis monete geraddo boghulth ciui lỳbicensi, ac debitis quibuscumque, preter debita ciuium arosiensium ac pro legatis piis locis soluendis infrascriptis, Ecclesie arosiensi lego tres marchas argenti. ac dimidiam horam terre in mydlyngæbỳ ad prebendam domini haquini canonici ibidem, fratribus predicatoribus ibidem tres marcas argenti. fratribus de argbughæ tres marchas argenti, ac vnam lagenam butiri, duos thynones siliginis, vnum tentorium, vnam nauem, Monasterio fothø tres marchas argenti, fratribus strengenensibus tres marchas argenti, Fratribus minoribus de stukholmh tres marchas argenti, Domuj sancte clare tres marchas argenti, Deinde cuilibet domuj religiosorum in regno swecie constitute vnam marcham argenti, jn supradictis tribus marchis vsualis monete compotatis pro vna marcha argenti, Jtem cuilibet ecclesie in qua mansionem habeo vnam sollidatam terre, et curato eiusdem vnam waccam, Jtem skuloni ciuj arosiensi assigno curiam meam in rabỳ cum predio in cumblum pro debito suo jta quod recipiat quamlibet sollidatam pro quatuor marchis denariorum, sin autem curia ad eredes meos redeat et ipsi debitum persoluant, Jtem curiam meam byrghæ assigno ceteris mercatoribus arosie pro debitis eorundem, si infra annum non fuerint persoluta, Jtem predilecte vxori mee ingeborghi pro cambio curiarum suarum næuistæ, skỳddæbỳ fyellastatha, assignaui frøshamar cum attinenciis locanæs, et molandino, cum predio sudræ ædrænæs, ambas curias in asbỳ, Curiam in danarø, cum singulis attinenciis earundem, Jnsuper curiam borustæ pro tercia sibi debita de prediis per me emtis, Expensas que sunt in sudæbỳ, et frøshamar, ordino ad exsequias tricesimi mihi faciendas, Expensas vero in rydø ad solemniores exsequias meas cum primo oportunitas affuerit preparandas, Predictas autem curias et expensas in eis contentas dictis solemnitatibus ad aptandas, donec consumate fuerint predilecte vxoris mee regimini committo dispensandas, cum cooadiutorio dilectorum

filiorum meorum domini laurencij bobyrgh, et domini røricij byrgis sun. Jnsuper famulo meo petro skyelghæ racione cambii assigno curiam meam hemysbyrghum cum singulis ibidem contentis, ac pratum in lydæbolstat pro curia sua malbyrghæ prius sibi pro seruicio suo collata, quam curiam cum predio in vtnæs assigno ad soluendum illis quibus pro prediis teneor mutuatis, Jtem siggoni østani filio confero ob seruicium suum laudabile tres horas terre in skynændæakyr, et vnam horam terre in aspo, Jtem domino olauo cappellano meo si alias sibi non fuerit prouisum lego viginti marchas den. et ambulatorem quem de ipso emi, Jtem holmgero nepoti meo gladium meum, et equum quem de swnone talgby recepi Jtem byrgero rüz vnam falleram et vnum eqvum griseum qui est in curia rydø, Jtem sunoni plattan opidum in quo habitat, et in salastum duos sollidos terre, cum dimidio solido in Wadby. Jtem clementi duos solidos terre, vbi domino laurencio bobyrgh visum fuerit, Jtem holmmæ ciui sictoniensi supra debitum anticum quod sibi teneor pro interesse diutine carencie confero tres marchas den. et dimidiam lestam annone, Jtem ffrøbyrno de viby vnum equum valentem decem marchas den, Jtem domino petro sacerdoti meo, Olauo cellerario, Erico coquo, laurencio coquo, Cristiarno, eluaro, Joseph. Wlfoni drifæræ, cæmppæ, cuilibet eorum vnum equum, Jtem quinque thynones farine distribuendos pauperibus rusticis in parochia sæterboherdhe Et, alios quinque distribuendos in parochia wæstærmo, Jtem quidquid de campo iuxsta asby occupaui restituo ad vsus cummones circumiacenciuni villarum quemadmodum habebatur quando in asby rustici habitabant, ffructibus tamen nunc exstantibus ad vsus eredum meorum colligendis, Premissorum autem exsecutores instito svi gracia venerabilem patrem Dominum anundum episcopum strengenensem, ac dilectum filium Dominum laurencium bobyrgh. Dans eis plenam et liberam facultatem de predictis omnibus disponendi ad predictorum equidem euidenciam presentes scribi feci, et sigillo meo, et dilecte vxoris mee ac illorum qui hiis interfuerunt sigillis videlicet domini laurencii bobyrgh. Domini haquini canonici arosiensis gardiani domus argburgensis, ac domini olaui capellani mei, feci communiri. actum Frøshamar. anno et die supradictis.

Sigillen 1—7, något skadade, finnas dels å röda, dels gröna trådar.

1042. 1291 d. 24 Apr. Fröshammar.

Ingeborg, Anund Heralds sons Enkas testamente och gåfva af en gård till Saba kloster.

A. 3. b. 2.

Jn nomine patris et filii et spiritus sanetj amen. Ego Jngyborgis condam relicta domini anundi haralz sun, Considerans humane condicionis fra-

gilitatem et vitam vniuscuiusque repente tendere ad occasum, nec non et rara ac tepida ab heredibus quasi omnium fieri suffragia post decessum, volens igitur viam eligere tuciorem et anime mee saluti vt teneor salubriter preuidere, sana & incolumis dei cooperante gracia ad presens huiusmodi statuo testamentum, monasterio de saba Confero mansionem in borastum cum omnibus attinenciis suis mobilibus & immobilibus, Jsta tamen condicione quod vita mea durante fiat conuentui vna solempnis pitancia septimana proxima post festum beati olaui, annuatim, & celebrentur pro domino meo et parentibus eius et meis solemniter misse defunctorum, Cum me vero ex hoc seculo contigerit euocari, volo quod anniuersarius meus annuatim die debito celebretur, quam eciam curiam nullus audeat distraere quoquo modo, sed necessitatibus conuentus deseruiat in eternum, ad cuius rei euidenciam sigillis dilectorum generorum meorum. videlicet domini laurencij bobyrgh. et domini røricij byrgis sun. vna cum meo presenti pagina est signata. actum frøshamar. anno. domini. M°.CC°. nonogesimo. primo. octauo kalendas maij.

Sigillen: N:o 1 på röd, 2 på grön silkessnodd, bortfallne; Af 3, andeligt, ett stycke qvar på röd silkessnodd.

1043. 1291 d. 25 April.

Andreas Båtes testamentariska förordnande om sin qvarlåtna egendom.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti. amen. Ego Andreas, dictus Bat. sanus mente et corpore. de bonis mihi a deo collatis in remissionem peccatorum meorum. testamentum meum ordino jn hunc modum. Fratribus predicatoribus in strengines apud quos eligo sepulturam, lego dimidiam Marcam terre. in Bancastum. redimendam ab heredibus meis pro XX:ti IIII:or marcis denariorum, in termino eis ab eisdem fratribus assignato. Jtem ecclesie cathedrali ibidem, do VI marcas den. Jtem monasterio in fothø do vnam, Marcam, den. Jtem fratribus in cskiltunum, III, marcas den. Jtem fratribus in Enikopia. .I. Marcam, den. Jtem fratribus in stocholm .I. marcam den. Jtem ecclesie in thorunge confero ad ornatum, duos solidos terre. videlicet vnum sol. & .V. den. in esætum in kirnum. &. X den. in thaxungi in fincarlaby. Jtem sacerdoti ibidem do IIII:or sol. terre ad mensam suam tribus den. minus in wiby, vt mei memoria ab eo & suis successoribus in oracionibus habeatur Jtem ecclesie in hosaby do tres fiællones in pratis domini episcopi & quartum in skiællestum. Jtem omnibus seruis & ancillis meis confero libertatem. Jtem pro cruce mea redimenda prò XII marcis puri assigno

curias meas biærgær & sæby. Jn cuius facti testimonium sigillum meum cum istis aliis duxi presentibus apponendum. Actum anno domini .M°.CC°. XC°.I°. in die Marci ewangeliste.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1044. 1291. d. 23—28. Apr. Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen i Upsala Johans stadfästelse på den förut (jfr. N:o 699.) gjorda anordningen om anslaget för Svenska Studerande i Paris, samt ytterligare förordnande af en uppbördsman, m. m.

A. 7. 1. 26.

Omnibus presentes litteras inspecturis Frater Johannes miseracione diuina vpsaliensis ecclesie Electus, Salutem in domino sempiternam, Cum felicis recordacionis dominus Jacobus vpsaliensis archiepiscopus predecessor noster cum consensu sui capituli ad honorem dej & communem vtilitatem & multiplicacionem ministrorum domus dej de canonicalibus decimis de Lyhundari & søhundari prouenientibus ordinasset & fecisset in subsidium & sustentacionem pauperum scolarium de dyocesi vpsalensi parisiis studencium, quandam prebendam, diligencioris postmodum consideracionis intuitu attendens, predictas decimas suis, suorumque successorum vtilitatibus & commodis, vtpote vicinas mari magis competere, retentis cum consensu sui capituli pro se suisque successoribus predictis decimis, Loco illarum decimas episcopales de gestrikaland & Tierp ad usus predictorum pauperum scolarium permutacionis titulo perpetuis temporibus assignauit, Nos autem ordinacionem & permutacionem rite racionabiliter & vtiliter ab eo factas, ratas & firmas, habere & permanere volentes, easdem de nostri consensu capituli innouamus & innouando presentibus confirmamus, Nos insuper attendentes quod predictis scolaribus de dictis decimis minor debito prouenire possit vtilitas. nisi perpetuus prouisor instituatur ad eas colligendas diligenter, & commutandas solerter, & fideliter parisiis transmittendas, cum consilio nostri Capituli sepedicti prouisorem predictum ad hoc ordinanimus & fecimus, cui pro prebenda & sustentacione & ei in hoc negocio succedentibus, decimas canonicales de semingia hundari prouenientes, cum consensu nostri sepedictj capituli perpetuo integraliter assignamus, qui & doctor studencium nunccupetur, Quicunque autem in predictum doctorem, per rectorem ipsorum assumptus fuerit, si in sacris ordinibus non sit, se in ordinem sacrum infra dimidium annum, & in presbiterum infra triennium a tempore collate sibi predicte prebende, computandum faciat promoueri, Matutinis, maiori misse & vesperis in choro in ecclesia nostra cathe-

drali dominicis & festiuis diebus intersit, Jnstruccioni quoque scolarium quibus Magister Andreas ecclesie nostre prepositus aliquales pro sustentacione redditus assignauerat diligenter & gratis intendet, & in curia predictorum scolarium per predictum magistrum .A. collata & assignata eisdem residenciam faciat, & ad dispensacionem expensarum & reddituum eorum ipsum procuratorem & prouisorem instituimus, & institutum sub fidelitatis iuramento obligatum esse volumus, ad hec fideliter faciendum. Ordinamus insuper ut pauperes & omnes chorum frequentantes & manentes in domibus canonicorum qui ab eo instrui voluerint gratis docere similiter teneatur, si vero dictus prouisor institutus a rectore & quicumque pro tempore instituendus in premissis seu in aliquo premissorum negligens fuerit & per predictum rectorem legitime monitus se non correxerit uel emendauerit, beneficio seu prebenda predicta sentencialiter priuetur per ipsum & conferatur alteri qui omnia & singula premissa voluerit potuerit, promisserit fideliter adinplere. Vt autem hec nostra ordinacio constare valeat tam posteris quam modernis ipsam nostro & nostri capituli sigillis facimus communiri. Datum vpsalie Anno dominj. Millesimo. CC°. Nonagesimo primo, Jnfra octavas pasce.

Häraf finnas 2:ne Exemplar: Under det ena 2:ne sönderbrutna sigill; från det andra sigillen bortfallne, och blott en remsa qvar.
På baksidan: Johannis electi de scolaribus studentibus parisiis & doctoribus.
B. 2. 120, 121 har till öfverskrift: De provinciis studencium parisiis confirmatis per fratrem Johannem Archiepiscopum.

1045. 1291 d. 23—28 Apr.

Utvalde Ärke-Biskopen Johans i Upsala stadfästelse på Biskopstionden af Gestrikland och Tierp till det af Domprosten Andreas för Studerande från Upsala stift inrättade communitet i Paris; jemte serskildta stadgar rörande dessa Studerandes seder och förhållande, rättigheter och skyldigheter.

A. 7. 1. 26.

Omnibus presentes litteras inspecturis, frater Johannes miseracione diuina Electus vpsalensis ecclesie, Totumque Capitulum eiusdem ecclesie, Salutem in domino sempiternam. Quoniam Parisiense studium, uelud fertilitatis ager, fructus uberes proferens, in quo grana sciencie colliguntur, producit viros virtutum uarietate fecundos, quorum graciosa fecunditas, in alios affluenter effunditur, paruos magnificans, rudes erudiens, inscios instruens, & multos efficiens virtuosos, hec diligenti consideracione aduertens, venerabilis vir Magister. Andreas, Ecclesie nostre prepositus, scolaribus de nostra vpsalensi dyocesi, in predicto studio, acquisicioni bonitatis discipline & sciencie, intendere cupientibus, de bonis sibi a deo collatis, domum quandam in villa parisiensi, in vico serpentum, suam, diuine pietatis ac ecclesiastice vti-

litatis intuitu, contulit perpetuo possidendam. Jn qua domo de nostra dyocesi, nunc & in posterum degentibus, decimas eqiscopales, de Gestrikaland & Tiarp assignauimus, sub forma que in instrumento super hoc specialiter confecto continetur expresse. Vt autem scolares inibi conmorantes, uel in posterum moraturi, ordinacius, quiecius & commodius ualeant commanere, deliberacione prouida cum Capitulo nostro prehabita, infra notata, uel subscripta statuta fecimus & ordinauimus, a predictis scolaribus, & eorum sociis semper inuiolabiliter obseruanda. Jn primis quilibet intraturus domum predictam promittat per iuramentum prestita fide in manibus procuratoris seu procuratorum, presente principali & sociis domus, quod statuta ad informacionem seu instructionem predicte societatis, per nos facta, fideliter obseruabit, ipsa ex contemptu seu deliberata malicia, nullatenus transgressurus. Jtem quod rectori predictorum paruulorum, residenti apud vpsaliam, cui cura ipsorum principalior atque regimen per capitulum est commissum. necnon proeuratori seu procuratoribus ipsorum parisiis existentium, reuerenciam & obedienciam quantum ad statutorum obseruanciam exhibebit. Jtem quod eandem domum exibit & societatem sine contradictione & reclamacione aliqua quandocumque a procuratore domus, ut exeat monitus fuerit. Jtem quod racione remocionis predicte dampnum dicte domus, seu alicuius uel aliquorum manentium ibidem, neque per se neque per alium procurabit. Jtem quod non procurabit per preces aliquas metum uel displicenciam inducentes, se iterato recipi in domo eadem. sed procuratoris graciam humiliter per omnia super hiis expectabit. Jtem promittat per iuramentum ut supra, quod stabit iudicio seu iuridicioni rectoris puerorum ipsius domus, super omnibus delictis, & quibuslibet commissis que ipsum commorantem in predicta societate committere seu delinquere contingat, ad quemcumque eciam statum ipsum fortuna deduxerit. Jtem promittat ut supra, quod officium procuratoris, si a rectore, & principalatus, si a procuratore iniunctum aut impositum sibi fuerit, recipiat & peragat sine omni contradictione. & quod promouebit utilitatem dicte societatis necnon & paruulorum pauperum simul commorantium vpsalie ad quemcumque statum ipsum deuenire contingat. Jtem quilibet intraturus domum predictam promittat bona fide quod omni die horas dicat de beata virgine. ita tamen quod ferialibus diebus priuatim per se uel cum socio, diebus uero festiuis, simul omnes dicant in communi. & adeo tempestiue, quod postea ire poterunt ad sermonem, ad quem audiendum ipsos obligatos esse uolumus per suam promissionem, nisi de licencia principali hec aliquando omittant. Accedentes ad mensam, benedictionem premittant & in diebus festiuis lectionem habeant & quamdiu commedunt submisse loquantur. Comestione, facta gracias dicant.

Post

Post completorium autem, a. Salue Regina dicatur in sabbatis & in vigiliis sanctorum seu festiuitatibus aliis, ab omnibus simul cum nota. Jn ferialibus uero diebus legendo dicantur cum collecta. Concede nos famulos. & subiungatur Psalmus continue, ad te leuaui cum Collectis. Pretende domine fidelibus tuis. Deus a quo sacra desideria. Omnipotens sempiterne deus qui niuorum dominaris. Jtem P. De profundis cum collectis. Deus uenie largitor. Misere ... animabus benefactorum nostrorum. & fidelium deus. Jtem statuimus & ordinamus quod nullus in Camera uel alibi seorsum comedat, nisi infirmus fuerit uel ita pauper quod expensas communes facere nequit, & tunc de licencia principalis domus seorsum comedere poterit. Nullus locum sibi in domo assignatum per procuratorem mutet absque sui licencia. Contrarium faciens ad primum monitus redeat. Transgressor huius statuti, quatuor denarios parisienses comunitati persoluat. Jtem statuimus, ut nullus inuitacionem comestionis, seu potacionis in cameris faciat. sed neque abextra uenientibus recipere liceat, peregrinos nullus inducat sine licencia procuratoris. Contrarium faciens, in quatuor den. puniatur. Jtem statuimus ut in domo omnes latinum loquantur nisi forsan apud seruientem uel aduenientem aliunde, opus sit alicui alio idyomate vti. Hec omittens, si tercio per principalem monitus non destiterit, qualibet uice soluat obolum communitati. Jn tabula compotum septimanatim non audiant sed prepositus, qui redditurus est compotum cum prepositis precedentis & subsequentis septimane, seorsum ipsum faciat, & factum sociis referat. Jtem statuimus ut nullus in domo clamosas locuciones exerceat, aut strepitum faciat vnde socii possint impediri. Nullus in ferialibus diebus in domo uel gerdino cantet. Nullus scacorum, taxillorum, uel aliquo alio genere ludorum quolibet tempore in domo uel gerdino uacare presumat. Nullus canes uel aues habeat. Contrarium faciens in denario puniatur. & si desistere noluerit, grauius puniatur ad arbitrium procuratoris. Jtem statuimus ut nullus uerba obprobrosa, contumeliosa, seu contenciosa, in domo uel extra socio suo dicat. contrarium faciens, & coram principali conuictus soluat duos solidos communitati & humaliacionem faciat seu emendam iniuriam passo, ad arbitrium procuratoris & si sepius deliquerit & emendere se noluerit, a societate expellatur. Jtem statuimus, ut nullus in socium manus iniciat uiolentas. Si quis hec fecerit, domum teneatur statim exire, nec redeat antequam absolutus fuerit & leso secudum arbitrium procuratoris, in presencia sociorum domus condigne satisfecerit, & insuper si redierit, communitati persoluat tres solidos parisienses. Jtem statuimus quod si quisquam domum in aliquo dampnificauerit, teneatur ad restitucionem dampni ad arbitrium rectoris uel principalis, & communitati pro offensa .X. solidos parisienses persoluat.

Jtem statuimus ut nullus extra domum post ignitegium seu coverfy, exeat siue extra maneat sine causa racionabili. uel licencia speciali principalis, Transgressor in denario parisiensi, singulis uicibus puniatur. Jtem statuimus ut quilibet res communitatis seu bona tamquam reseruet, & si quis illa male tractari uiderit, hec teneatur statim procuratori domus intimare. Jtem statuimus quod nullus debitum contrahere audeat ultra quatuor solidos parisienses, nisi petita licencia procuratoris & optenta. Transgressor huius a consorcio excludatur, donec satisfecerit ad arbitrium procuratoris. Jtem statuimus, ut si quem sociorum predictorum infirmari contigerit, statuatur aliquis per principalem de Societate singulis diebus, qui infirmi curam sollicitam gerat. Cum autem aliquis morti appropinquauerit, omnes socij quibuscumque aliis negociis postpositis, laborantis transitum, domino deuote commendent, super mortuum vero omnes uigilent, & psalterium legant, et studiose defuncti curam gerant, donec corpus ecclesiastice traditum fuerit sepulture. Jtem statuimus & ordinamus, quod qui in domo predicte societatis constituitur principalis, promittat in manus procuratoris cum iuramento quod curam & sollicitudinem personarum & rerum diligentem gerat atque habeat, libros & res communitatis non distrahat, nec distrahi permittat seu extra domum concedi absque licencia procuratoris. Defectus & insolencias delinquencium, cum opus fuerit, procuratori referat, Capitulum semel teneat in singulis septimanis, & delinquentes in premissis secundum prenotatas penas puniat, atque moniciones faciat quas pro utilitate & honestate communitatis, nouerit expedire. Procurator uero quater in anno capitulum cum ipsis teneat, sepius si sibi uisum fuerit expedire. Jtem statuimus ut cum capitulum tenetur a procuratore seu principali, nullus ibi loquatur, nisi qui acusat & qui acusatur, nisi de licencia presidentis. nec quis alium accuset causa vindicte, sed solum causa correctionis. Transgressor singulis uicibus in obolo puniatur. Jtem statuimus ut vltra duodecim personas, non assumantur aliqui ad societatem predictam, nisi de speciali mandato rectoris ipsorum. Verum quia equum & racioni consentaneum esse dinoscitur, ut quilibet recepti beneficij memor existat, idéo uolumus singulos societatis predicte obligari per suam promissionem quam faciant domum intrando. ut cum dominus ipsos ad "fortune" pingujoris, statum fecerit deuenire, quilibet eorum eum beneficium ecclesiasticum fuerit assecutus, predicti societati subsidia caritatis rependat, sub tali modo & forma vt qui vna cum hospicio, lignis, potagio, lectisterniis, & utensilibus domus, ultra duodecim denariorum subuencionem septimanatim receperat, a prebenda dictis studentibus assignata, ad totidem annos, quot predictum subsidium in domo predicta habuerat, quintam decimam partem adepti beneficij ecclesiastici, primis annis in subsidium predicte communitatis persoluat. Qui uero. duodecim tantum dena-

riorum subsidium receperat, tricesimam partem reddituum suorum modo predicto solvere teneatur. Jlli uero studentes, qui tantum cameram, ligna, potagium, lectisternia, habuerant in domo predicta, assequti beneficium ecclesiasticum, dictam communitatem respiciant secundum arbitrium discrecionis, ipsis a deo collate Subsidium uero supradictum, mittatur vpsaliam rectori predictorum puerorum, qui illud ad usus ipsorum conuertet atque dispensabit. Supradicta statuta semel in singulis septimanis coram sociis in communi legantur, ne quisquam propter ignoranciam uel obliuionem ab eorum obseruancia se excusare possit. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum anno domini. M°.CC°. nonagesimo Primo. infra octav. pasche.

Sigillen: N:o 1 mest bortfallet, remsan qvar; af N:o 2 finnes ett stycke.

1046. 1291 d. 6 Maj. Westerås.

Holmger Ulfs sons bref rörande försäljning af en wret vid Westerås.

A. 6. 2. 1.

Omnibus presentes litteras uisuris uel audituris, Holmgerus vlph sun, Salutem in domino sempiternam Propter varietatem successionis humane quantumcumque rite gesta, calumpnie sepius subiacerent, nisi autenticarum litterarum. testimonio firmarentur, & idcirco contra obliuionis nubilum, Jn hiis precipue, que stabilitatis robor habitura sunt, Hoc remedium humana industria adinuenit. Jnnotescat igitur tam presentibus quam fut*uris* . . . iuxta Westraarus agrum vnum. separatum ab aliis qui wlgariter dicitur wretir ad me iure *hereditario* deuolutum Sunonis mercatoris heredibus, prout inter nos conuenit pro iusto precio uendidisse *Super hoc* facto, ne imposterum aliquam contingat calumpniam suboriri, Jn presenti littera sigillo meo, vna cum *sigillis auunculi* mei Domini Anundi, nec non & ciuitatis arusiensis sigillata, fidedignorum adhibita sunt testimonia *sub*scriptorum. videlicet. Martini langabenh, Ansalmi, kanuti aurifabrj. henrici crusæ, Arnoldi Johannis carpentarii, Harocii siuichini. Jacobi balteatoris. Tythemanni leeth*orh* arnoldi sartoris. Johannis chilboe, & aliorum plurium ciuium in ciuitate memorata Datum arusie. Anno domini M°.CC°, nonagesimo primo. Jn die beati Johannis ante portam latinam.

Sigillet N:o 1 finnes; N:o 2, 3 bortfallne.

1047. 1291 d. 16 Maj. Tveta.

Meghinthors i Tweta testamente och anordning om sin qvarlåtna egendom.

A. 4. b. 1.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Ego Meghinthor in rwetum memor humane fragilitatis, & quod terminus mortis omnibus sit

incertus, sanus tamen & incolumis testamentum meum de bonis michi a deo concessis in meorum remissionem peccatorum condo & ordino in hunc modum. Ecclesie vpsalensi do unum solidum terre in loaskialf in parochia belingh. Fratribus predicatoribus sictonenie si in hac uia extra regnum me mori contigerit tres solidos terre in endistum in parochia dalby. Ecclesie nes duos solidos terre ibidem. Ecclesie dalby dimidium sol. terre ibidem. Preterea dilecte vxori mee hulmfridi. vnam marcam terre patrimonium meum in rwetum. Jtem do sibi de curia quam dedit michi frater karolus, frater patris mei medietatem omnium terrarum & omnium mobilium ibidem. Testēs istius ordinacionis mee presentes fuerunt dominus petrus sacerdos de nes. Dilecta vxor mea hulmfridis. Mater sua cecilia, Gener meus vlf. Frater karolus & frater bo de siktunia. peto insuper humiliter ad maiorem huius facti euidenciam sigilla venerabilium dominorum, videlicet domini mei .J. dei gracia vpsalensis electi ac capituli, Domini magni Jonsun, Domini benedicti bosun & conuentus fratrum predicatorum siktonie presentibus firmiter apponi. Datum rwetum anno domini M°CC° Nonagesimo primo XVII kal. Junii.

Sigillen: N:o 1 Andeligt, mycket skadadt; 2, 3, 4 bortfallne; remsorna qvar.

1048. 1291 d. 16 Maj. Tweta.

Cecilia Ragnwalds dotters testamentariska förordnande om sin efterlemnade egendom.

A. 4. b. 2.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Ego Cecilia ragnwalds dotær de hoa memor humane fragilitatis & quod terminus mortis omnibus sit incertus, sana tamen & incolumis testamentum meum de bonis michi a deo concessis in meorum remissionem peccatorum ordino in hunc modum. Ecclesie vpsalensi do vnam marcam den. Fratribus predicatoribus siktonie apud quos eligo sepulturam sex marcas den. Fratribus minoribus vpsalie vnam marcam den. sororibus sancte clare in stocholm vnam marcam den. Ecclesie funbohered duas marcas den. Ecclesie othinshargh duas marcas den. Hospitali infirmorum enikopie dimidiam marcam den. Jtem ecclesie nerthetunum duas marcas den. volo autem ut denarii superius in testamento meo assignati ante annum & diem post obitum meum a meis heredibus modis omnibus persoluantur. Sin autem ante annum predictos denarios heredes mei non soluerint assigno in vikaby quinque solidos terre pro testamento meo soluendo, distrahendos. Testes huius ordinacionis mee presentes fuerunt fratres predicatores de siktonia, frater bo, & frater karolus. dilectus gener meus meghinthor & dilecta filia hulmfridis ac sacerdos

dominus petrus de nes. Jnsuper peto sigilla venerabilis patris domini Johannis dei gracia electi vpsalensis & capituli ibidem, ac fratrum predicatorum sictunie presentibus apponi. Datum rwetum anno domini M°CC° Nonagesimo primo Decimo septimo kal. Junij.

Sigillen: N:o 1 Andeligt; 2, 3 bortfallne; remsorna qvar.

1049. 1291. d. 19 Maj. Sigtuna,

Magnus Johans sons testamente af fastighet till Skokloster för upprättande af en vicaria derstädes.

A. 3. b. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Magnus Joanssun, salutem in domino. Cnm inter ea que animabus defunctorum subueniunt, potissimum sit immolacio hostie solutaris corporis & sanguinis domini nostri ihesu christi. Jdcirco, saluti anime mee, ac meorum, prouidere desiderans, in monasterio sanctimonialium in scho, in quo corporis mei sepulturam eligo, vicariam perpetuam constituo, de Curiis meis, frøsaker & fullabro cum molendino ibidem, & insula Lisø, necnon predio meo in faldanes, sicut ipsa possideo, volens, vt prouisio dictorum bonorum apud predictum monasterium sanctimonialium permaneat, & racione fructuum prouenientium de dictis bonis monasterium, ipsum vicarium in predictam vicariam per dominum vpsalensem institutum teneatur pascere decenter sicut et alios presbiteros monasterio seruientes, & pro uestitu amministrare eidem pecuniam annis singulis secundum taxacionem & mandatum eiusdem Domini vpsalensis. Ceterum, ipsum vicarium ad dicendum quatuor missas, primam videlicet de beata virgine, secundam pro defunctis, terciam & Quartam prout eum sua deuocio direxerit, vigilias nouem leccionem semel, bis, septem psalmos cum letania septimanis singulis obligo, nolens eum per ipsum monasterium adaliquid amplius astringi, nisi hoc facere uoluerit de sue beneplacito voluntatis. Si autem contigerit monasterium ipsum, ordinaciones circa vicarium & vicariam factas, nolle seruare, & monitum legittime per Dominum vpsalensem, ea postposuerit emendare, ne mea per hoc frustrari possit intencio, volo ex hac presenti mea ordinacione, vt prouisio dictorum bonorum, extunc ad Dominum vpsalensem absque cuiuslibet contradictione pertineat, & tunc ipse de predictis bonis in ecclesia vpsalensi perpetuum vicarium instituat, qui pro me & meis ad supra posita suffragia teneatur. volo eciam vt tempore defunctionis mee, bona in predictis Curiis conscribantur & sigilletur scriptum sigillis Domini vpsalensis & conuentus de scho, ut de predictis bonis certa semper in posterum noticia habeatur.

Jn cuius rei testimonium, vna cum sigíllis, venerabilis Patris Domini Johannis dei gracia electi vpsalensis, & Domini Nicholai decani eiusdem ecclesie & Conuentus sanctimonialium in sco, & fratris Jsraelis siktunensis lectoris, sigillum meum presentibus est appensum. Datum Siktunie, Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Primo Jn Crastino Beati Erici Regis Et Martyris.

Sigillen N:o 1, 2, 3 skadade; N:o 4 nästan bortfallet.

1050. 1291. d. 12 Juni. Linköping.

Dom-Capitlets i Linköping skrifvelse till Dom-Capitlet i Upsala rörande förrättadt Biskopsval.

A. 3. o. 1. 20.

Reuerendis dominis & honestis preposito & capitulo ecclesie wpsalensis. Capitulum lincopense debita honoris reuerencia cum salute. Sacris canonibus nouimus esse cautum, vt ultra tres menses pontifice proprio non vacet ecclesia cathedralis ne pro defectu pastoris dominicum gregem lupus rapax invadat aut vidùata ecclesia in suis facultatibus graue dispendium paciatur. Ea propter bone memorie benedicto episcopo nostro lincopensi anno domini. M°.CC°.XC. primo octauo kalendas iunii sicut deo placuit viam vniuerse carnis ingresso corporeque presens prout moris est ecclesiastice reuerenter tradito sepulture. Nos prepositus & canonici lincopenses conuenientes in vnum ad tractandum de die electionis futuri pontificis faciende terminum vigiliam pentecostes duximus statuendum. Citatis igitur interim & tunc presentibus omnibus qui electioni celebrande debuerint voluerint & potuerunt commode interesse diem electionis celebrande terciam feriam pentecostes prefiximus qua quidem die in capitulo nostro nos recepimus de electione futuri pontificis sicut duximus tractaturi. Sane post diuersos tractatus inter nos habitos & nominaciones diuersarum personarum simplices ac discussiones & inquisiciones multiplices tandem placuit nobis Vniuersis & singulis per uiam compromissi nostre uiduate ecclesie prouidere. considerantes difficulter multitudinem in vnum conuenire & sepe in paucos pocius spiritum consilii sanioris venire dedimusque plenam & liberam vnanimiter potestatem dominis birgero iohanni & haquino viris fidedignis concanonicis nostris vt quemque hii tres simul uel duo ipsorum de se uel aliis de gremio tamen ipsius ecclesie nobis & dicte ecclesie nostre eligerent sine contradictione qualibet in prelatum haberemus & pastorem Qui secedentes in partem & spiritum sanctum invocantes deuote prout nobis postmodum retulerunt deliberacione ac examinacione inter se habita diligenti tandem in dominum laurencium eiusdem ecclesie prepositum concorditer

conuenerunt virum vtique plene & mature etatis vtpote qui iam tricesimum annum etatis sue exegit virumque sufficientem & ydoneum de matrimonio legitimo susceptum & in sacris ordinibus constitutum morum uita & litterarum sciencia commendandum. electionem vero predictus dominus birgerus puplicauit hoc modo. Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Anno domini. M°.CC°.XC primo secundo ydus iunii Ego birgerus canonicus lincopensis de voluntate & consensu dominorum iohannis & haquini concanonicorum & collegarum meorum in quos compromissum fuit vnanimiter a capitulo nostro & in quos potestatem prouidendi ecclesie nostre de pastore transtulerunt vice mea & ipsorum & omnium aliorum in electione ius habencium & hic presencium ex auctoritate & potestate supradicta mihi & collegis meis concessa inuocatus spiritus sancti gracia dominum .I. prepositum ecclesie nostre in quem ego & dicti domini Johannes & haquinus conuenimus in episcopum ecclesie lincopensis eligo & pastorem & ipsam electionem in hiis scriptis puplico solempniter in communi. actum anno loco die & tempore supradictis. Dictam uero electionem sic canonice & solempniter celebratam & puplicatam in communi omnes vnanimiter recepimus & approbauimus te deum laudamus more solito cum cordis iubilo decantando Jdem vero electus electionem huiusmodi eadam die sibi presentatam licet ex humilitate se insufficientem & indignum asserens multipliciter excusaret nobis tamen vehementer instantibus timens diuinis disposicionibus contraire diuine vocacioni cernicem cordis humilians invocato diuine pietatis auxilio die supradicta humiliter votis fratrum assenciendum duxit non tam timide quam deupte electionem ipsam officium honusque impositum vt prodesse valeat suscipiens & acceptans. vestre igitur prouidencie & discrecioni humiliter supplicamus vt electionem supradictam dignemini confirmare ecclesieque vestre suffraganeis per vestras patentes litteras demandare quatinus eidem electo nostro munus consecracionis per sacram manuum imposicionem velint & debeant impendere cum primum super hoc fuerint requisiti. hoc autem canonicum decretum vobis mittimus roboratum propriis manibus & subscriptum prout sequitur. Ego birgerus canonicus lincopensis supradictis omnibus & singulis interfui consensi & consencio ac manu propria subscribo & sigillum meum appono :+: Ego iohannes canonicus lincopensis supradictis omnibus & singulis interfui consensi & consencio ac propria manu subscribo & sigillum meum appono :+: Ego haquinus canonicus lincopensis supradictis omnibus & singulis interfui consensi & consencio ac manu propria subscribo & sigillum meum Appono Ego boso canonicus lincopensis supradictis consensi & consencio ac propria manu subscribo & sigillum meum appono ·Λ· Ego ericus canonicus lincopensis supradictis consensi & consencio ac propria manu subscribo

& sigillum meum appono :ø: ad maiorem autem predictorum euidenciam sigillum capituli nostri vna cum sigillis nostris presentibus est appensum. actum vt supra. &c.

Alla sex sigillen äro bortfallne, men pergamentsremsorna qvar.

1051. 1291. d. 28 Aug. Westerås.

Predikare-Ordens vid hållet provincialmöte i Westerås hos Svenska Kongl. Rådet gjorda anhållan att Ordens i Skeninge genom vådeld nödställda bröder till understöd måtte, icke såsom skyldig utlaga, utan såsom frivillig gåfva eller almosa, äfven framdeles förunnas den andel af fattigtionden, som de tillförne fått tillgodonjuta.

B. 3. 49.

Uiris venerabilibus & discretis omnibus in consilio domini Regis swecie constitutis. Fratres ordinis predicatorum Q. prior prouincialis & difinitores prouincialis capituli apud westraaross celebrati oracionum suarum deuotum seruicium cum salute Quoniam fratres ordinis nostri de skeningia tam propter vastacionem incendij precedentem quam propter caristiam iam instantem plus solito artantur inopia ita quod non sustentari queant commode nec ecclesiam aut alia edificia vsibus suis oportuna sine christifidelium piis auxiliis sufficiunt consummare, excellencie vestre deuote & humiliter supplicamur quatenus porcionem decime pauperum quam haetenus de vestra gracia perceperunt eisdem conferre velitis eciam in futurum. Scientes quod tam ipsi quam nos & ordinis nostri fratres alij non redditus certos aut debitum sed donum pure elemosine esse recognoscimus quicquid ex dicta decime porciuncula memoratis fratribus contigerit prouenire Jn cuius cognicionis testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda Datum in capitulo prouinciali apud westraaross. Anno domini Millesimo CC XC I. Jn octav. assumpcionis beate virginis.

1052. 1291. d. 25 Sept. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Skrifvelse till Ärke-Biskopen i Upsala att till öfverläggningar rörande Heliga landets angelägenheter till möte kalla Presterskapet och genom ombud före nästa Kyndelsmässa om dervid fattadt beslut lemna Apostoliska stolen underrättelse.

A. 1. a. 40.

Nicolaus episcopus, seruus seruorum Dei. Venerabili fratri.. Archiepiscopo Vpsalensi. salutem et apostolicam benedictionem. Jnter cetera contenta in nostris litteris, quas tibi per venerabilem fratrem nostrum .. Tripolitanum

num Episcopum super negotio Terre sancte dirigimus habetur expressum, ut tu et Prelati tue prouincie, tam regulares quam seculares tamque exempti quam non exempti quos per te prout in eisdem litteris exprimitur, ad prouinciale Concilium uolumus conuocari, celeriter conuenientes in vnum, et deliberantes sollicite super toto negotio supradicto, nobis quod super hijs in eodem fuerit deliberatum Concilio, per viros ydoneos et discretos, ac sufficienter instructos, propter hoc ad sedem apostolicam destinandos, usque ad festum purificationis beate virginis primo uenturum, studeatis quantocius intimare, prout in eisdem litteris, tu et ijdem Prelati uidebitis plenius et seriosius contineri. Quia uero propter impedimenta uaria et diuersa, et uiarum discrimina, que in itineribus frequenter occurrunt, prefatus Episcopus sic ad partes ipsas festinanter fortasse non poterit peruenire, tibique dirigere litteras supradictas, ut infra predictum festum eodem celebrato Consilio et deliberatione secuta, huiusmodi tui et Prelatorum ipsorum nuncij, ad apostolicam sedem personaliter ualeant se conferre volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus, receptis nostris litteris supradictis, quam cito poteris concilium celebres memoratum, et deliberationem ipsius per viros ydoneos prout superius est expressum, dilatione summota qualibet, nobis una cum Prelatis eisdem significare procures. Dat. apud Vrbemueterem VII. Calend. Octobr. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Blybullan bortfallen. *I hörnet på uppvecket:* M. de Fract. de Cur.

1053. 1292.

CARL GUSTAFS SONS testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap.

A. 6. s. 2.

JN nomine patris & filii & spiritus sancti amen, Ego KARULUS GØSTASSON, anime mee salubriter cupiens prouidere, testamentum meum condo in hunc modum, Fratribus predicatoribus skeningie apud quos eligo sepulturam lego sexaginta marcas den. & .X. marcas puri, de domino .b. quondam episcopo lincopensi requirendas in quibus michi tenebatur, Jtem .LXXX. marcas puri pro cruce mea redimenda, ita tamen diuidenda, XII. marcas pro expensa illius qui vadit cum oblacione mea ad terram sanctam, XX:ti marcas pro anima mea. & X. pro anima patris mei, & X. pro anima matris mee et decem marcas pro anima dominj Johannis philippj, & decem pro animabus omnium, a quibus aliquid iniu-

ste habueram, & VIII. marcas pro animabus famulorum meorum mortuorum, quibus in stipendiis non satisfecj pro seruitute, & cuilibet claustro in swecia, III. marcas den. preter illis quibus plus dederam, videlicet claustro sororum skeningie, cui dabo predium meum in budhamar ista condicione, vt soror katerina ibidem, redditus de eodem habeat in diebus suis ad vsus suos, & post ipsam mortuam, claustrum habeat illud idem, Claustro westraarus decem marcas den. Claustro in Eskilstunum, .V. marcas den, Jtem fratribus in strengiænes, VII, marcas den. Jtem fratribus Enecopie IIII:or marcas den. cum dimidia, Jtem claustro in Fødbø, XX:ti marcas den. Jtem claustro in sko, VI. marcas den. Jtem fratribus østraaros, IIII:or marcas den, Jtem fratribus in Abo. IX. marcas den. pro anima mea & famulorum meorum, Jtem Priorj habraham timbriam pellium variarum & similiter claustro dynæmunæ Petro stikkæ uel suis heredibus .I. marcam argentj. Fratribus predicatoribus in wisby .I. marcam argentj, Fratribus minoribus ibidem .I. marcam argentj Ospitali in guthlandia .I. marcam argenti, Claustro monialium ibidem, .I. marcam argenti. Griseis ibidem .I. marcam argenti. Jtem cuilibet ecclesie cathedrali decem marchas den. Elauo de resum, X. marcas den. Ecclesie strengiænensi .X. marcas puri de heredibus domini .B. quondam lincopensis episcopi requirendas, in quibus mihi tenebatur, Jtem fratribus predicatoribus Ræwalie, VI. marcas den. & monialibus ibidem .VI. marcas den. Jtem cuilibet ecclesie vbi curias habeo patrimoniales, & matrimoniales .I. marcam den. & marcam sacerdoti, Kanuto Jonson. vnum hærniskæ & vnum gladium que ambo possedit pater suus, Agmundo dotersson. dextrarium meum griseum cum sella noua, & dextrarium meum blac Agmundo qui est cum domino benedicto pæterson. sorori mee Jngiburgi .XX:ti thynones brasej, & vnum talentum nauale cupri, Amite sue doter, XII. marcas den. Ragnfridi amite sue .XII. marcas den. Coniugi hemmingi ysacson. .IX. marcas den. Jtem gertrudi olafs, X. marcas den. coniugi hemmingi dyakn, X. marcas den. Sigridi .X. marcas den., Helene .X. marcas. den. Cristine X. marcas den. Luscio sacerdoti meo. XX:ti marcas den. Elauo botolfson. .X. marcas den. Jngridi vilice de læchiu, V. marcas den. Elauo dreggiæbassæ, III. marcas den. Thordoni gaas V. marcas den. øaro Wafræ, vnum equm rubeum, & herniskyu, & copertura, Johanni aggæson, vnum equm, Johanni stekar, XX:ti marcas den. Elauo brodhorson, XX:ti marcas den. Martino. VI. marcas den. & illud quod tenebatur michi pro omicidio sibi indulgeo, Jngiwasto vnum folæ. & vnum copertura, Baggoni vnum folæ, siggoni fant, vnum folæ, Jacobo swenska dimidiam lestam Annone, Ragwaldo vnum folæ. Ragwaldo dicto atha. vigintj marcas denariorum Executores huius testamentj mei constituo, venerabiles viros, Dominum. L. episcopum lincopensem, Dominum Swantapulk, Dominum Ni-

cholaum sigridhæsun Dominum thorirum kietilsun, Dominum Magnum cristinæsun, quorum sigillis vna cum sigillo meo, presentes postulo roborari, Actum anno domini M°,CC°, Nonagesimo secundo,

Sigillen: 1, 2, 4, 5 andeligt, något skadade; 3, 6 bortfallne.

1054. 1292. Skara.

Stylke Harwes intyg att han af Dom-Prosten Bengt Tuneson i Skara erhållit till begagnande i sin lifstid en trägård, med tillstånd att der bygga så mycket han behagade, men att trägården efter hans död åter bör till Domkyrkan hemfalla.

B. 7. 16.

Omnibus apud quos presens scriptum innotuerit Stylko dictus harwi salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes quod dominus benedictus twnason prepositus scarensis concessit mihi vnam partem pomerij sui quam diu vixero & dedit mihi licenciam quandocumque voluero in eadem edificia construendi post me autem ecclesia beate virginis predictam partem pomerij reuocabit & posteri mei edificia tollent & pro suis placitis ordinabunt Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum scaris anno domini M°CC XCII°.

1055. 1292. d. 18 Jan. Hermannekulla.

Nils Ragwalds sons i Hermannekulla gåfvobref på en utjord Grönlund till Åsbo kyrka.

G, 1. *)

"Extraherat utur Assess. Peder Andersson Törnskiöldz gamla Act. fol. 121.

Extract af ett Pergamentzbref som finnes i Åssbo kyrckia angående klockareflotten i Grönlundh.

Görie allom manom sum tessum mine brefwe föriekomme, bekenner iag Nils Rafwaldersson i Hermannekulla, att iag af rätom kiärlekom och godom betencktom willia hafwer gifwit till mino kyrckio Ossbehult ena Kthiordh räntta ena örtige Swenska, sum minum rätta Fädernes äre, liggiandes sunnerst och Norderst i Gröneste Lunden, thet Grönehult kallas, att the sum lius tända och klocko ringia måge Jungfru Mariæ Lott och

*) Äfven detta, vid slutet af 1600:talet på papper gjorda så kallade extract af en gammal urkund, har man ansett sig icke böra förbigå.

förie minom faders Siähl ringia. Ty afhender iag minom arfwe alla macht thesse mino gofwo att qwällia, och tilägnar mino kyrckio thesse uthiordh Grönhult till Ewerdelig ägo. Att så i sanning setter iag mino Signette här nedan förie. Gifvit och skrifvit i Hermannekulla Åhrom Gudz byrdh 1292 *d.* 18 *Januarij.*

Nils Rafwaldersson.
(*L. S.*)

Efter detta bref hafver Hofrättens domb samma Vthiordh klockare-flotten benemndh Åsbo kyrckia tilägnat".

1056. 1292 d. 29 Jan. Örebro.

Dom-Prosten i Upsala Andreas Ands, såsom Executor af Biskopens i Linköping Hertig Bengts Testamente, under Ärke-Biskopsledigheten i Ärke-Biskopens ställe, gifna dom att Lena gård i Westergöthland tillfaller Linköpings Domkyrka.

A. 3. o. 1. 19.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Andreas prepositus upsalensis salutem in domino. constare uolumus quod nos loco domini nostri archyepiscopi upsalensis sede eadem iam uacante constituti exequtores testamenti. domini benedicti felicis memorie episcopi lincopensis & ducis. Auctoritate que nobis in hac parte competit. Curiam dictam lenæ in dyocesi scarensi quam idem venerabilis pater in eodem testamento contulit ecclesie lincopensi. cum omnibus attinenciis suis ipsi lincopensi ecclesie per diffinitiuam adiudicamus sentenciam. ponentes eam tenore presencium in corporali possessione predicte curie. & omnium sibi attinencium. & parati prout opus fuerit defendere taliter introductam. Jn cuius euidenciam nostro sigillo presentes litteras reddimus sigillatas. Datum in øræbro. Anno domini .M°.CC°. XCII°. die martis ante purificacionem beate uirginis.

Sigillet något skadadt.

1057. 1292 d. 29 Jan. Örebro.

Biskoparne i Linköping och Strengnäs Lars och Ysars, såsom Exsecutorer af Biskopen Hertig Bengts Testamente, gifna dom att gården Staf på Färingsö tillkommer Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4. 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Miseratione diuina Laurentius *linco*pensis & Ysarus strengianensis Episcopi. Salutem in domino sempiter-

nam, Constare volumus vniuersis, quod nos . . ti exequtores testamenti felicis recordacionis Domini Benedicti Lincopensis quondam Episcopi, auctoritate que . . hac parte competit, curiam dictam staf sitam in færingø quam idem venerabilis pater in eodem testamento contulit ecclesie vpsalensi cum omnibus attinencijs suis ipsi vpsalensi ecclesie per difinitiuam adiudicamus sentenciam, presencium tenore, ponentes eam in corporali possessione predicte Curie, & omnium sibi attinencium, & parati prout opus fuerit defendere taliter introductam, Jn cuius rei euidenciam, Secreta nostra presentibus apponenda duximus eo quod pontificalia nondum habeamus sigilla propter pontificalis officij nouitatem Datum apud ørabro anno domini. M°.CC°.XC°. Secundo Quarto kalendas februarij.

Sigillen: 1, 2. Andeliga.

1058. 1292. d. 3 Febr. Byarum.

Väpnarne Göthe Haralds sons, Gunne Broddesons och Herlog Bocks intyg om Nydala klosters nu bestämda vissa andel i Krängshults skog, med fastställda gränsmärken.

A. 3. x. 1.

Vniuersis presens scriptum cernentibus GØTHE HARALDSON GUNNO BRUDDASSON & HERLACHUS BUCH armigeri Salutem in domino Notum sit vniuersis per presentes nos interfuisse quando dominus abbas noueuallis & omnes possessores silue krengshult vno consensu & vna voluntate bona consenserunt quod dominus abbas pro omnibus partibus suis in predicta silua recepit quandam porcionem ad meridionalem plagam dicte silue hiis terminis circumclusam. primus terminus ad aquilonem grimshögh jnde directe in grimskeldo jnde directe in sandsio: jnde in albam rupem jnde in sta*la*bech jnde in grimsrydh jnde in erectum lapidem jnde in rupem mobilem que wlgo dicitur cupurhel & sic demum in grimshögh Hiis terminis stetit abbas contentus & omnes possessores silue vt dictum est Datum apud ecclesiam byarum anno Dominj MCCXCII Dominica septuagesime nostris sub sigillis.

Alla sigillen bortkomna, brefvets nedre kant mycket multnad.

1059. 1292 d. 5 Febr. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Bulla angående 1 år och 40 dagars aflat för botsökande vid Åbo Domkyrka.

B. 5. 65.

Super indulgencias vnius annj & XL dierum jn festis beate virginis.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dej Vniuersis christi fidelibus Presentes litteras inspecturis Salutem & apostolicam benedictionem Vite

perhennis gratia qua mira benignitas conditoris omnium vitam coronat aciem ciuium supernorum A redemptis precio sanguinis fusi de precioso corpore redemptoris meritoris domini aquiri virtute inter que illud esse pregrande dinoscitur quod vbique sed precipue in sanctorum ecclesiis maiestas altissimi collaudetur Cupiens igitur vt katedralis ecclesia beate Marie aboensis congruis honoribus frequentetur omnibus vere penitentibus & confessis qui ecclesiam ipsam in nativitatis purificacionis annunciacionis & assumpcionis beate virginis festiuitatibus & per octo dies festiuitatis ipsius immediate sequentes nec non & in anniuersario die dedicacionis eiusdem ecclesie deuote visitauerint annuatim de omnipotentis Dej misericordia & beatorum Petri & Paulj apostolorum eius auctoritate confisi vnum annum & quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus. Datum Rome apud sanctam Mariam Maiorem Non. Februar. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

1060. 1292 d. 10 Febr. Stockholm.

Marsken Torkel Knutsons bref rörande Röd Keldors sons och Israel Peterssons öfverenskommelse om Tensta qvarn.

A. 6. a. 2. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis Thyrgillus, jllustris principis Domini .B. dei gracia sueorum gothorumque regis marskalkus salutem in domino, Notum facimus quod constitutus coram nobis vir discretus Dominus Rød kialdorsson, recognouit se quoddam molendinum ex uoluntate & consensu Jsraelis petersson in gurgite tensta quo ad uitam suam edificasse, in qua quidem gurgite predictus Jsrael ex parte orientalis habet & possidet marcham, ex parte vero occidentalis. Sex oras terre promittens quod racione predicti edificij nominato Jsraeli non eueniat dampnum aliquod vel grauamen, Si vero memoratus Jsrael se in hac parte dampnificatum esse senserit, liberam extunc potestatem habeat, eciam ipso domino rød supradicto viuente fundum edificij sepedicti reuocandi, Jtem promisit quod heredes sui seu quicumque alij post mortem suam ius non habeant, fundum edificij memorati racione huiusmodi concessionis, inpetere uel sibi appropriare jn predicti Jsraelis preiudicium uel grauamen, Jn cuius rei euidenciam pleniorem sigillum nostrum vna cum sigillis memorati domini rød ac fratris sui domini orista presentibus est appensum, Datum stokholm, anno domini M°.CC°.XC°, secundo, Dominica sexagesime.

Sigillet bortfallet; remsan qvar.

1061. 1292 d. 15 Febr. Telge.

Biskopen Ysars i Strengnäs bref om St. Botvids reliquier och 40 dagars aflat för botfärdiga, som med vördnad nalkas dem.

A. 3. o. 1. 18.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris. YSARUS dei gracia Episcopus strengnensis Salutem in domino sempiternam. Sanctorum martirum digne & deuote a christi fidelibus est memoria recolenda qui pro vnitate fidei catholice per effusionem sanguinis inter cetus angelicos gloria & honore meruerunt a domino coronari. Hinc est quod venerabilis pater dominus Laurencius dei gracia Episcopus lincopensis a nobis reliquias beati Botwidi martiris cum magnis instanciis sibi & ecclesie sue tribuj postulauit. Nos uero peticionibus ipsius humiliter obtemperare volentes memorato domino partem de dictis reliquiis contulimus vt obtentu dictarum reliquiarum factus dej martir amplioribus valeat laudibus venerari. Vnde vestram deuocionem in domino habere volumus exoratam. Quatenus sepedictas reliquias habere velitis in debita reuerencia & honore. Nos igitur de omnipotentis dei misericordia & apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi omnibus vere penitentibus & confessis qui ad dictas reliquias causa deuocionis accesserint quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis sub ratihabicione memorati venerabilis patris misericorditer relaxamus, Datum Tælgis anno domini M°.CC°. nonagesimo secundo, die beati sigfridi confessoris.

Sigillet skadadt.

1062. 1292 d. 27 Febr. Gudhem.

Biskopen Barnolfs i Skara intyg att Fru Catharina Mattsdotter, vid ingående i Gudhems kloster, dit gifvit och genom sköte öfverlemnat gårdarna Gingrim, Soleryd och Hand.

A. 3. å. 2. 9. *)

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus .B. diuina miseracione skarensis episcopus salutem in domino sempiternam, Tenore presentis constare volumus vniuersis quod in presencia nostra constituta nobilis mulier domina katerina mathei quondam filia, relicto seculo religioni se tradens, curias suas gingrini soloryder & hand, cum coloniis, molendinis, agris, pratis, siluis, & piscariis ac ceteris pertinenciis suis infra sepes &

*) Finnes äfven i en af Kon. Birger d. 5 Febr. 1306 bekräftad afskrift; A. 3. å. 1. 16.

extra claustro gudhem in quo habitum sanctimonialium assumpsit rite contulit iure perpetuo possidendas possessionem, proprietatem, dominium & omne ius quod sibi uel heredibus suis in dictis curiis & qualibet predictarum compeciit uel competere posset, in dictum claustrum scotacione legittima secundum consuetudinem terre pure, simpliciter, & irreuocabiliter transferendo presentibus testibus infra scriptis, Ne igitur super donacione & scotacione predictis, aliqua possit in posterum dubietas suboriri, sigillum nostrum vna cum sigillis nobilium dominorum laurencii bobergh Thyrneri botildir sun, tholuonis cannumulæ presentibus est appensum, testes autem qui donacioni & scotacioni supratactis interfuerunt sunt isti Dominus laurencius bobergh, thyrnerus botilder sun, tholuo cannumuli memorati, & religiosi viri Dominus arnbernus abbas de warnhem, frater olauus prior predicatorum skaris, frater aluerus lector fratrum minorum skaris, dominus benedictus canonicus skarensis per dictam dominam katerinam ad hoc vocati specialiter & rogati Datum gudhem anno domini M°CC°XC° secundo quarto kal. marcii.

Sigillen N:o 1, 3 skadade. N:o 2, 4, 5 bortfallne.

1063. 1292 d. 3 Mars.

Abboten i Nydala Ingemars, m. fl. intyg om Gjurd Peterssons utbyte af Fallandafors till Thorsten Wigolfsson emot Wigolfstorp, tillika med Svenshult, Wetebergshult, och lösören i mellangift, samt att detta byte vid 30 marks vite icke fick ändras.

A. 6. 2. 3.

Uniuersis presentes inspecturis frater Ingimarus abbas nouewallis haquinus canonicus lincopensis ormolfus rector ecclesie de malbæc & culstanus presbiter de linogum salutem in domino sempiternam Tenore presencium declaramus quod in precencia nostra constituti Thorstanus wigholfi sun & gyurdo petri sun inter se cambium fecerunt prediorum in hunc modum uidelicet dictus gyurdo predia sua fallandafors vna cum molendino suo ibidem & omnibus attinenciis, prope uel remotis, & breuiter quicquid possedit ibidem iure dominij in dictum thorstanum transtulit ita quod nichil penitus excipiebat jdem uero thorstanus curiam suam wigholfstorp cum omnibus attinenciis gyurdoni dimisit hoc excepto quod ex parte aquilonari ipsum predium situm inter curiam & quendam riwlum decurrentem iuxta quendam pontem lapideum vbi primo siccum humido occurrit, & exinde ad quandam pinum in parte suprema decisam uersus orientem eidem curie attineat, & ibi terminetur dominium & proprietas illius, preterea omnia mobilia huius curie ipse thorstanus eidem gyudoni addidit hec que

secun-

secuntur, duodecim uaccas & boues I. vectigal, capras & oues XII:cim V:que culcidras cum X. lintheaminibus & IIII:or tapetis, & IIII:or banchalibus, Jtem duas cortinas, & VII:tem solidos anone & farine, & in super utensilia ut pote, dolea lagenas kaldaria secures falces & falcastra, & breuiter omnium medietatem quorum uillicus qui fuit in curia medium optinebat, addidit eciam, dictus thorstanus, ipsi gyurdoni totum predium quod possedit in swenshult vna cum molendino ibidem, & quodam predio ibi eciam ad vsum molendini empto, & partem suam in quadam silua que dicitur wethebærghshult, ad hec omnia adiecit & persoluit supradictus thorstanus eidem gyurdoni, X:eem marchas usualis monete, Datum anno domini, M°,CC°, nonagesimo secundo, V°, nonas marcij contractum autem huiusmodi tali pena ualauerunt, ut quicumque ipsorum illum infringeret alteri in sui pœnam absque omni gracia XXX:ta marchas denariorum teneretur & deberet modis omnibus exhibere, Jn cujus rei euidenciam & fidem firmiorem sigilla nostra & sigillum thorchilli ysac son nunc prolocutoris prouincie, presentibus duximus apponenda, Actum ut supra.

Sigillen N:o 1, 2, 3 andeliga, skadade; N:o 4, 5 bortfallna, remsorna qvar.

1064. 1292 d. 10 Mars.

Johans i Garn testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap till kyrkor kloster och andeliga personer.

B. 2. 69.

Testamentum Johannis in Garn.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti Amen Ego Johannes in garn sacri altaris minister licet indignus, attendens varios humane fragilitatis euentus & omnibus terminum mortis incertum deliberaui sanus & incolumis de bonis mihi a deo collatis & concessis, elemosinam pro anima mea in remissionem peccatorum meorum taliter ordinare, ad fabricam ecclesie vpsalensis, do Octo marchas den. ecclesie mee superiori garn apud quam eligo sepulturam, quinque marchas den. & molendinum primum quod superius est, successorj vero meo ad mensam suam inferius molendinum ecclesie mee yttrogarn tres marchas den. fratribus predicatorum sictonie sex marchas den. fratribus minoribus vpsalie duas marchas den. sororibus in sco duas marchas den. fratribus minoribus stokholmis duas marchas den. sororibus sancte clare ibidem duas marchas den. fratribus minoribus enecopie duas marchas den. hospitali infirmorum ibidem duas marchas den. Cuilibet ecclesie singulariter in habohundæri dimidiam marcham den. & cuilibet sacer-

doti in eadem prouincia dimidiam marcham den. ecclesie østby in walendahundæri vnam marcham den. ecclesie sudherby in Lyhundæri dim. marcham den. jtem karlunxkyrkiu dim. marcham den. Johanni procuratorj meo sex marchas vxori sue gyridh quinque marchas den. Johanni karlson sex marchas den. guta dyacono quatuor marchas den. domino hennikino in hatunum breuiarium meum Testes huius mee ordinacionis sunt, dominus hemmingus Canonicus vpsalensis, frater boo supprior fratrum predicatorum sicton. dominus hænika sacerdos de hatunum, dominus bero de giristum & parochiani mej scilicet finuidus de brunnstæ atto de kyninge laurencius de kumblum, hemmingus de aby haquinus de jædhrum Jn cuius eciam rej testimonium sigillum capituli vpsalensis & sigilla dilectorum amicorum domini hemmingi canonici vpsalensis dominorum hennikini de hatunum & beronis de giristum fratris boo de sictonia vna cum sigillo meo peto presentibus firmiter apponi Actum anno domini M°CC° nonagesimo secundo sexto idus marcii.

1065. 1292 d. 21 Mars. Sko.

Magnus Johans sons tillägg till dess förut gjorda Testamente.

A. 6. a. 2. 5.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Magnus Joansson, Salutem in omnium saluatore. Humane mentis obliuio multarum in hoc mortali corpore curarum incommodis occupate, nec non inopinatus hominum ex hac vita transitus, in hiis eciam que rite geruntur, non numquam deficere faciunt testimonia viue vocis. Jdeoque rememoratiua litterarum munimina sagaciter simul & vtiliter sunt inuenta. Eapropter presencium tenore constare volo omnibus euidenter, Quod, sicut meo feci inseri testamento, Dilecte vxori mee Jngiburgi, si ipsam post me superstitem relinqui contigerit, lego & confero Curiam meam in fredawi cum attinenciis omnibus mobilibus & inmobilibus, & molendina pertinentia ad Curiam, baldingstad necnon quinque solidos terre cum dimidio in ølistum, ac dimidiam oram terre in Sebÿ. Ceterum, quia Curiam meam, bodir, sitam in Niudungi quam eidem dilecte vxori mee pro donacione propter nupcias assignaueram, postmodum contuli famulo meo, Magno dicto enkia, ideo loco eius Curiam meam Husabÿ arech, cum attinenciis omnibus ipsi vxori mee confero & assigno. Vlterius, quia Curiam Midalbÿ, cuius ad sepedictam dilectam vxorem meam, olim spectabat proprietas, de ipsius consensu contuli Domine Ragnildi, uxori dominj benedicti boson, idcirco Curiam meam egbÿ a thorsni, cum omnibus eidem attinentibus refundendam duxi predilecte vxori mee sepius memorate. Super quibus omnibus, ne in posterum aliqua oriatur callumpnia, Sigillum Domini mei, Dominj, Birgeri, Sweorum Gothorumque Regis illustris, & Sigilla

venerabilium patrum Dominorum . . Strengenensis & Arosiensis Episcoporum, executorum supradicti testamenti mei, vna cum sigillo meo proprio necnon sigillis Dilectorum ... (*utplänadt*) meorum Domini Johannis angeli ac Domini karuli Canonici vpsalensis, presentibus sunt appensa. Actum Sko, Anno Dominj, Millesimo. Ducentesimo, Nonagesimo, Secundo, Duodecimo kal. Aprilis, Presentibus, venerabili viro, Magistro Andrea Preposito vpsalensi, ac Religioso viro fratre Laurencio Priore Sictuniensi, necnon Domino Haquino Rectore Ecclesie, Tensta.

Sigillen N:o 1, 3, 5, 6, bortfallna, 2, 4 stycken qvar.

1066. 1292. d. 25 Mars. Calmar.

Lagmannen i Östergöthland Bengts beskärmelsebref för Skenninge kloster och dess gods, med försäkran om befrielse från åtskilliga utlagor, nemligen: gengärdslösen, mordgäld och ledungslama.

A. 3. h. 2. 1.

Omnibus presens scriptum cernentibus ,B, legifer ostgothorum, Salutem in domino sempiternam, Tenore presentis constare volumus vniuersis, Nos deuote sororis benedicte, de sancto martino skæningie, bona omnia, cum villicis & colonis, familiis & personis in eisdem bonis commorantibus, sub nostram protectionem, & tutele graciam specialem recepisse, Redentes eadem bona sua cum familiis, & personis ceteris in eisdem bonis vt dictum est, commorantibus, ab omni iure & causis regalibus, preter gingerdhaløsn, mordgiald, & ledhuxlama, libera penitus & exempta, prohibentes firmiter a districte, Ne quis eadem bona, contrá premissam libertatem, quam, dicte, b, sorori, duximus concedendam aliquatenus presumat indebite molestare, Datum Kalmarne anno domini M°.CC°.XC°. secundo, In anunciacione virginis gloriose.

Sigillet finnes å en ur brefvet klippt remsa.

1067. 1292 d. 21 April. Harlestad?

Johan Birgers sons af Forsa morgongåfvobref på Forsa gård till sin hustru Hjalmborg, dotter af Hr Eskil och Fru Walborg.

A. 6. a. 2. 7.

Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes byrgeri filius de forsom. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium, constare uolumus omnibus euidenter Nos dilectam uxorem nostram Hialmborgem filiam Do-

mini Eschilli & domine walborgis honore quo possumus honorantes. & amore gratuito diligentes & in perpetuum dilecturi. Eidem uxori nostre Curiam nostram forsæ. in dotem que wlgariter dicitur morgengæfh. omnimode & cum omnibus suis attinenciis longe uel prope sitis firmiter contulisse. Jsta tamen condicione adiecta. quod si ipsam post nos superuiuere contigerit siue habentem filios siue non. ei & filiis suis & nostris. si fuerint. uel heredibus ipsius aliis quicumque fuerint. predicta curia cedat iure ab eis perpetuo possidenda. si autem contingat ipsam prius mori quam nos. volumus quod dicta curia ad nos & nostros heredes deuoluatur. & loco dotis predicte. habeant heredes eiusdem uxoris nostre memorate. curiam nostram dictam. thorp iure perpetuo possidendam. Preterea si ipsa & nos. liberos habuerimus. post nos et post uxorem nostram uiuentes. tunc si ipsi filios de se non genuerint. volumus quod sepe dicta curia. forsæ. ad heredes nostros plenarie reuertatur. Jn cuius testimonium. presentes fuerunt. dominus meus episcopus lincopensis. dominus laurencius. dominus eskillus. dominus magnus karlson. Dominus Nicholaus sedstredis. Dominus iohannes knutson. & plures alij fidedigni. Ad cuius euidenciam pleniorem. sigilla predictorum dominorum apponi petiuimus. & reddimus pariter nostro sigillo presentes litteras sigillatas. Actum in h..læstad. anno domini .M°.CC°.XC. secundo. *secunda* feria proxima post dominicam. Misericordia domini.

Sigillen N:o 1, 4, bortfallne; N:o 2, 3, 5, 6. skadade.

1068. 1292 d. 24 April. Roskild.

Biskop Johans i Roskild vidimation af Konung Magnus I:s bref, gifvet år 1290.
A. 3. l. a. 7.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Johannes miseracione diuina episcopus roskildensis. salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras domini magnj dej gracia sweorum gothorumque quondam regis illustris, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua suj parte viciatas vidisse & diligenter perspexisse in hec uerba: Omnibus &c. *sa N:o* 1026. Jn cujus rej testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Roskildis anno dominj. M°.CC°.XC° secundo octauo kal. maij.

Sigillet fallet från den ur brefvet klippta remsan.

1069. 1292. d. 26 April. Skeninge.

Lars af Snytringe och Ragnhilds bref om godkännande af det mellan Johan Elefsson och Fru Margareta af Glänuås gjorda byte af Unö i Nerike emot Traneryd i Widbo.

A. 6. a. 2. 6.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, Laurencius de snytringe & Ragnildis vxor eius salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes, quod nos commutacionem factam inter Nobilem virum dominum Johannem elefsson ex una parte & discretam feminam margaretam de glænuas ex altera de duobus attungis terre in vnø prouincie næricie in dimidietatem uille tranuryd in widbo, ratam habentes & gratam, recognouimus, in presencia fratris Petri lectoris fratrum predicatorum in skenningia in crastino sancti Marchi ewangeliste in capitulo fratrum anno domini M°CC°XC°II°. et adhuc recognoscimus dictam medietatem uille tranuryd, ad heredes supradicti domini Johannis & andree elefson fratris eius, & memoratos duos attungos terre jn vnø ad nos nostrosque heredes & ad filias Jarthrudis quondam de glænuas cure nostre commissas, iure perpetuo pertinere Jn cuius recognicionis testimonium quia propria non habuimus sigilla supradicti lectoris & conuentus fratrum predicatorum presentibus duximus apponenda Datum skenningie anno domini quo supra sexto kal. Maij.

Sigillen, 1, 2, andeliga, finnas på remsor, klippta ur brefvet.

1070. 1292 d. 17 Maj. Upsala.

Ärkedjeknen och Dom-Capitlets i Upsala fullmakt för Dom-Prosten Andreas och 2:ne Caniker att afgöra tvisten imellan Upsala och Skara Domkyrkor om afledne Ärkedjeknen Johannes Oddolfssons qvarlåtenskap.

A. 3. a. 4. 8.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Archidyaconus & Capitulum ecclesie vpsalensis, salutem jn domino sempiternam. Notum esse volumus vniuersis, quod nos jn causa que vertitur jnter nos seu ecclesiam nostram a parte vna, & Discretum virum Magistrum Nicolaum Canonicum scarensem a parte altera, super bonis, possessionibus, seu quibuslibet rebus quas bone memorie Dominus Johannes Odulphi olim archidyaconus noster reliquit, facimus, constituimus, & ordinamus nostros veros & legittimos procuratores ac nuncios speciales, Discretos viros, Magistrum Andream Prepositum, necnon dominos Gerardum & Hemmingum Canonicos eiusdem ecclesie nostre & quemlibet eorum jn solidum, Dantes eisdem procuratoribus nostris ac cuili-

bet ipsorum plenam ac liberam potestatem, tractandi, proponendi, allegandi, excipiendi, componendi, arbitros seu compromissarios ponendi, sub quibuscumque obligacionibus siue penis, obligandi ecclesiam nostram seu bona ipsius, finem & quitacionem faciendi, alium vel alios procuratores substituendj, necnon omnia & singula faciendi, que veri & legittimj procuratores facere possent, & que nos ipsi facere possemus, si presentes essemus. promittentes nos gratum habituros & ratum, quicquid per eosdem procuratores nostros vel substitutum seu substitutos ab eis, factum fuerit in premissis & quolibet premissorum. Jn cuius rej testimonium, sigillum supradicti Capituli nostrj duximus presentibus apponendum. Actum vpsalie, Anno Dominj ..M°.. ..CC°.. Nonagesimo secundo. jn vigilia Beati Erici.

Sigillet skadadt, på den ur brefvet klippta remsan.

1071. 1292. d. 26 Maj.

Leonhard Öds sons bref med tillkännagifvande att hans hustru Margareta före sitt giftermål för 24 mark pantsatt jord i Sörby till handlanden Hintze, med vilkor att blott Leonhard ägde att före bestämd tid samma jord återlösa.

A. 6. a. 2. 8.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit tam presentibus quam futuris. Leonardus øthonis filius salutem presentis vite pariter ac future. vniuersitati vestre duxi presentibus intimandum. Margaretam dilectam vxorem meam ante quam eam mihi duxi legittime in vxorem. hinzæ mercatori aput finem pontis habitanti predium duarum horarum terre in sørby situatum in attundaland pro .XX. quatuor marcis denariorum impignorasse in termino dicte .M. accepto videlicet vltimo ante diem beati martini iam futuro redimendum. annuens quod extunc si predictum predium solutum non fuerit dicto hinza ad proprietatem & plenum ius diuini transferatur perpetue possidendum. hac racione subacta quod nemini ante dictum terminum nisi mihi. audeat vendere si mihi resoluere placuerit prenotatum. Jn cuius rei testimonium sigillum meum ac sigillum dilecte vxoris mee presentibus sunt appensa. Actum die secundo pentecostes anno domini. M°.CC°.XC°.II.

Sigillen: N:o 1 bortfallet; N:o 2 mycket skadadt.

1072. 1292. d. 8 Juni.

Torna, Erngisles hustrus testamentariska anordning, hvarigenom Thorsryd gifves till Nydala kloster.

A. 3. k. 1.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Cum in manu dei sint mors & vita & nesciat homo utrum amore an odio dignus sit, sed

omnia in futurum reseruantur incerta, Ego TONNA VXOR Æringisl diuine gracie apciorem me fieri peroptans & ad hoc pro viribus elaborans cupiensque anime mee salubriter preuidere condo & compono testamentum meum in hunc modum Curiam ergo meam in thorsryth cum omnibus suis pertinenciis infra sepes & extra perpetuo iure posidendam confero & testamentaliter relinquo monasterio nouevallis & hoc quicumque reuocare uel uoluerit uel presumserit indignacionem dei se nouerit incurrisse testes interfuerunt Æringislus vir meus olauus polasun & alii quam plures cum daghero sacerdote de slæto cuius sigillum petiui & optinui presentibus appendendum. Datum anno domini M°.CC°.XCII.VI°. idus iunii.

Sigillet bortfallet; den ur brefvet klippta remsan qvar.

1073. odat.

Biskopen ASSERS i Wexiö betyg att Prestmannen Ingemund i Slätthög inför Biskopen och många andra tillkännagifvit att hustru Tonna erhållit Thorsryd i arf efter sin son.

A. 3. x. 1.

Vniuersis christi fidelibus .A. dei gracia Wexionensis Episcopus salutem in domino sempiternam. Tam posteris quam presentibus tenore presencium innotescat quod dominus Jngymundus presbiter de slætu in nostra & multorum aliorum presencia pupplicauit quod villica sua tonna nomine predium situm in thorsryth iure hereditario per suum filium est adepta Jn cuius rei cautelam & euidenciam pleniorem sigillum nostrum presenti cedule duximus annectendum.

Sigillet med den ur brefvet klippta remsan bortfallet.

1074. 1292 d. 13 Juli. Stockholm.

Biskopen LARS i Linköping bref med åtagande att, icke till följe af någon egen eller kyrkans förbindelse, utan af fri vilja, betala 2000 mark penningar till fordringsägare hos hans företrädare Biskop Bengt.

A. 3. 9. 1. 17.

Omnibus presentes litteras inspecturis. LAURENCIUS dei gracia episcopus lincopensis salutem in domino. Constare uolumus euidenter quod nostra nostrorumque canonicorum prehibita ordinacione deligenti pro debitis contractis per venerabilem patrem Episcopum benedictum felicis memorie antecessorem nostrum duo millia marcarum vsualis monete diuersis

suis creditoribus assumpsimus persoluenda. Non quia nos uel nostra ecclesia in aliquo sibi fuerimus obligati prout in suo testamento aput nos deposito continetur. sed hoc ob suorum remedium peccaminum de propria benignitate & gracia speciali recognoscimus nos fecisse. Jn cuius rei euidenciam, sigillum nostrum vna cum sigillis venerabilium patrum, Dominorum ysari strengiænensis & Petri Arosiensis dei gracia episcoporum, presentibus sunt appensa. Datum stocholm. anno domini .M°.CC°.XCII°. jdibus iulij.

Sigillen 1, 2, 3 äro bortfallna; remsorna qvar.

1075. 1292 d. 20 Juli.

Dom-Capitlets i Wexiö gifna försäkran att, sedan det tvistiga förhållande upphört, som genom Capitlets i Biskop Bos tid skedda vädjande till Ärke-Biskopen i Lund, med Upsala åstadkommits, vilja visa skyldig uppmärksambet och lydnad mot Upsala Ärke-Biskop, och ingalunda deltaga i något, som kan kränka denna kyrkas gamla rättigheter.

A. 3. s. 4. 7.

Omnibus presentes litteras intellecturis, Capitulum wexionensis ecclesie, salutem in domino ihesu christo, Amicabilis vnionis & pacis concordiam seruare volentes nostris preeipue superioribus, & Metropoli videlicet vpsalensi ecclesie, cuj ad debitam obediencium cum omni reuerencia Recognoscimus nos teneri, & vt materia dissencionis, & rancorositatis, que succreuit, & radicare videbatur, Jnter predictam vpsalensem ecclesiam ex vna parte, & nostram ex altera, propter quasdam appellaciones, temporibus venerabilis patris domini: Bouonis. benedicte memorie, quondam nostri episcopi, ad sedem lundensem interpositas, de quibus ecclesia sepedicta plurime grauatam se asserit, hinc, inde, sopita sit penitus & necglecta. bona fide promittimus, quod aliquos impugnare volentes iura vpsalensis ecclesie, sepius iam pretacte, quibus ab antiquo fuerat vsa, & que seruare ac sustinere voluerint ceteri ecclesiarum regni prelatj & capitula de cetero non fouebimus consilio vel auxilio, jnfra regnum uel extra publice uel occulte, Jn cuius rei testimonium, sigillum capituli presentibus est appensum. Datum anno domini, M°,CC°. nonogesimo secundo, Jn die beate Margarete virginis.

Sigillet oskadadt.

1076.

1076. 1292 d. 23 Juli. Stockholm.

Konung Birgers vidimation af Kon. Magnus I:s bref och stadfästelse på en till Ärkedjeknedömet i Linköping gifven gård.

B. 3. 94.

Byrgerus dei gracia Sweorum gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus vniuersis Quod nos litteras dilectj patris nostrj dominj M. bone memorie, non cancellatas non rasas non abolitas nec in aliqua suj parte viciatas vidimus in hec uerba. *Se N:o* 991. Quia ergo nobis euidenter constet & ad plenum dictum dominum siggonem dictam curiam cum omnibus suis pertinencijs necnon & communitatibus predictis in suj testamento archidyaconatus in ecclesia lincopensi contulisse Nos dictam donacionem ratam habere volentes dictas communitates ad archidiaconatum in ecclesia lincopensi perpetuo volumus pertinere & hoc per presentes litteras confirmamus Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum stokholm. Anno Dominj Millesimo Ducentesimo nonagesimo secundo in crastino beate marie magdalene.

1077. 1292 d. 25 Juli. Skällwik.

Ärkedjeknen Sunes i Linköping qvitto å 110 mark wadmal, som han af Biskop Lars uppburit och som Biskop Bengt var honom skyldig.

A. 6. a. 2. 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Suno archidiaconus lincopensis salutem in domino. Constare uolo quod centum decem marcas. wadmalie recepi a domino nostro episcopo laurencio in quibus mihi tenebatur predecessor suus episcopus benedictus. Scriptum skældewich. anno domini. M°.CC°.XCII°. Die beati jacobi apostoli.

Sigillet andeligt.

1078. 1292 d. 30 Juli.

Biskopen Lars i Linköping intyg om Herr Svantepolks byte af jord med Hospitalet i Norrabygd.

B. 3. 168.

Omnibus presentes litteras inspecturis Laurentius dei gracia episcopus lincopensis salutem in domino Constare volumus euidenter quod recogno-

uit in iure coram nobis dominus swantapolkus quod cum hospitali norrabygdh hanc fecit commutacionem videlicet quod dedit eis VIII hastas in oknabek VIII. hastas in thorp. et duas hastas dimidia vlna minus in elghiarwm. Et pro istis recepit ab eis totum illud quod hospitale dictum habuerat a sigmundo Elaui filio in halaby in osgocia. Dedit insuper eisdem dominus swantapolchus totum quod possedit in paruo oknabek. Exceptis tribus insulis dictis olznø løno et wæderø Jn cuius euidenciam sigillum nostrum vna cum sigillo domini swantapolchi presentibus duximus apponendum Datum anno domini MCC.XCII die proxima post Olaui.

1079. 1292 d. 11 Aug. Tönsberg.

Norska Konungen Erics och Hertigen Håkans försäkran, gifven Lybeckarne på fri handel å befästa ställen Hunals och Hialm i Halland. K. e. a. 133.

Ericus dei gratia Rex Norwegie & Haquinus eadem gratia Dux Norwegie. Aduocato Consulibus & communi Ciuitatis Lubec salutem in Domino sempiternam. Volentes vt incole ciuitatis vestre per castra nostra Hunals in Hallandia & Hialm transitum facientes securitatem habeant plenariam in rebus suis pariter & personis prefectis & aduocatis ac aliis in eisdem castris existentibus per literas nostras precipiendo mandauimus firmiter & districte ac illud idem quod sequitur dilecto Consanguineo nostro Domino Jacobo Comiti Hallandie necnon & Stigoto Marscalco diximus & iniunximus viua voce quod si qui sint ibidem qui cuiquam de vestris incolis tenentur in aliquibus debitis obligati debent illa sine difficultate & dilacione aliqua soluere requisiti. Quod si pro loco & tempore aliqua ibidem duxerint venalia predicti castrenses non debent ab ipsis aliqua violenter recipere sed emere prout habere poterunt de beneplacito venditoris & expedite soluere prout conuentum fuit inter eos. Sed si forte vestris non placeret res suas & merces ibidem vendere licentiam habent & potestatem liberam ipsas quocumque eis placuit deferendi. Dictis igitur castrensibus sub obtentu gratie nostre precipimus firmiter per presentes, vt ea que prediximus diligenter obseruentur sicut graciam nostram diligunt & fauorem. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum Tunsberg anno Domini M.CC. Nonagesimo secundo in Crastino Laurentii Martyris.

1080. 1292 d. 15 Aug. Tönsberg.

Norrska Hertigen Håkans för handlande från Gripsvald inom dess Hertigdöme fastställde friheter, med tillägg äfven af de rättigheter, som genom tractaten i Calmare under Svenska Konungen Magnus I:s bemedlande blifvit af Konungen i Norrige bestämda.

K. e. 2. 134.

HAQUINUS dei gracia Dux Norwegie viris prouidis & honestis, sibi in Christo dilectis Consulibus & communi Ciuitatis Gripsvold, salutem in domino sempiternam. Cupientes vestre Ciuitatis incolas, ad Ducatum nostrum venientes, sicut fecerunt progenitores nostri, fauorabiliter pertractare, ac immunitates & libertates augere potius, quam minuere, quamdiu circa nos & nostros uestre deuotionis beneuolentiam experimur. Vniuersitati vestre notum facimus per presentes, quod nos ad petitionem & instantiam discreti & honesti viri Johannis de Bue nuntii vestri, rigorem legis nostre seruare debent indigene, quod ad homines vestros dominium nostrum visitantes, ut hospites temperantes, ipsis de speciali gratia duximus indulgendum, quod cum aliquis pro delicto ad vltimum supplicium sit ducendus, ipsi eum sequi minime teneantur. Item cum ad capturam allecium venerint, licite possunt merces suas in terris nostris deponere, Balliui licentia non petita. Idem si decedat aliquis in dominio nostro cuius heres est in ciuitate vestra predicta, illius conditionis, quod pro petenda hereditate huiusmodi non potest personaliter aduenire, licitum est ei ad optinendum hereditatem talem procuratorem destinare legitimum infra annum, ita quod, tam super illo quare personaliter venire nequeat, quam & quod nullus sit procurator veri heredis & legitimi, testimoniales habeat litteras ciuitatis. Quod si fiat, non debet super illa herediate per quemquam de nostris officialibus uel aliis impediri. Declaramus &, quod si aliquis inuentus fuerit habere farinam falsam vel alias falsas res consimiles, debet excusare se iuramento suo, quod illud falsum non commisit nec fuit illius conscius falsitatis. Postquam autem iuramentum tale prestiterit, debet emptori pecunia sua restitui & falsum huiusmodi destrui non imposita pena alia venditori. Ad preces insuper nuncii vestri predicti articulos vobis ex parte dilectissimi fratris nostri domini Regis Norwegie concessos per arbitrium Domini Magni quondam Regis Sweorum illustris apud Calmarniam vestris incolis ad dominium nostrum venientibus de speciali gratia decreuimus concedendos, rogantes, ut homines dilectissimi fratris nostri & nostros, ad vos declinantes, recipiatis fauorabiliter & honeste. In supradictorum autem testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. Tunsbergis, Anno Dni. M.CC. Nonagesimo secundo, in die Assumptionis Marie Virginis gloriose.

1081. 1292 d. 27 Sept.

Biskopen Bonaventura och Abboten Johans i Clairvaux afskrift af Påfven Gregorius X:des bulla om Cistercienser-Ordens befrielse från Heliga landshjelpen.

A. 1. d. 72.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis. Frater Bonaventura dej gracia Encensis episcopus. vicariusque capitulj lingonensis, sede uacante, & Frater. Jo. dictus abbas clareuallis. salutem in domino. Noueritis quod nos diligenter jnspeximus. & de verbo ad verbum legimus. priuilegium dominj Gregorij decimj. Non cancellatum. non abrasum. non abolitum. nec in aliqua parte suj viciatum. sed bulla eiusdem dominj pape bullatum & plene continens verba inferius annotata. *Se föregående N:o* 591. Jn cujus res testimonium. Nos frater .B. Encensis episcopus. & Nos frater Johannes abbas Clareuallis, superius nominatj, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno dominj. M°.CC°. Nonagesimo. Secundo. Jn die beatorum Martyrum Cosme & Damianj.

Sigillen N:o 1 nästan oskadadt; 2 styckadt.

1082. 1292 d. 9 Oct. Upsala.

Kyrkoherden Henriks i Odensåker qvitto på 100 mark penningar, hvilka han för Caniken Nils uppburit af Dom-Capitlet i Skara.

A. 3. a. 4. 5.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. Henricus Rector Ecclesie Othensaker jn vesgosia salutem jn domino sempiternam. Nouerint vniuersi me Recepisse & habuisse ex parte Domini Nicolai Canonici skarensis procuratorio nomine Centum marchas denariorum bonorum & legalium monete vsualis, a discretis viris Dominis preposito & Capitulo Ecclesie vpsalensis, excepcioni dicte pecunie non habite non solute. Renunciando penitus & expresse. De quibus Centum marchis memoratis, dictos prepositum & Capitulum ex parte supradicti domini nicolai liberos reddo & quitatos. Jn Cuius quitacionis euidenciam pleniorem sigillum meum vna cum sigillis dominorum, kanuti procuratoris fabriee vpsalensis, ac Petri sacriste ibidem presentibus est appensum Datum vpsalie anno dominj Millesimo. CC°. nonagesimo secundo die beati dyonisij sociorumque eius.

Sigillen bortfallne från de ur brefvet klippta remsorna.

1083. 1293.

Benct Petras, sons Testamente och anordning om gårdarne Westerlösa och Stensäter, m. m.

A. 4.

Jn Nomine sancte & indiuidue Trinitatis, Ego Benedictus Petri quondam filius Consideracionis intuitu perpendens, quod omnia que sub celo sunt ex nichilo condita sunt, & ad suam tendunt originem naturaliter vniuersa, & hoc solum de rebus transitoriis post huius vite transitum non transire dinoscitur, quod ad pietatis opera misericorditer erogatur Sciens eciam incertam fore cuilibet mortalium sue vocacionis horam, Jgitur in nomine suprabenedicte trinitatis Sanus & incolumis, De rebus michi ab ea licet indigno largissime concessis testamentum meum condidi in hunc modum, Jn primis Monachis de alvastrum apud quos deliberacione diutina sepulturam eligere decreui cum parentibus meis, Curiam meam Westerløsø integraliter assigno cum omnibus attinenciis suis mobilibus & immobilibus condicione ista interiecta quod omnis prouentus curie premisse fideliter & integraliter collecti annuatim, sequentj die post festum Marci Ewangeliste ad tocius conuentus sollacium & recreacionem in quantum valuerint pro pitancia communiter expendantur, Et ipso die Misse & oraciones pro me & parentibus meis iam ante memoratis deuote celebrentur, Et memoratj Monachi racione dicte Curie pro debitis meis centum Marcas den. soluere teneantur, Quod si nec istarum Marcarum summa persolui poterunt debita mea vniuersa, Exequtores testamentj mei Curiam meam asby obligabunt ad cetera persoluenda. Hec autem donatio mea rata & firma tenebitur monachis supradictis si me absque liberis mori contigerit. Si autem dominus michi de liberis prouiderit. ipsam curiam meis heredibus relinquo, & Centum Marcas pro testamento meo soluentur Claustro supradicto, pro quibus eidem claustro eandem curiam meam obligo, donec hoc meum testamentum totaliter fuerit persolutum. Jtem omnia bona Dilecte vxoris mee Jngiburgis que me racione coniugalis contractus contingunt Si absque liberis dominus me vocauerit, cessante iam omni calumpnia Heredum meorum super talium bonorum participio eidem Jngiburgi libera restituo & assigno, Jtem Ecclesie strengenensi confero Curiam meam Stenseter, cum omnibus suis attinenciis, Colonis, piscariis, prepositure strengenensi perpetuo assignandam, non obstante si dominus michi in liberis prouiderit, s . . . . . ne. vt in mei memoriam. ac venerabilis patris dominj anundi Episcopi pie recordacionis, ac parentum meorum septimanis singulis vna missa ibidem pro animarum salute dicatur. Super facto huiusmodi volo vt michi detur patens littera cum sigillo eiusdem Ecclesie & Capituli, quod ipsius capituli beneplacitum in hoc contineat & assensum. Si autem hanc ordinacionem iam dictum Capitulum non decre-

uerit admittendam, ipsam Curiam quam predicte Ecclesie assignauj per sororios meos petrum & byrgerum precipio distrahendam pro precio competentj & de eodem precio soluere in testamento meo XLVIII. marcas Ecclesie iam sepius memorate, De reliquo vero debita mea si qua fuerint inuenta plenius persoluantur. vel certe in vsus pauperum si omnia debita persoluta fuerint fideliter expendantur, Jtem in remissionem peccaminum meorum & aliorum pro quibus uexillum sancte crucis assumpsi redimendum, confero omnia bona mea que in hesleby & roslosø, & wismarch possideo ad subsidium terre sancte modo quo videro melius expedire. Jtem Monialibus De askaby confero duas Marcas argentj, Jtem fratribus skeningie .II. Marcas argenti, Jtem aliis Claustris vbicunque in regno Svecie constitutis, confero .II. Marcas den., Et vnicujque hospitali .I. Marcam den., Jtem vnicuique Ecclesie in cuius parrochia mea bona sunt constituta confero .I. Marcam den., & sacerdotj .I. vaccam siue bouem. Siquis vero temeritatis siue malicie pretextu hoc meum infirmare presumpserit, excommunicacione dei patris omnipotentis & sanctorum omnium feriatur. Et cum impiis in die iudicij percipiat porcionem. Exequtores huius testamenti mei constituo Dominum Episcopum lincopensem, Dominum th. Marscalcum dominj regis, Dominum Jo. prepositum strengenensem, Et Dominum Nicolaum legiferum verendie. vt igitur omnis ambiguitas super premissis valeat remoueri, & excludatur occasio quelibet volentibus malignarj. Sigillum Dominj B. illustris regis Swecie, & venerabilis patris L. Episcopi lincopensis, & Dominj, M, Legiferi osgothorum & Dominj th. Marskalcj, & Domini, Dax, Jahansvn, & Dominj Johannis prepositj Strengenensis, & sigillum Dominj karoli de Norre, vna cum sigillo meo duxi presentibus apponenda, Datum anno dominj. M°,C°C°,XC°III°.

Af de uppräknade sigillen hafva aldrig mer än ett eller 2:ne på trådar, som nu äro borta, och det sistnämda, efter hvilket pergamentsrimsan finnes qvar, blifvit satte under brefvet.

1084. 1293.

Dags på en resa gjorda Testamente och anordning om qvarlåtne lösören och penningar.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Ego Dagher, si in hac via me mori contigerit, meum in hunc modum condo & ordino testamentum. Jn primis lego fratribus predicatoribus Siktunie, vnum equm nigrum, quinque annorum. fratribus autem minoribus stokholm, vnam mar-

cam denar. & sororibus sancte Clare ibidem vnam marcam den. Jtem fratribus minoribus in vpsalia. vnam marcam den. Jtem fratribus predicatoribus skeningie vnam marcam den. Jtem fratribus minoribus sudercopie, vnam marcam den. Jtem fratribus predicatoribus kalmarnie vnam marcam den. Jtem do fratri meo karolo vnum Equm hæruttan. Volo autem ut pro solucione sex marcarum supra legatarum, ambulator meus vendatur. Ceterum, quia Gelbrict mercatori in arbugha teneor tres marcas, volo ut illi satisfaciat dominus benedictus magnusa son gren, qui mihi tenetur tantumdem. Jtem teneor hermanno dicto houud in stokholm duas marcas den. quas predictus frater meus karolus soluat. Jtem domino Gisiku sudercopie teneor vnam marcam den. quam soluat Jngiuaster famulus domini mei, & pro hoc do sibi fibulam meam argenteam. Testes huius mee ordinacionis presentes fuerunt, frater israel, dominus meus jngo, dominus birgerus petri dominus benedictus boson. Exequtores testamenti mei constituo fratrem jsraelem & dominum meum J. supradictos. Jn premissorum igitur euidenciam, siggilla prefatorum, fratris jsraelis, et domini benedicti boson presentibus sunt appensa. actum anno dominj .M°.CC°.XC.III°.

Sigillet fallet från linnetrådarne.

1085. 1293 d. 6 Jan. Frödawi.

Magnus Johans sons gåfvobref på Lindasunds gård till Sko kloster i testamente efter Brigitta Larsdotter.

A. 3. h. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Magnus Joansson. Salutem in domino sempiternam, Notum facimus tenore presentium vniuersis, quod nos curiam lindasund cum omnibus ad eam pertinentibus, que ad nos deuenit per mortem birgitte filie laurencij legiferi monasterio sko, vbi dicta birgitta sepulta est, pro anima birgitte sepedicte & nostra & nostrorum conferimus, Post mortem nostram testamenti titulo cum aliis que dicto manasterio testamentarie legauimus iure plenario possidendam, abbatisse quoque & conuentuj dicti Monasterij donamus & committi volumus post mortem nostram vnum annulum aureum continentem lapidem de saphiro, & vnum vas argenteum, que nobis presentauit domina Radburgis abbatissa monasterij supradicti, Jn cuius rei testimonium vna cum sigillo nostro sigillum fratris Jsraelis ordinis predicatorum lectoris sictoniensis presentibus est appensum, Datum frødhawi & actum presentibus testibus, Dilecta vxore mea Jngiburghi, & fratre, israele predicto, & fratre brodhero ordinis minorum. Anno dominj. M°.CC°. Nonagesimo. III. in epiphania dominj.

Sigillen N:o 1, 3 skadade, N:o 2, 4 bortfallne.

1086. 1293 d. 22 Febr. Liuthguthuwi.

Biskopen Ysars i Strengnäs, såsom Executor af Biskopens, Hertig Bengts testamente, gifna dom att Lena gård i Westergöthland tillkommer Linköpings Domkyrka.

A. 3. o. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Ysarus dei gracia Episcopus strengnensis salutem in domino. Constare volumus quod nos constituti exequtores testamenti domini benedicti felicis memorie Episcopi lincopensis & ducis. auctoritate que nobis in hac parte competit curiam dictam Lenæ in dyocesi skarensi quam idem venerabilis pater in eodem testamento contulit ecclesie lincopensi cum omnibus suis attinenciis ipsj lincopensi ecclesie per difinitiuam adiudicauimus sentenciam, Tenore presencium ponentes eam in corporali possessione predicte curie & omnium sibi attinencium & parati prout opus fuerit defendere taliter introductam. Jn cuius Rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Liuthguthuwi anno domini M°.CC°. nonagesimo Tercio Jn Cathedra sancti petri.

Sigillet andeligt.

1087. 1293 d. 23 Febr.

Bengt Elofs sons betyg att åtskilliga uppräknade gårdar och lägenheter tillfallit hans svägerskor, fröknarne Ingeborg och Margareta i arf efter deras fader.

A. 6. 1. 10.

Omnibus christi fidelibus presentes inspecturis, Benedictus eleph son salutem in domino sempiternam Propter hominum labilem memoriam. viteque fragilis breuitatem pleraque que aguntur raro peruenium ad puram noticiam posterorum nisi per scripture superstitis viuax testimonium elucescant Harum igitur serie litterarum prouidi tam posteris quam presentibus elucendum, curiam in . . . shøgh cum colonis ibidem, & curiam in alcauid, & coloniam in tubbæthorpe & dimidiam piscaturam dictam laxæphischi penes thrasnes duas siluas dictas tansersscogh & alxersscogh & molendinum in heriælungum, domicellis, ingiburgi & margarete iure hereditario post patrem suum socerum meum felicis memorie consensu uxoris mee katerine & sororis sue byrghitte adhibito cessisse per legalem por*cionem*, presentibus testibus ydoneis & discretis dominis, Laurencio bobergh Rorico byrgir son, algotho jon son Ad cuius facti memoriam & euidenciam pleniorem sigillum meum cum sigillis predictorum presentibus est appensum, Datum anno domini M°CC°XC°III°, in vigilia beati mathie apostoli,

Sigillen 1—4 äro skadade.

1088.

1088. 1293. d. 28 Febr. Ofvansjö.

Caniken i Upsala Bennos förteckning på Ofvansjö prestgårds ägor med uppgifne råmärken.
Copia förvarad i kyrkan dersammastädes *).

Anno domini 1293 Sabbatho proximo post festum Beati Matthiæ Apostoli Dominus Benno Canonicus Ubsaliensis scribi fecit infra scripta in ofvansiö Primo predium Ecclesie in Grimastadom 20 oræ et duo solidæ Jtem duo Wretæ et unum hästhaga item tria prata in Genburom, item unum pratum wmlenäs, Jtem in Stamnäsom duo prata, Jtem in yter Jernaby unum pratum, item in Näsängiom unum pratum, Jn räfgraf 4 tegar, item unus calix unus pixis argenteus, 3 Casulæ et duo periclamidum et 28 suppellicia et 5 camisiæ, unus ornatus altaris et 1 Chyropendium Jtem in Machaforsi possidet Ecclesia unum Setting in uno molendino, Jtem 20 marcas in cista Ecclesiæ, et 15 marcas denariorum in unum cappi Jern 26 Tynnones hordei unum dimidium talentum ceræ et duas marcas thuris.

Istæ sunt metæ super fundum Grimstadi. Ex parte occidentali prima meta est in ponte iuxta sepes: Secunda in Gatu: Tertia in orheden: Quarta in sälia bronom, Quinta est in via quæ ducit ad oppidum Sällia Gatu: Sexta in almenningeledh via prædicta ad dictam Jedro: Septima in uno paruo stagno. ultra amnem ex parte orientali prima meta est iuxta sepes, ubi conveniunt sepes de Vibol et Hillingstad: Secunda in Rasmuren: Tertia in Öghestigen: Quarta in Swidmunsåsi: Quinta in stagno superdicto.

---

*) Copia af ett bref som funnit är uthi Ofwansiö kyrkia.
Anno 1603 d. 4 Aug. När jag Olavus Martini Archiepiscopus Ubs., sampt præpositus Cathedralis M. Jacobus Erici Stockh. och Pœnitentiarius Publ. M. Laurent. Paulinus Gothus höllom visitation uti Ofwansjö kyrkia och Prestegård. Ibland annat som thå förhandladt, blef oss en gammal skrift antvardat som innehölt om förbemälte kyrkias och prestegårds ägor Rämärkien och annor tilbehör och begärat at vi vårt sanfärdige vitnesbörd och vidimus them, härom villia meddela, hvilket vij för Rättvijsones skull icke villie eller kunne förvägra, hälst emedan förbemälte skrift var af maal och ålderdoom så förderfvat att man henne medh stor möda och mycket betänkiande niuggast läsa kunna och lyder ord från ord som efterföljer: Anno &c.
Efter brefvet följande underskrift: Datum et confirmatum subscriptionibus et sigillo Capituli in Öglebo, die quinta Augusti. Anno ut supra.

Olavus Martini. A. Ubs. — Jacobus Erici Stockh. Præp. Ubs. — Laurentius Paulinus Gothus. Poenit Publ.

Afskriften är meddelad af S. M. Adj. N. J. Ekdahl.

1089. 1293 d. 2 Mars.

Biskopen Lars i Linköping bref rörande tillstånd för att bygga intill gamla muren på St. Nicolai kyrkogård, samt om deraf uppkommande afkastningens fördelning.

B. 3. 44. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Laurencius dei gracia episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter quod nos cum discretis viris ciuibus calmarnie conuenimus & ordinauimus quod ipsi liberam habeant potestatem murum de nouo supra cymiterium beati nicolai ibidem construendi. contiguum muro antiquo. & domos in loco antiqui muri prefati auctoritate nostra edificandi ad vsus & vtilitatem ipsius ecclesie & communitatis eorundem jta tamen quod medietatem prouentuum dicta ecclesia inde percipiat. Medietas vero communitati supradicte deputetur. Ne igitur aliqua dubitacio de premissis in posterum valeant suboriri sigillum nostrum vna cum sigillo communitatis prenotate presentibusduximus apponendum Datum & actum anno dominj MCCXC tercio. VI:o nonas marcij.

1090. 1293. d. 16 Mars. Nyborg.

Konung Erics i Danmark öppna bref för Löderups kyrka på frihet från alla Kongl. utlagor af allt det gods, som Riddaren Jens Kanne i själagåfva lemnat till nämnde församlings Prestbord.

Copia *)

Vij Erich med Gudz Nådhe Danmarches Konning etc. Helser Eder alle som See eller Höre thetta Vortt obne breff, at Wij udaff Wor synderlig Gunst och Nådhe haffuer Vndt och förleendt alt thet gotz med all sijn Rete tilliggelse vdj Jngelsted herritt i Löderup Sogn, som Erlig Welbiurdig Mand och Strenge Ridder Hr Jens Kanne, nu Salig, med Gudh, haffuer giffuet och skött for en Siellegaffue till Prestens bord i Samme Lö-

*) I vidimation af K. Christian III. Dat. Hafniæ sabbato Jubilate Anno D:ni MDXLI så lydande: Wij Christian medh Gudz Nådhe, Danmarkes Norges, Wendes och Gotthes Konningh hertug udj Sledtzwigh Holsten och Storrmaren och Ditmarschen, Greffue udj Oldenburg och Delmenhorst, Giör alle Witterligt at för oss war skickett Hr Thruls Matzen Sogneprest udj Löderup med Thuende obne Welbeseiglede Pergamentz breffue Wskrabede och Vstungne och Vmaculerede thet förste lydendhe:

Det andra är af K. Christopher Dat. Brunsbötte, 1320 sabbatho post Dom. Trinit.

Efter en afskrift på Greſl. von Engeströmska Bibliotheket i Stockholm.

derup, att werre aldeeles qvitt och frij aff Jnne stött, Letting, och aff all Kongeligh tynge till Euig tidh, Saa at de Tjennere Som boendes Warder aar effter aar, Paa samme gordh, skulle her effter ingen anden Suare udj Kongelige Sager Tynge eller affgifft, udhen allenjst Presten, Thy wille wj strengeligen haffue för bydit alle Wore Fougder, Embetsmend och alle andre Woldzmend, under Gudtz höyeste Heffn, och Wor Straff och Wrede, her udj modt thette Wortt obne breff modt at Sige, giöre, eller thet at rygge udj nogen maade. Datum Nyborgh Anno Dominj MCCXC tertio secunda feria proxima post Dominicam passionis dominicæ.

1091. 1293 d. 1 Maj. Skedwi.

Carl Elefs sons gåfvobref på Mora till Strengnäs Domkyrka, med vilkor att få njuta afkastningen deraf i sin lifstid och få dess skuld af 30 mark afskrifven.

A. 6. g. 3. 3.

Vniuersis presentes litteras visuris vel eciam audituris, Karulus Elefs son. salutem in domino sempiternam. Notum vobis facio per presentes me curiam meam Morær cum omnibus suis attinenciis mobilibus & immobilibus ecclesie strengnensi in perpetuum contulisse, retento michi quoad uixerim dicte curie vsu fructu, & hac adiecta condicione quod sim de debito triginta marcarum in quo sum obligatus ecclesie memorate, totaliter absolutus. Testes vero huius donacionis hii fuerunt dominus Jngimundus prepositus Nychopensis & Holmgerus Byrgisson. firmatores autem wlgariter Garthfastæ fuerunt, dominus Bondo plebanus de Rypsum. Konradus Ysars son. Syggo østens son. Karolus Syggæ son. Ormerus Karls son. Jngimarus de Rypsum. Jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum skiætwi anno domini M°.CC°. nonagesimo tercio. kal. Maij.

Sigillet tillika med den ur brefvet klippta remsan bortfallet.

1092. 1293 d. 2 Maj. Söderköping.

Borgmästare och Borgarenas i Söderköping fastebref på det mellan Biskopen Lars i Linköping och Könichin Bage slutade köp om några gårdar i nämnde stad.

A. 3. o. 1. 16.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Consules & ciues Suthercopenses, salutem in uero salutari, Notum facimus quod in nostra presencia constitutus kønichinus dictus bage ciuis ibidem recognouit se coram nobis

vendidisse ac in perpetuum quitauisse reuerendo patri domino. L. dei gracia episcopo lincopensi quandam domum lapideam quam habebat ex vtraque parte amnis sitam, & aliam domum laterum extra uillam in pratis pro mille, quingentis, marcis denariorum vsualis monete iam solutis, exceptis centum marcis den. quas eidem promisit infra festum beati Johannis baptiste, prout ipse venditor confessus fuit coram nobis, renuncians excepcioni & omni iuri, pro precio cuius domus dictus dominus lincopensis eidem domino kønichino quandam curiam quam emit de hænichino ryzikæsun cum agris & alijs suis pertinencijs & quodam agro ecclesie lincopensi dimisit & quitauit pleno iure perpetuo possidendam, tali condicione adiecta quod si idem dominus kønichinus & heredes ipsius in posterum dicta bona deberent uendere uel aliquo modo alienare prefata ecclesia lincopensis plenariam potestatem extunc habere teneatur illa bona emendi & infra unum annum iusto precio redimendi, hiis igitur omnibus interfuerunt discreti uiri Gardianus ibidem & Frater stigotus, Gyrdo aduocatus, Gummo, Dominus Nicholaus, dominus Gericæ plump, Gerwinus, & frater suus Gøblæ, Wolterus, Wernichæ, Røthingar, hænichinus rycikæsun, Johannes Jngifridis, suno munk, Dominus bero canonicus lincopensis, Dominus vluidus de skinberghum, ad horum igitur euidenciam pleniorem sigillum nostrum cum sigillis, domus fratrum minorum ibidem & wolteri generi domini kønichini supradicti presentibus est appensum, Datum & actum Suthercopie anno domini, M°.CC°.XC°III°. .VI. nonas Maij.

Små stycken äro qvar efter 3 sigill.

1093. 1293 d. 24 Maj. Stockholm.

Magnus Carlssons bref hvarigenom Ethlasunds gård, lemnas Strengnäs Domkyrka i pant för 60 mark penningar, hvilka inom Pingst skola återbetalas eller ock erhålles ytterligare hvad gårdens värde denna summa öfverstiger.

A. 3. g. 3. 2.

Uniuersis litteras presentes inspecturis vel Audituris Magnus Karls son salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare cupio omnibus euidenter Quod curiam meam ethlasundh ecclesie strengenensi pro sexaginta marcis denariorum inpignoraui Tali condicione vt si dicta pecunia in festo pentecostes soluta non fuerit nominata ecclesia curiam possidebit pretaxatam. & mihi quantum excrescit precium curie super concessa pecunia. sepedicta ecclesia assignabit. Domino marskalco Th. & domino magno marin

son super hoc iudicium prestantibus oportune. Date stucholmis. Anno domini M°CC° Nonagesimo III dominica sancte trinitatis. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet, i grönt vax på utklippt remsa, skadadt.

1094. 1293 d. 31 Maj. Skällwik.

Kyrkoherden i Hwetlanda Elofs gåfvobref på alla de gårdar han i Hvetlanda köpt, hälften till Biskopsbordet och hälften till Domkyrkan.

B 3. 6a.

Omnibus presentes litteras inspecturis Elauus Rector ecclesie hweteland salutem jn domino sempiternam. Pateat vniuersis quod ego sanus et incolumis mentisque mee compos omnia predia mea titulo empcionis acquisita que in hwetelandom possideo cum omnibus suis attinenciis pro anima mea ecclesie confero lincopensi jta quod exnunc medietas ad mensam cedat episcopi. Et medietas eorum ad vsus pertineat ecclesie memorate Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo reuerendi patris. dominj L. episcopi lincopensis presentibus est appensum Datum & actum jn skieldowiik anno domini Millesimo .CC.XC tercio. secundo kal. Junij.

1095. 1293 d. 6 Juli.

Fru Christina, Johan Elefsons dotter, Lagmannen Birger Persons Frus, testamente, hvari kyrkor, alla kloster och hospitaler inom riket, henne man, öfriga arfvingar och tjenarinnor ihogkommas med gåfvor af gods, penningar, kläder och smycken äfvensom trälar och trälinnor förunnas frihet.

A. 4.

Jn nomine Patris & filii & spiritus sancti amen. Cum mortis terminus cunctis mortalibus sit incertus, idcirco ego Cristina filia johannis Elefson, vxor birgeri peterson, graui corporis infirmitate laborans, meum in hunc modum condo & ordino testamentum. Vpsalensi Ecclesie lego decem marcas den. & pro fabrica ipsius ecclesie specialiter quinque marcas den. Jtem fratribus predicatoribus siktunie vbi corporis mei eligo sepulturam, sexaginta marcas den. Jtem eisdem do ad ornatum paramentorum ecclesiasticorum paraturas meas de argento dictas kapubonadh & skinnabonadh. Monialibus in sco decem marcas den. Fratribus predicatoribus skeningie quinque marcas den. Jtem sororibus apud sanctum martinum ibidem quinque marcas den.

Jtem fratribus Minoribus in stokholm quinque marcas den. Jtem sororibus ad sanctam claram ibidem quinque marcas den. Ceteris claustris in Regno suecie constitutis. cuilibet tres marcas den. Jtem cuilibet hospitali duas marcas den. Jtem ecclesie Tæbÿ tres marcas den. & domino botulpho sacerdoti ibidem tres marcas den. Ceteris ecclesiis in quarum parochiis aliquam curiam habeo cuilibet ecclesie vnam marcam den. & sacerdoti vnam marcam den. Jtem Curiam meam berghar in Ostgocia, quam predictus dilectus dominus meus maritus in nostrarum mihi contulit crastino nupciarum, confero & reddo eidem marito meo cum omnibus mobilibus & immobilibus bonis ibidem pro parte bonorum mobilium, quam ipse de curiis meis secundum patrie leges hereditare deberet. & in huiusmodi commutacione reddo eum quittum & liberum ab illis que ego percipere deberem in bonis suis vel heredes mei, ne occasione cuiuslibet diuisionis inter dominum Maritum meum & heredes meos possit in posterum aliqua displicencia suboriri. Jtem committo Dilecto patri meo & predicto domino meo karissimo, vt precium quod ipse maritus meus recepit pro curia mea Othamabÿ in ølandia quam uendedit, distribuant & dispensent prout saluti anime mee nouerint expedire. Jtem amantissimo Patri meo sepe nominato fratri Johanni de ordine Militum christi, confero & lego ei & eius Religioni curiam meam Sørbÿ in asscahered in ostgocia & dimidium attungum terre in huarf ibidem & centum marcas den. Jtem famulis qui mihi fideliter seruierant lego viginti marcas den. distribuendas eis & diuidendas & dandas prout sepememoratis, Patri & Marito meo placuerit. Jtem fideli famule mee Margarete que mihi diu laudabiliter & utiliter fuerat obsequta, assigno in fanø quatuordecim solidos terre, videlicet octo solidos terre in bethernum & duas oras terre in vretum pro qua terra fateor me recepisse de illa plenum & ab eadem mihi plenarie satisfactum. Jtem dicte Margarete do brunetum mantellum meum foratum. Jtem uestem meam aliam dictam mantulkapu similiter foratam. Jtem vnam fibulam .I. braz de argento. Jtem tunicam & sorcocium de bruneto. Jtem duas culcedras recipiendas de curia mea ekihamar. Jtem sellam & frenum meum. Jtem Gudhløghi vnum mantellum de scarleto. Jtem Jngiburgi vnum mantellum blauium. Jtem katerine vnam tunicam de blauio. Jtem Dilecte consobrine mee domine jngigerdi filie domini Philippi de Runbÿ, confero brunetum mantellum meum foratum cum pellibus hermelinis .I. lecattaskin. & vnam stolpabraz de auro secundum beneplacitum Patris & mariti mei. Reliquum aurum meum confero prememorato marito meo dilectissimo. Jtem curiam meam etdh cum molendino & pratis in hamu & curiam meam in vnø deputo pro soluendis supradictis legatis, ita quod maritus meus eas sibi pro ducentis marcis den. infra biennium, si ei placet, redimat. quod si ei non placuerit, pater meus predicto modo eas redimendi habeat facultatem. volo eciam quod omnia bona mea indiuisa sub

custodia & ordinacione exequtorum maneant, & de illis soluantur eciam supra legata & cum ducentis marcis den. predictis. nec heredes mei hereditatem adire ualeant antequam supralegata omnia fuerint plenarie persoluta. Omnes seruos & ancillas meas confero libertati. Huius testamenti mei, partim per me dilectum patrem meum de mea speciali commissione & expressa voluntate & per maritum meum, ordinati, testes secundum vices ordinacionis & partes ordinatorum, fuerunt, nobilis vir, dominus Philippus de Runby, Religiosus vir, frater jsrael ordinis predicatorum, dominus botulphus de tæby sacerdos, Johannes gasabogh. Domicella jngegerdis. Margareta famula mea, & plures alie persone de familia nostra sexus vtriusque. Exequtores autem huius testamenti mei constituo & facio, venerabilem virum Magistrum Andream Prepositum vpsalensem, predilectos, patrem & Maritum meum sepememoratos, & supradictum, fratrem jsraelem lectorem siktuniensem. Jn quorum omnium robur & euidenciam pleniorem, vna cum signo paruo quo vsa sum, & sigillis exequtorum meorum prenominatorum, sigillum Domini Regis, & domini. Th. Marscalci, domini Philippi de Runby, domini botulphi de tæby, humiliter & instanter peto presentibus apponi. Actum Anno Domini. Millesimo, Ducentesimo Nonagesimo Tercio, circa Octauas apostolorum Petri & Pauli

Sigillen: 1, 2, 5 bortfallna; 3, 4, 7 andeliga, 6, 8 obetydligt skadade.

1096. 1293 d. 11 Juli. Broby.

Johan Elefs sons stadfästelse på föregående, dess dotters gjorda Testamente.

A. 6. a. 2. 11.

Jn nomine domini amen. Ego frater Johannes Elefson de ordine militum christi, pater christine felicis memorie vxoris domini Birgeri peterson legiferi, licet secundum priuilegium ordini meo ab apostolica sede indultum, hereditarie possim succedere pro me & ordine meo in bonis karissime filie mee predicte Cristine defuncte sicut facerem in statu seculari existens, tamen saluti anime ipsius defuncte volens paterne prouiderę & vtilitati ac consolacioni eorum qui post me eius legittimi sunt heredes, intendens, retenta mihi vna curia Sørby & dimidio attungo in huarf & Centum marcis denariorum percipiendis de bonis defuncte prout in eius testamento continetur expresse, testamentum eiusdem predicte filii mee ratifico, & omni quo possum iure confirmo, & defuncte heredibus post me legittimis, quos karissimos mihi & plurimum propinquos totis visceribus diligo, hereditatem ipsius

defuncte cupio, sub forma & condicione, que continetur in eius, per eam & per me de expressa voluntate sua condito testamento. volo eciam, quando testamentum solutum fuerit & execucio completa, heredibus prememoratis tradere & committere, singulas partes, prout eis secundum leges patrie & consuetudines debebuntur ad eorum pacem & concordiam conseruandum Jn cuius rei testimonium, sigillum quo vtor presenti littere apposui, & sigilla, venerabilis viri Magistri Andree Prepositi vpsalensis, & Domini, Philippi de Runby, necnon fratris Jsraelis lectoris siktuniensis, peto presentibus appendi in rei geste euidenciam pleniorem. Datum broby, Anno domini. Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio, Sabbato proximo post octauas apostolorum Petri et Pauli.

Sigillen: 1, 2, 4 andeliga, skadade; 5 finnes.

1097. 1293. d. 28 Aug. Bro.

Biskopen Lars i Linköping beskärmelsebref för Wreta kloster.

A. 3. t. 1.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis LAURENCIUS Dei gracia Episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam tenore presencium constare volumus euidenter, quod nos dilectas filias Dominam abbatissam de wretum & conuentum ibidem cum omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus villicis & colonis, familiis & personis in eisdem bonis commorantibus sub nostram & ecclesie nostre protectionem recipimus & tutele graciam specialem, Concedentes predicta bona cum personis ut prediximus ab omni iure nostro Episcopali libera penitus & exempta, Exceptis decimis episcopalibus de colonis earumdem prouenientibus similiter & decimis nostris de mansionibus ipsarum in parochiis existentibus que canoniis sunt annexe Jnsuper nostra Ensac & casibus in quibus delinquens sentenciam excommunicacionis incurrit ipso facto, Prohibemus igitur districte ne quis ipsas super premissis presumat aliquatenus molestare Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum anno domini in Bro. M°.CC° Nonagesimo III°. in die beati augustini.

Sigillet, andeligt.

1098.

1098. 1293 d. 9 Sept. Bro.

Prosten Eskils i Sunnerbo gåfvobref på Berghem och Bolmsö till Linköpings Domkyrka.

A. 3. o. 1. 18.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Eskillus prepositus de sunderbo &c. *lika med följande N:o* 1099 *till* domini beronis eiusdem ecclesie canonici, & fratris Nicholai de ordine predicatorum, qui predicte donacioni rogati interfuerunt, presentibus sunt appensa, Datum bro anno domini M°,CC°,XC°, tercio, Jn crastino natiuitatis beate virginis,

Sigillen N:o 1 bortfallet, 2, 3, 4 andeliga, något skadade.

1099. 1293 d. 9 Sept. Bro.

Prosten Eskils i Sunnerbo gåfvobref på sin gård i Berghem och Bolmsö till Linköpings Domkyrka.

A. 3. o. 1. 17.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Eskillus prepositus de sunderbo salutem in domino sempiternam, Constare volo omnibus euidenter, me Curiam meam in biargheme cum omnibus suis attinenciis, & omnia predia mea in bolmsø in remissionem meorum peccaminum ecclesie lincopensi ad ordinacionem domini Episcopi legaliter assignasse jure perpetuo possidenda, Jn cuius rei testimonium sigillum meum, & sigilla, domini mei .L. Episcopi lincopensis, dominorum beronis & haraldi eiusdem ecclesie canonicorum, fratris Nicholai de ordine predicatorum, & dominorum Johannis dicti fors, & Olaui dicti sarps militum, qui huic donacioni mee rogati interfuerunt presentibus sunt appensa, Datum bro anno domini M°,CC°,XC°, tercio, Jn crastino natiuitatis beate virginis.

Sigillen N:o 1, 5 mest bortfallne N:o 2, 3, 4, 6, 7, bortfallne, remsorne qvar.

1100. 1293 d. 13 Nov. Sparlösa.

Biskopen Bartolfs i Skara förordnande för Hr Thorer att i Ullerfva vara beständig vicarius, och med Kyrkoherdens derstädes gifna samtycke gjorda anordning att nämnde Thorer mot en viss årlig afgift till Kyrkoherden får der upphöra Biskopens inkomster.

B. 7. 13.

Omnibus presens scriptum cernentibus B diuina miseracione scarensis episcopus salutem in domino sempiternam Tenore presentis constare volu-

mus tam posteris quam presentibus vniuersis. Quod nos dilectum in christo filium dominum thorirum presentis exhibitorem in ecclesiam in vlærwi ex consensu & beneuolencia rectoris eiusdem ecclesie ac parrochianorum ibidem pro perpetuo vicario instituimus protestantes quod in presencia nostra ac multorum discretorum infrascriptorum inter rectorem memorate ecclesie & ipsum dominum thorirum tale pactum intercessit videlicet quod rectori sepefato Sedecim marchas denariorum Racione pensionis & trium noccium procuracionem in hyeme & totidem in estate predictus dominus thorirus in anno quolibet soluere teneatur Procuracionibus eciam episcopi ac alijs oneribus expensis eidem domino thoriro reseruatis Jn cuius testimonium presentes litteras fecimus fieri & sigillo nostro roborari Testes autem qui huic ordinacioni interfuerunt sunt hij videlicet dominus thorgillus de ludosia dominus gummundus de torsøø jngemarus & azcerus de eklundum cum alijs quam plurimis fidedignis Datum sparløso anno domini M°CCXCIII Jn die beati briccij episcopi.

1101. 1293 d. 14 Dec. Arem.

Biskopen Ysaas i Strengnäs skyddsbref för Wårfruberga kloster och befrielse från alla Biskops utlagor, utom Biskops Ensak.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Ysarus dei gracia Episcopus strengnensis. salutem in domino sempiternam. Notum vobis facimus per presentes quod nos dilectas in christo filias dominam abbatissam & conuentum de monte sancte marie recipimus sub nostram & ecclesie nostre protectionem ac tutele graciam specialem. dantes bona earundem cum villicis familijs & colonis qui terram earum solummodo excolunt a causis nostris Episcopalibus illis dumtaxat exceptis que dicuntur Ensac libera penitus & exempta. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum arem anno domini. M°.CC°. nonagesimo tercio. XIX kalendas Januarij.

Ett stycke af sigillet qvar på den ur brefvet klippta remsan.

1102. 1294 d. 20 Jan. Jassungi.

Biskopen Brynolfs i Skara, såsom Exécutor af Caniken Nils Oddolfs sons testamente, gifna qvittö å 300 mark uppburna af Upsala Dom-Capitel.

A. 3. a. 4. 11.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Bryniulfus dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam, Tenore presencium vestre notum

facimus vniuersitati, Quod recognoscimus & confitemur nos habuisse et recepisse, ac nobis jntegre datas, solutas, ac numeratas fuisse, nomine Magistri Nicholai oddulphi, quondam Canonici scarensis, Cuius testamenti exequtores sumus, prout ex tenore ipsius testamenti apparet, ex parte capituli & Ecclesie wpsalensis, trescentas marchas denariorum vsualis monete nostre, Quas quidem .CCC. marchas, Dictum Capitulum wpsalense dare seu soluere tenebatur, predicto magistro .N. oddulphi, Racione cuiusdam transactionis, sev amicabilis composicionis, facte sev jnite, jnter dictum Capitulum wpsalense, ex vna parte, & prefatum magistrum .N. oddulphi ex altera occasione quorundam, bonorum, que jdem magister .N. oddulphi, ad se spectare dicebat, iure hereditario per mortem fratris sui Domini Johannis olim archydyaconi wpsalensis, Licet eadem bona Ecclesie wpsalensi contulisse dicebatur, jn sua vltima voluntate, facientes propterea Dicto Capitulo wpsalensi exequtorio nomine, & nostro, ac successorum nostrorum, de consensu tocius capituli nostri, & Ecclesie nostre, necnon & nomine heredum predicti magistri .N. ac omnium & singulorum, quorum jnterest, vel jnteresse poterit, prelibate pecunie quantitatem petere vel exigere, a capitulo memorato, finem, refutacionem & pactum ac quitacionem specialem de vlterius non petendo, & absoluentes, dictum Capitulum, & Ecclesiam wpsalensem, specialiter de debito sev obligacione predictarum .CCC. Marcharum, quas jdem capitulum dicto magistro .N. racione premissa soluere tenebatur, & de omni jure & actione, ac de omnibus ac singulis, ad que dictum Capitulum wpsalense, sepedicto magistro .N. oddulphi, aut heredibus suis, sev nobis aut ecclesie nostre hactenus tenebatur seu teneri poterat nomine & occasione quantitatis pecunie, vel transactionis, aut promissionis, sev obligacionis antedicte, & Recipientes jnsuper jn nos, successores nostros, & Ecclesiam nostram scarensem, omnes expensas, dampna, & jnteresse, que vel quas, dictum capitulum, per nos aut ecclesiam nostram, jncurrerit vel jncurrere poterit, racione dicte transactionis non seruate, sev occasione quantitatis pecunie memorate nobis, nomine dicti Magistri .N. jntegraliter jam solute, & Renunciantes jn hoc pupplice & expresse, nostro, successorum nostrorum, & Ecclesie nostre nomine, omni auxilio iuris Canonici & ciuilis priuilegio fori beneficio restitucionis jnjntegrum, condicione doli jndebiti, & sine causa, appellacionis remedio litteris apostolicis jnpetratis, seu jnpetrandis, legi dicenti generalem renunciacionem non valere, excepcioni non date, non recepte, non numerate pecunie, & excepcioni, quod dicte pecunie quantitas, non fuerit nobis jntegraliter persoluta, & omnibus alijs quibuscumque excepcionibus per quas nos successores nostros, & Ecclesiam nostram skarensem possemus jnposterum contra predictum Capitulum, racione dictarum, CCC, Marcharum, solucionis, conuencionis, trans-

actionis, sev composicionis amicabilis, nos tueri, Promittentes eciam nostro, successorum nostrorum & Ecclesie nostre nomine, nec & nomine heredum sepedicti magistri .N. oddulphi, stipulacione sollempni, Reuerendo viro magistro andree preposito wpsalensi procuratorj capituli & Ecclesie wpsalensis, transactionem, solucionem, & quitacionem, predictas, & omnia ac singula suprascripta, rata & firma, jnuiolabiliter habere & tenere, & non contra *facere* vel venire, aliqua racione vel causa, de jure vel de facto, Jn cuius rei testimonium, de nostra certa sciencia, & mandato speciali, sigillum nostrum, presentibus est appensum. Eciam nos capitulum eiusdem ecclesie skarensis, transactionem, composicionem & solucionem predictas ratas habemus & ex certa sciencia, jn signum approbacionis, presens scriptum, sigillo nostro, vna cum sigillo Domini Episcopi munimus. Datum Jassungi, Anno Domini M°,CC°,XC quarto, Jn die beatorum martirum, fabiani & sebastiani.

Sigillen: N:o 1 bortfa'let, 2 andeligt.

1103. 1294 d. 10 April. Frödawi.

Jacob, Bengt Bossons småsvens testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap.

A. 4.

Jn nomine patris & filij et spiritus sancti, amen, Ego, Jacobus, puer domini Benedicti, boson, ad vniuersorum deduco noticiam per jnspeccionem presencium, quod meum Jn hunc modum facio & ordino testamentum Primo, confero fratribus predicatoribus sictonie apud quos eligo sepulturam, si voluerint corpus meum deferre, & apud se sepelire, equm meum brunan, qui stat kraxta jn curia domini, b, boson & quinque marchas den., pro quorum solucione deputo partem anone mee que est in løstum, videlicet duo talenta cum dimidio, Jtem fratribus minoribus vpsalie vnam Marcham den., Jtem ad edificium ecclesie vpsalensis vnam marcham, hospitali Enicopie vnam Marcham, pro solucione istarum trium Marcharum deputo partem anone mee que reposita est jn løstum, videlicet vnum talentum cum dimidio, Jtem domino styrgero, sacerdoti de funboa herethj, vnam Marcham den., ad huius solucionem deputo precium vnius Mantelli quod mihi fuerat inpignoratum pro decem orarum, den., & habet illud hølma que manet juxta curiam godhicu scalla sictonie, quod autem ei commiserim predictum pallium testis est johannes dictus girs, due vero ore de predicto precio dentur pauperibus, jtem lego ecclesie beati olauj sictonie vnam Marcham den., vt ibidem fiat aliquid ad honorem sancti olauj & ad soluendum predictam Marcham, assigno fibulam meam argenteam quam habet jngifrid, villica jn frødauj, jtem confero ketillo clohamær & vxorj sue cecilie jn vpsalia, vnam culci-

tram & vnum puluinar, que reposita sunt apud haldanum in raby jn parochia bro, Jtem confero sororj mee vnam culcitram (vndidynu *), & vnum cussinum (hobdabulstar *), & vnum puluinar, duo coopertoria lectorum, vnum pelliceum copertorium lecti. vnam cortinam, que omnia reposita sunt apud predictum haldanum, jtem laurencio dicto haganæ, puero dominj mej clippeum meum qui eciam est apud eundem haldanum, jtem confero sororj mee tria talenta anone que eciam reposita sunt in løstum, jtem sororj mee confero, duas cistas meas que sunt in kraxta, cum omnibus que in eisdem sunt, jtem genero meo do tunicam meam, jtem samsonj cursorj domini mej do equm meum griseum, sellam & frenum, gladium meum & peltam & lanceam meam, tunicam meam griseam & capam griseam, Jtem Magno filio dominj mej do fibulam meam argenteam, ad modum stelle factam quam habet jngifrid villica jn frødauj, jtem siguato puero dominj mej, securim meam que bredøx & vnam laternam, jtem johannj dicto snjpu do meum kettillyd, jtem jngimundo procuratorj dominj mej, vnum tapetum quod est jn cista mea que est løstum jtem de precio vnius, Muce, que est kraxta, & valet duodecim oras, do sacerdoti de baldinstad vnam marcham & dimidiam Marcham deputo, pro psalterijs legendis jtem rangualdo puero dominj mej do meum lendæner quod est kraxta, & duos lechitos, jtem bøkiløf puero dominj mej vnum linthiamen quod est in cista mea que stat løstum, jtem gunna coco dominj mej vnum linthiamen, quod est eciam in predicta cista jtem katerine villice jn halqui confero vnam fibulam argenteam & vnum annulum, que eciam sunt in predicta cista jn løstum, jtem jngifridj villice in frødauj, octo vlnas de tela delicata que est in predicta cista, jtem in predicta cista sunt .XIII. vlne. de tela grossa in duøbus frustis que dentur ej quj exposuerit telam ad inuoluendum corpus meum, jtem duo linthiamina, & meum kledasech & cetera, que mecum habeo dentur pauperibus propter deum Testes huius ordinacionis mee presentes fuerunt, frater jsrael lector sictoniensis, frater hemminger sictoniensis, dominus ascerus sacerdos, Magnus jngulfson, andreas villicus de frødauj, holmuastus stumpj, jngirun, henekinus cocus, hulvirdær Et quia proprium sigillum non habeo jdcirco ad presens testamentum meum, sigilla nobilis domine jngiburgis relicte domini, M, jonson & fratris israelis lectoris sictoniensis, apponj fecj in robur & testimonium rej, Actum frødauj, anno, dominj, M°,CC°,XC°.IIII. sabbato, ante dominicam palmarum.

---

*) De inom ( ) satte ord hafva, som det synes, med samma hand blifvit satte öfver de latinska såsom förklaring.

Hujus autem testamentj mej executores constituo karissimum dominum meum, dominum benedictum boson & fratrem israelem lectorem sictoniensem, datum loco, tempore & anno, & testibus presentibus supradictis.

Sigillen 1, 2 bortfallna.

1104. 1294 d. 3 Maj.

Dan Johans sons bref angående dén mellan honom och Alvastra kloster företagna delning af Sverdinge ö, hvilken han bebodde.

A. 3. v. 1. 11.

Vniuersis presentes litteras inspecturis vel audituris, Dan quondam Dominj iohannis filius, salutem in omnium saluatore, Cum iam dudum inter nos & Monachos de alvastro controuersia mota sit & habita super diuisione insule sverdinge quam inhabitamus, ex eo quod dicti monachi nobis inputant quod terminos possessionis nostre quos in ipsa insula possidemus transgressi simus in edificacionibus, & super adiacentes terminos possessionis sue domos aliquas nobis construxerimus, necnon & amplius quam nostri iuris sit nobis in eadem insula usurpauerimus, Recognoscimus & tenore presencium protestamur quod hoc quidem incaute & minus iuste fecimus, eo quod dicta insula inter nos & memoratos Monachos in vita nostra distinctis terminis aut certis metis non sit partita uel diuisa, Jgitur in hac parte lesam habere nolentes consciencam, ac cedare cupientes omnem controuersiam, Nos anno dominj M°,C°,C° Nonagesimo quarto, jn festo inuencionis sancte crucis, in memorata insula ad nos vocatis, Domino .A. abbate. & domino Johanne priore, necnon & Domino Nicolao Cellerario, & Domino andrea sacrista dicte domus, ipsis supradictam insulam pro suo beneplacito & arbitrio tempore quo uoluerint & prout ex utraque parte iustum fuerit reliquimus diuidendam, ita tamen quod de domibus uel edificiis intra Curiam nostram edificatis nichil transferetur sed omnis edificacio in ipsa Curia facta non ex iure nostro, sed ex gracia predictorum monachorum nobis ibidem pacifice relinquatur Quod factum affirmamus litteris presentibus & subscriptis testibus videlicet venerabili & prefato patre. Domino. A. abbate, & priore, ac Cellerario, necnon & sacrista supramemoratis, & Domino Benedicto quondam petri filio, & Discretis viris, Domino fulwido sacerdote de Røslose. & Domino Jngone sacerdote de Hedeskyrke. Magno de kalstad, Symone de kydiawath, agmundo fuleonis filio, Magno longo, Gøstauo, Hulmstano Colono in swerdinke. Hydino Sygonis filio. & Gvnnone villico de broby, Qui testes omnes huic ordinacioni interfuerunt ac testificarj potuerunt die & ter-

mino quo super hoc. fuerint requisitj Jn huius rej maiorem euidenciam sigillum nostrum, vna cum sigillis venerabilis patris dominj abbatis de alvastro, ac dominj benedictj quondam petrj filij presentibus est appensum.

Alla 3 sigillen bortfallna; blotta linnetrådarne qvar efter det sista.

1105 1294 d. 6 Maj. Westerås.

Nils, Priorens för Predikarebröderna i Westerås qvitto på 3 mark penningar, hvilka han enligt Fru Christina, Herr Birger Peterssons Frus testamente uppburit.

A. 6. a. 2. 13.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater Nicolaus prior & conuentus fratrum predicatorum in vestraaros, salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes quod ex parte honorabilium virorum Magistri andree prepositi vpsalensis Domini Johannis Elifson, dominj birgeri pæterson & fratris israelis lectoris siktuniensis exequtorum testamenti felicis recordacionis domine cristine vxoris dominj birgeri predicti, recepimus integre tres marcas den. bone & legalis vsualis monete jn testamento predicte domine nobis legatas, promittentes nos exequtores predicti testamenti & heredes predicte defuncte pro recepcione tante a quorumcumque inpeticione facere & reddere quittos & liberos in futurum, Jn Cuius rei testimonium siggilla nostra presentibus sunt appensa, Datum vestra aros anno dominj. Millesimo. CC° Nonagesimo, Quarto. sabbato proximo post festum beati Johannis ante portam latinam.

Sigillet andeligt, skadadt.

1106. 1294 d. 6 Maj. Upsala.

Guardianens i Upsala å Minoriterklostrens vägnar gifna qvitto å hvad de enligt Fru Christina, Herr Birger Peterssons Frus testamente uppburit.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Frater .. Gardianus & conuentus fratrum minorum vpsalie, salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes quod ex parte honorabilium virorum Magistri andree prepositi vpsalensis, dominj Johannis Elifson, domini birgeri pæterson & fratris Jsraelis lectoris siktuniensis exequtorum testamenti felicis recordacionis domine Cristine vxoris domini birgeri predicti recepimus triginta septem marcas bone & legalis vsualis monete nostro conuentui & aliis fratrum nostrorum conuentibus per regnum suecie constitutis in testamento predicte

domine legatas, jta quod pro conuentu nostro vpsalensi tradite sunt nobis & habuimus jntegre tres marcas den. Jtem pro conuentu fratrum nostrorum stocholmensium quinque marcas den. Jtem pro conuentu sororum ibidem quinque marcas den. Jtem pro conuentu Enicopensi. tres marcas den. Jtem pro conuentu arbugha tres marcas den. Jtem pro conuentu nycopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu suthercopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu lincopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu Junacopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu skarensi tres marcas den. Jtem pro conuentu Visbycensi tres marcas den. obligantes nos & conuentum nostrum ad omnia dampna pericula & interesse que racione dicte pecunie non solute possunt vel poterunt euenire, promittentes eciam nos exequtores predicti testamenti & heredes ipsius defuncte, pro tanti recepcione a quorumcumque inpeticione facere & reddere quittos & liberos in futurum. Jn Cuius rei testimonium siggilla nostra presentibus sunt appensa, Datum vpsalie, anno dominj Millesimo CC°. Nonagesimo. Quarto, Jn sabbato post festum beati Johannis ante portam latinam.

Af sigillen 1, 2 andeliga, blott stycken qvar.

1107. 1294 d. 27 Maj. Stockholm.

Finska Predikarebrodera Abrahams qvitto på uppburen andel af Fru Christinas testamente.

A. 6. a. 2. 14.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater Abraham ordinis predicatorum de conuentu finlandensi, Salutem in omnium saluatore, Notum facio per presentes quod ex parte honorabilium virorum Magistri Andree prepositi vpsalensis, Domini Johannis elefson Dominj byrgerj pætærson, & fratris israelis lectoris Sictuniensis exequtorum testamentj felicis recordacionis domine Cristine vxoris domini byrgeri predicti recepi pro conuentu finlandensi integre tres marchas den. bone & legalis vsualis monete in testamento predicte domine legatas promittens me ex parte conuentus exequtores predicti testamentj & heredes predicte defuncte pro recepcione tantj a quorumcumque inpeticione facere & reddere quitatos & liberos in futurum, Jn Cuius rej testimonium siggillum prioris wisbyensis fratris Laurencii. & siggillum nostrum presentibus sunt appensa, Datum stochulmis Anno domini, M°,CC°, nonagesimo quarto, Jn die ascensionis domini.

Sigillet N:o 1, andeligt skadadt, N:o 2 bortfallet.

1108.

1108. 1294 d. 13 Juni. Dynlu.

Biskopen Bæynolfs i Skara bref om dess byte af Fäsberga till Domprosteriet emot inkomster af Gäsene, Åshärad, Wedenshärad och Ballabyggd.

B. 7. 4.

Omnibus quibus presens scriptum jnnotuerit B diuina miseracione scarensis episcopus salutem in domino sempiternam Quoniam ea que geruntur propter labilem hominum memoriam faciliter in dubium reuocantur nisi scriptura superstite & viuacis littere testimonio succedentibus patefiant notum facimus vniuersis nos cum discreto viro domino benedicto preposito nostro permutacionem quandam perpetuam & irreuocabilem de consilio & consensu capituli nostri fecisse per hunc modum videlicet quod curiam nostram fæsbiærgha cum omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus agris pratis pascuis piscarijs molendinis colonijs ac ceteris suis pertinencijs jntra sepes & extra prepositure scarensi saluo jure episcopalj assignamus prouincijs gessine asheredh vidunzheredh & ballabygdh ab ipsa prepositura ad mensam episcopalem pro recompensacione receptis & secundum juris formam assignatis translacione & corporali hinc indè legittime subsecuta Ne igitur aliqua in posterum possit dubietas suboriri presentes litteras sigillo nostro & sigillo capituli nostri fecimus communiri Actum dynlu Anno domini M°CCXCIIII° jn die sancte trinitatis.

1109. 1294 d. 13 Juni. Dynlu.

Ett annat bref i samma ämne.

B. 7. 6.

Omnibus presens scriptum cernentibus B diuina miseracione scarensis Episcopus &c *lika med föregående N:o* 1108 *utom orden:* pascuis siluis piscarijs — — — assignauimus & vniuimus prouicijs gæsini vidhundaheredh asheredh & ballabygdh — — translacione eciam possessionis corporalis — —

1110. 1294 d. 16 Juni. Gudhem.

Abbedissan Gyrids i Gudhem qvitto på uppburen andel af Fru Christinas testamente.

A. 3. å. 2. 10.

Omnibus presentes litteras jnspecturis Gyridis Cisterciensis ordinis humilis. abbatissa de Gudhem salutem in omnium saluatore Notum facimus

per presentes quod ex parte nobilium virorum. Magistri. andree prepositi upsalensis. domini iohannis. elef. son. domini byrgeri peters. son. & fratris israelis lectoris sictuniensis exequtorum testamenti. felicis recordacionis. domine Cristine. vxoris domini byrgeri predicti recepimus pro conuentu nostro integre. III. marcas denariorum bone & legalis vsualis Monete. in testamento predicte domine legatas. promittentes nos ex parte conuentus nostri. exequtores predicti testamenti. & heredes predicte. defuncte. pro recepcione tanti. a. quorumcumque impeticione reddere & facere. quietos. & liberos. in futurum. Jn cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Gudhem Anno domini. M°.C°C°. nonagesimo. quarto. precedenti die ante festum botulphi abbatis.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

IIII. 1294 d. 28 Juni. Linköping.

Biskopen Lars i Linköping, och Dom-Capitlets stadga angående själamässor för Biskopar och andra Andelige Män.

A. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis Laurencius Diuina miseracione Episcopus lincopensis, salutem in domino sempiternam, Jnter curas assiduas, sollicitudines immensas & occupaciones multiplices, que nostre sedis incumbunt ministerio, de salubri statu Ecclesie, Gregisque nobis crediti sollicite cogitare nos conuenit, vt tempore nostro, & parare procuretur commodum, & animarum saluti nostre sollicitudinis studio salubriter consulatur, Ad hoc tamen attenta sollicitudine, & attencione sollicita uigilantes ut personas ipsius collegij, honore inuicem auctore domino preuenientes, interne dilectionis & mutue Recordacionis, uinculum solidetur, eisque tam viuis quam pro tempore decedentibus honor debitus inpendatur, & animarum remedium, de cetero augeatur, Sane qui ad discrecionis examen sollerter reduceret, qui diligenter discuteret, quo & quantis miseriis humane fragilitatis sit annexa condicio, quid nobis afferat vite presentis exilium non pro corporum, sed pro animarum salute totum se lacrimis, & oracionum suffragiis exhiberet Nos itaque considerantes quod poeticum, Sors habet humana persoluere debita morti, Nec tamen humane sorti mors impia parcet, nichil sanius, nichil discrecius arbitramur quam ad caritatis, & oracionum suffragia recurrere deuotarum, Cum sacre scripture moneamur consilio, alter alterius onera portare & orare per inuicem, ut saluemur, Hino nos euocat racio euidens, vt dum reformandis, ecclesie moribus, nostra vacet intencio, ea que periculosiora sunt, nequaquam absque reformacionis remedio relinquamus, Jdeoque om-

nia que ad profectum parare ipsius collegii, & salutem animarum decere experiencia probauerit, juris exequcione cupimus adimplere, Licet igitur tempore predecessorum nostrorum, verbotenus statutum fuerit vt cum episcopum prepositum, archidiaconum, decanum, uel canonicum ecclesie lincopensis, diem claudere contingat extremum, vigilie, pro eis misse & exequie, sollempniter & honorifice celebrentur, quia tamen, propter presumpciones quorundam, & cupiditates, nullus vel paruus de huiusmodi statuto fructus prouenerat, nos euidencius & expressius occurrere cupientes, De fratrum nostrorum communi consilio, uoluntate statuimus & assensu, vt cum episcopum lincopensem, infra terminos suecie, dacie, & norwegie, ecclesie sue, uel regni negociis occupatum, de hac luce migrare contigerit, teneatur medietas collegij sui, ad locum vbi decesserit conuenire, ipsum quem uiuum dilexerant & mortuum diligentes, ad ecclesiam lincopensem, honorifice deferri facientes, omnique qua possunt Reuerencia & honore & deuocione, tradentes sepulture, LX missis, cum vigiliis & exequiis sollempnibus pro eo in expensis episcopatus celebrandis, Jtem statuimus, vt cum prepositum, Archidiaconum, vel Decanum mori contigerit, quinquaginta, misse celebrentur, Si Canonicum, quadraginta, cum vigiliis & exequiis, sollempnibus, quater in primo, anno, videlicet, Die sepulture, Die VIII°, Die. XXX°, & anniuersario celebrentur, Jta tamen, quod pro qualibet missa canonicus, II, oras, vsualis monete & vicarius vnam oram percipere mereatur, pro psalterio, vero quolibet, quod legitur, antequam corpus episcopi, prepositi, archidiaconi, decani, vel canonici, sepulture tradatur, solidus persoluatur, prouiso firmiter, quod nec prepositus, nec archidiaconus, nec decanus, nec canonicus, qui loco decedencium pro tempore successerint, facultatem adeundi possessionem, dignitatis, vel prebende aliquatenus habeat, donec super debitis premortui, Racionabiliter contractis, exequiis, missis & vigiliis vt premissum est satisfactum fuerit cum effectu, Quicumque igitur, auctoritate, seu verius temeritate propria, amministracionem vel possessionem, dignitatis seu prebende, premissis efficaciter non expletis, occupare seu eciam adire presumpserit, volumus, ipsum, ab ingressu ecclesie, officio & beneficio fore suspensum ipso facto, Preterea quia parum est jura condere, nisi sit qui eadem tueatur, adiciendo statuimus, vt duo, quos nos & ipsum collegium, ad hoc duxerimus eligendos, auctoritate nostra, eiusdemque statuti approbacione plenaria sibi tradita potestate, premissa omnia & singula, plene, ac inuiolabiliter, sine fraude & dolo quolibet exequantur, Qui si amore uel odio ad exequendum premissa omnia & singula, negligentes, vel remissos se exhibuerint, quo minus exequcioni debite demandentur, tam debita premortuj, racionabiliter, ut premissum est contracta, necnon & exequias, & alia, quorum exequtores dati sunt, de bonis propriis soluere teneantur, Jnsuper huic

statuto adicimus, vt Rectores ecclesiarum, omnes et singuli, nostre, Diocesis IIII. missas pro episcopo, III, pro preposito, Archidiacono, Decano, & duas pro Canonico, cum vigiliis dicere teneantur, infra mensem postquam de morte perceperint veritatem, Si vero predicti sacerdotes rurales, in eisdem missis dicendis negligentes fuerint uel remissi, pena, III, marcarum per suos prepositos puniantur, Jtem in omnibus uillis Forensibus, ceterisque locis insignibus vbi primum de predicti pontificis, obitu certitudo claruerit, a clero & populo, sollempnibus pro eo missis, & vigiliis, celebratis, singulis diebus donec de prouisione ipsius ecclesie, rumor veritatem pertulerit, preces fundantur ad dominum, & aput eum deuotis oracionibus insistatur ut ipse qui in suis facit concordiam, sic efficiat canonicorum corda in eligendo concordia, quod prouisio, celeris, concors, & vtilis, prout animarum salus exigit, & tocius diocesis vtilitas, ex ipsorum vnanimitate subsequatur, wolumus insuper & inuiolabiliter precipimus obseruari, quod quilibet vicarius, de choro, vnam missam animarum, pro omnibus benefactoribus ecclesie lincopensis, qualibet, II:ª, feria per singulos annos, nisi sollempnitas interueniat, seu officium ecclesie, vel funus inpediat, dicere teneatur, alioquin per ipsum capitulum grauiter puniatur, Ceterum instituimus & sub pena trium, marcarum, iniungimus, quod rectores ecclesiarum, omnes & singuli, nostre Diocesis, vnam missam animarum, pro dictis ecclesie nostre benefactoribus cum vigiliis, sollemnibus, proximo die post festum beati kanuti in ecclesis suis celebrent, annuatim, pronunciantes, die Dominica, dictum festum precedente, quod omnibus vere penitentibus & confessis, qui die prenotato, ad ipsas ecclesias pro eisdem benefactoribus oraturi, accesserint, auctoritate apostolorum petri & pauli, confisi, XX, dies, de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, Datum & actum lincopie, anno, domini, M°,CC°,XC°,IIII°, Jn vigilia apostolorum petri & pauli, Jn quorum perpetuam memoriam, siggillum nostrum, vna cum sigillo capituli nostri, presentibus est appensum, & manu propria subscripsi, Nos laurencius, dei gracia lincopensis, episcopus, presentibus interfuimus, propria manu subscripsimus, & sigillum nostrum apposuimus + Ego + wimundus prepositus lincopensis, presentibus interfui, propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui, Et ego wimundus prepositus lincopensis, rogatus a domino Sunone archidiacono ibidem, nomine suo presentibus interfui, Ego + Ericus Decanus lincopensis presentibus interfui, propria manu subscripsi & sigillum meum apposui, Ego Johannes, dictus, canonicus lincopensis, presentibus interfui, propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui + Ego thorstanus canonicus lincopensis, presentibus interfui, propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui. + Ego birgerus canonicus, lincopensis, presentibus, interfui propria manu subscripsi. & sigillum meum apposui, ø Ego bero + canonicus, lincopensis, presentibus

interfuj, propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui. + Ego jngo canonicus lincopensis, presentibus, interfui, propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui, ø Ego + kanutus, canonicus lincopensis, presentibus interfui, propria manu subscripsi & sigillum meum, apposuj. Ego gerardus canonicus lincopensis, presentibus, interfui, propria manu subscripsi. & sigillum meum apposuj, + Ego + olaws, canonicus lincopensis, presentibus interfui, propria manu subscripsi, & siggillum meum apposuj.

Sigillen N:o 1, 6, 10, 11 bortfallna, N:o 2, 3, 9, 14 mycket skadade, N:o 4, 5, 7, 8, 12, 13 mindre skadade; alla andeliga.

1112. 1294 d. 30 Juni. Linköping.

Prestmannen Johans å Söderköpings Hospitals vägnar gifna qvitto på uppburen andel af Fru Christinas testamente.

A. 6. 2. 12.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Johannes sacerdos prouisor hospitalis in sudercopia, salutem in omnium saluatore Notum facio per presentes quod ex parte nobilium virorum magistri andree prepositi vpsalensis, Domini Jo. elefson, Domini, B, pæterson & fratris israelis lectoris sigtoniensis exequtorum testamentj felicis recordacionis domine cristine vxoris domini B. predictj, recepi pro hospitali nostro duas marchas denariorum bone & legalis vsualis monete in testamento predicte domine legatas, promittens me ex parte hospitalis, exequtores predictj testamentj & heredes predicte defuncte, pro recepcione tantj a quorumcumque impeticione facere & reddere quitatos & liberos in futurum, Jn cuius rej testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum Datum anno domini M°CC°XCIIII° in commemoracione sancti paulj lincopie.

Sigillet bortfallet.

1113. 1294 d. 3 Juli.

Prestmannen Stephans qvitto å Skenninge klosters andel af Fru Christinas testamente.

A. 6. 2. 15.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Stephanus sacerdos hospitalis jn skenigia Salutem jn omnium saluatore. Notum facio per presentes quod ex parte nobilium virorum magistri andree prepositi vpsalensis Domi-

ni Jo. elefson. Domini. b. pæterson & fratris jsraelis lectoris Sigtonensis exequtorum testamenti felicis recordacionis domine cristine vxoris domini. B. predicti. Recepi pro hospitali nostro duas marcas denariorum bone & usualis monete Jn testamento predicte domine legatas promittens me ex parte hospitalis exequtores predicti testamenti & heredes predicte defuncte pro recepcione tanti a quorumcumque inpeticione facere & reddere quitatos & liberos in futurum Jn cuius rei testimonium Sigillum meum duxi presentibus apponendum Datum anno domini M°CC°XCIIII jn crastino sanctorum processi & martinianj.

Sigillet fallet från den ur brefvet klippta remsan.

1114. 1294 d. 6 Juli. Tunsberg.

Norrska Konungen Eriks och Hertigen Håkans Privilegier för Hansestäderna, med afseende äfven på Tractaten i Calmar.

K. e. 2. 147.

In nomine Domini Amen. Nos Ericvs Dei gratia Rex Norwegie, Haqvinvs eadem gratia Dux, Notum facimus Vniuersis, quod venientibus ad nostram presentiam apud Tunsberg circa festum Pentecostes sub anno Domini MCC Nonagesimo quarto discretis Viris & honestis Johanne de Runeze, de Lubek, pro Riga & Theutonicis in Wysbi, Waltero de Clute de Wysmar, Reynkino filio Roberti de Rostok, Goscalco de Stralezund, Waldowino de Gripeswold, & pro Tantglem Hartwico de Nagle, de Campen, Hiddone de Stowere, & Alberto de Bremis de Stytin, nunciis & procuratoribus ipsarum ciuitatum inter nos & subditos nostros, nec non & dilectos nobis Ciues Bremen. ex parte una ac predictas ciuitates & earum incolas ex altera taliter extitit placitatum, quod cause contra nos & subditos nostros mote, que propter aliquorum absenciam actorum videlicet vel reorum ad presens decidi non poterant, justo modo apud predictam villam Tunsbergen quo ad illos, qui sunt ex parte australi Lydendenes ac Berg: quo ad illos qui ex parte alia commorantur circa festum beati Johannis Baptiste proximo futurum tractari debent & legitime diffiniri, promiserunt nobis insuper supra scripti Procuratores & nuncij nomine procuratorio Ciuitatum predictarum, quod nobis & subditis nostris ac Ciuibus Bremen. debet iusticie complementum fieri super causis & querimoniis quas habemus, contra dictas ciuitates vel earum aliquas aut aliquam, seu incolas earundem quandocumque Consules Ciuitatis contra quam aut contra cuius incolas mouebitur querimonia, fuerint requisiti. Debet insuper inter predictarum Ciuitatum ac Bremensis ciuitatis incolas sicut inter nos & ipsas ciuitates esse vera concordia & sta-

bilis amicicia, ubicunque conuenerint, fruique debent hinc & inde libertatibus & immunitatibus, quas hactenus ullo tempore liberius habuerunt ad hec composicionem Kalmarnie factam inter & supra scriptas Ciuitates firmiter obseruare volentes & inuiolabiliter eandem tenore presencium confirmamus.

Volentes insuper dictarum ciuitatum incolas uniuersos, qui regnum nostrum mercandi causa tanquam hospites duxerint frequentandum amplioribus priuilegiis munire de gracia speciali, ut cognoscant se ad nostra beneficia eo fortius obligatos. Eisdem infra scriptas gracias decreuimus liberaliter concedendas. Inprimis quod cum ad ciuitates vel villas forenses regni peruenerint licite poterunt ad pontem applicare balliui licencia non petita debent tamen eadem die vel sequenti proxima, postquam ad pontem applicauerint insinuare Balliuo nostro, quas & quales res aportauerint, et res easdem transferendi de nauibus infra domos licenciam petere, que non debet eis aliqualiter denegari. Hoc adiecto, quod Balliuus noster res illas, quas nobis credit necessarias, primitus emat infra triduum justo precio & soluat precium tempore debito pro eisdem. Quod si Balliuus non fecerit infra dictum terminum vendant postea libere cuicunque, post quam autem infra Ciuitatem vel ville foren. Districtum, qui Takmark dicitur, peruenerint, debent res suas venales ibidem vendere, alioquin easdem ducere poterunt, quocunque voluerint extra regnum & infra, non tamen ultra Bergas versus partes boreales, nisi hoc alicui de speciali gracia concedatur. Item de qualibet naue deferente annonam ad ciuitates vel villas foren. veniente dabitur unum melius talentum annone in eadem existentis quod procurator noster eligendum duxerit, excepto flore tritici, quod flur in Norico appellatur.

Debent eciam esse liberi a trahendis nauibus nisi nostris. si quis autem infra Regnum Norwegie decesserit, dona sua debent heredi vel eius procuratori legitimo restitui, super hoc testimoniales patentes ciuitatis literas deferenti, de qua fuerat, qui decessit, infra annum & dimidium, post diem obitus decedentis. Item ad ostendendum arma sua vel ad sequendum fures ad patibulum vel alios dampnatos ad mortem non tenentur. Item pro solucione, que dicitur Ledangr immunes debent esse, qui ante festum natiuitatis dominice cum nauibus suis sunt expositi ad viam & de suis mercimoniis penitus expediti, quod si postea vi tempestatis compulsi fuerint moram trahere in aliqua ciuitate vel villa regni, nihilominus immunes debent esse a tributo, dum modo mercaciam suam emendo non exerceant, vel vendendo. Item merces suas in domibus ciuitatum vel villarum forensium reponere valent ubi eis videbitur oportunum, dummodo non alienent easdem alibi, quam in locis ad hoc specialiter deputatis.

Item naues proprias locare poterunt aliis ad loca licita, sicut premittitur, nauigandas. Nec ad conducendum naues aliorum compellantur. Item si quis ab aliquo super causa pecuniaria vel leui crimine, pro quo certa pecunia solet solui, per modum illum inpetitur, qui Tacksetning in Norico nuncupatur, prout illud Tak ferre cum proprio domestico & duobus suis compatriotis nauem propriam habentibus juxta pontem ad recedendum minime preparatam, que ad caucionem sufficit pro quantitate petita vel emenda secundum qualitatem criminis exhibenda. Item ad excubias & nocturnas vigilias non tenentur, nec in cista cuiuspiam debet fieri scrutinum, nisi contra eum de falso probabilis oriatur suspicio, vel de furto.

Preterea volumus quod appellatum Pundare in publico loco sub fida custodia ponatur, vt ad illud eis libere pateat aditus, si aliqua voluerint ponderare, at in eadem haberi debet grauitate sicut ab antiquo fuerat, & in legibus continetur. Item si naufragium passi fuerint infra terminos regni nostri, res suas per se vel per alios colligere valeant, & rebus ipsis & nauibus uti pro libito voluntatis, donec easdem res & naues abdicauerint voluntarie vel habuerint pro derelicto.

Item si quis nautarum delinquit, puniatur ipse legitime, sed non innocentes, nisi quatenus puniendi sunt illi secundum legem proprie vel loci consuetudinem, in quo delictum comprobatur esse commissum, qui judicio scienter subtraxerint delinquentem vel defensauerint violenter, nec priuate persone delictum alicui ciuitati imputabitur, nisi justiciam facere neglexerit requisita. Quisquis eciam pro causa aliqua fuerit accusatus, que contra ipsum legitime nequeat comprobari, debet si poterit cum personis ydoneis consimilibus, quo ad statum & condicionem incusati, qui veritatem rei de qua queritur magis creduntur agnoscere, secundum arbitrium legiferi, pro ut delicti qualitas exegerit se legaliter expurgare. Alioquin in purgacione deficienti pena conscripta legibus infligatur.

Item in ciuili vel terminali, quando actor intencionem suam fundare voluerit, & testes producere, non nisi bone fame & ydonee persone in testimonium admittantur. Preterea si quis Mercatorum in Norwegia merces emptas a Theutonicis datis arris, quas vulgariter vocant Festepening, secum eodem die, quo euicerit, non asportat, licitum est ei, cuius ille merces fuerant, eas vendere postea cuicunque, exceptis his, que ad vsus nostros necessaria sunt emenda. Hec itaque omnia & singula superius expressa taliter duximus concedenda, si libertates omnes ab eisdem ciuitatibus concesse hominibus nostris, nec non & composiciones inter nos & dictas ciuitates facte ab eisdem firmiter obseruentur. Et quatenus de injuriis dampnis nobis & subditis

subditis nostris ceterisque nostris fautoribus ab incolis dictarum ciuitatum illatis, cum requisiti fuerint, satisfactum fuerit cum effectu. Quibus omnibus libertatibus & graciis superius declaratis vos precipue & incolas vestros gaudere volumus & concedimus per presentes. In cuius rei testimonium & euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno & loco suprascriptis in octava beatorum Petri & Pauli Apostolorum anno vero regni nostri quinto decimo.

1115. 1294 d. 16 Juli. Middelfart.

Konung Erics i Danmark stadfästelse på Lunds Domcapitels privilegier.

B. 1. 26

Conservatorium cleri lundensis Erici regis.

Ericus dei gracia danorum sclauorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis. quod nos viros venerabiles. dominos. decanos. yconimos. et capitulum lundensis ecclesie. nec non et omnes et singulos clericos. eiusdem dyocesis. vnacum omnibus bonis suis et familia eisdem attinente. sub nostra pace et protectione suscipientes specialiter defendendos. prohibemus districte sub obtentu gracie nostre. ne quis. cuiuscunque condicionis ipsos aut ipsorum aliquem. aut quemcunque de ipsorum familia. super bonis episcopalibus aut suis ecclesiasticis vel mundanis. contra jura. leges. et libertates sibi concessas in bonis aut persona jmpedire presumat seu aliquatenus molestare. sicut vlcionem regiam voluerit euitare. Nolumus enim sanctam matrem ecclesiam. aut clerum predicte dyocesis. quamquam pastorem non habeat. Jn bonis suis. Juribus aut libertatibus. jniuriosis aliquorum tyrannorum morsibus supprimi vel grauari. Cum ex commisso nobis officio. tenemur specialiter. paci sue et quieti. sollicite prouidere. Datum apud mæthelfar Anno dominj M°CC°XC quarto. fferia sexta post diuisionem apostolorum Jn presencia nostra Teste domino achone Dapifero nostro.

1116. 1294 d. 6 Aug. Ribe.

Konung Erics i Danmark beskärmelse bref för Lunds Predikarebröder att i Malmö samla almosor.

A. 7. 1. 28.

Ericus dei gracia danorum sclauorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in domino sempiternam. Noueritis quod nos viros ve-

nerabiles fratres predicatores de ciuitate lundensi, petentes ex parte domus sue, elemosinas in malmøgh, sub nostra pace & protectione suscipientes specialiter defendendos, Prohibemus districte sub optentu gracie nostre, ne quis aduocatorum nostrorum in malmøgh, vel eorundem officialium, seu quisquam alius, ipsos, presumat in aliquo molestare, quod qui fecerit contra prohibicionem nostram huiusmodj, vlcionem regiam se nouerit incursurum, Datum Ripis Anno domini. M°.CC°.XC°. quarto, in crastino beati dominicj confessoris, Teste domino Achone dapifero.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1117. 1294 d. 15 Aug.

Skrifvelse från Biskopen Magnus i Wexiö till Dom-Prosten och Capitlet i Upsala med Caniken Björn, hvilken å Biskopens vägnar skulle betyga dess vördnad och tillgifvenhet för Ärke-Biskopsstolen.

A. 3. a. 4. 9.

Reuerendis & discretis viris, dominis, A, preposito & capitulo ecclesie wpsalensis. Magnus dei gracia wexionensis episcopus, salutem in domino ihesu christo. Ecclesie nostre pluribus occupati negocijs, nec valentes vt vellemus wpsalensem ecclesiam in persona propria visitare. mittimus ad vos dilectum nobis canonicum nostrum dominum beronem exhibitorem presentis racione visitacionis, vt ex parte nostra offerat omnem sicut tenemur reuerentiam & obedienciam ipsi ecclesie wpsalensi. ad omnia que sibi & suis, commoditatis, honoris & solatij possumus, voluntarij vtique & parati. vestram igitur discrecionem requirimus & rogamus quod visitacionem ex parte nostra per ipsum factam, ratam habere velitis & gratam, super ipsa per eundem dominum. b. nobis absolucionis litteras remittentes. Jntimantes eciam sibi si qua nobis volueritis demandare. Datum anno domini. M°.CC°.XC°. quarto. Jn assumpcione beate uirginis.

Sigillet andeligt, något skadadt, å en ur brefvet klippt remsa.

1118. 1294 d. 1 Oct. Hærastadom.

Biskopen Lars IIs i Linköping bref, angående det med Alvastra kloster gjorda byte af Väfversunda och Strö, hvartill klostret afstår en del af Husaby.

A. 3. v. 1. 14.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Laurencius dei gracia Episcopus lincopensis, Salutem in omnium saluatore, Nouerint vniuersi, Nos litte-

ras domini Henrici predecessoris nostri reuerendi recepisse in hec uerba, Omnibus &c. *lika med föregående N:o* 683 *till* duximus apponenda. Set quia nos Ecclesiam nostram ex hoc non modicum lesam inuenimus, eandem commutacionem reuocare uolentes, tandem dominus abbas & dictus conuentus nobiscum & cum capitulo nostro ex nouo taliter conuenerunt, quod ipsi memorata predia in wæuarsundom cum decima episcopali eiusdem parrochie possideant, & nos & ecclesia nostra predictam Curiam de strøo cum quinque attungis eidem adiunctis, & insuper duobus attungis in hosaby quos sepedicti monachi nobis addiderunt, possidere debeamus, vt igitur supradicta commutacio & conuencio robur obtineat firmitatis, sigillum nostrum vna cum sigillis capituli nostri & supradictj domini abbatis presentibus est appensum, Datum & actum in hærastadom anno domini M°,CC°,XC°, quarto, sexta feria proxima post festum beati Michaelis.

Sigillen: 1, 2, 3 bortfallna, remsorna qvar.

1119. 1294 d. 1 Oct.

Priorens för Predikarebröderna i Skara, qvitto på uppburen andel af Fru Christinas testamente.

A. 6. a. 2. 16.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis. Prior & fratres Conuentus scarensis ordinis predicatorum Salutem in domino sempiternam. Notum facimus per presentes, quod ex parte nobilium uirorum Magistri Andree prepositi vpsalensis. Domini Johannis elephson. Domini byrgeri pætærson & fratris Jsraelis lectoris sictoniensis. exequtorum testamenti felicis recordacionis Domine Cristine vxoris predicti domini byrgeri, recepimus pro conuentu nostro integre tres Marcas denariorum bone, legalis & usualis monete. in testamento predicte domine legatas. promittentes nos exequtores predicti testamenti & heredes predicte defuncte pro recepcione tanti a quorumcunque peticione reddere quittos & liberos in futurum. Jn cuius rei testimonium sigillum officij prioratus scarensis presentibus est appensum. Datum Anno Domini M°CC°XC°IIII°. kal. octobris.

Sigillet, på den ur brefvet klippta remsan, skadadt.

1120. 1294 d. 9 Oct. Nyborg.

Konungen Eriks i Danmark, enligt Lybecks och Gottlands borgares begäran, handlande på Östersjön gifna tillstånd att till lands och vatten få i dess rike fritt införa sina varor och dermed handel idka, hvarest de för godt finna.

K. v. 47.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericvs Dei gracia Danorum Slavorumque rex Dux Estonie salutem in domino sempiternam. Noveritis quod nos ad instanciam dilectorum nobis civium de Lubeke & de Godlandia mercatoribus omnium civitatum maritimarum mare orientale transire volentibus graciam cupientes facere specialem ipsis omnibus & singulis liberaliter indulgemus, quod ad regnum nostrum ubicumque eis placuerit cum rebus et mercibus suis secure venire valeant, sive hoc via terrestri sive aquatica ipsis oportunum fuerit, & in eodem libere exercere mercimonia, securi pro nobis ac omnibus balivis & officialibus nostris nec non aliis quibuscunque, qui nostris adstricti sunt voluntatibus & mandatis. Singulariter autem assecuramus eosdem per terras nostras Estoniam videlicet totam & Wironiam usque ad fluvium Narva, deinde versus Novogardiam ne quisquam eos sive in mare, sive in terris in se vel in suis presumat aliquatenus impedire. Unde per graciam nostram districte prohibemus, ne quis Advocatorum nostrorum aut quisquam alius ipsos mercatores contra tenorem presentium presumat aliquatenus molestare, quod qui fecerit regiam non effugiet ultionem. In cuius rei testimonium presentibus litteris Sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Nyburgh anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in die beati Dyonisii & sociorum eius. Presentibus consiliariis nostris.

1121. 1294 d. 18 Oct. Nyköping.

Kyrkoherden i Nyköping Petras skrifvelse till Lidinward med förklarande att till St. Claræ kloster i Stockholm öfverlemnas 4 örtugland jord och till Lidinward 5 mark penningar.

E. 73. 45.

Nobili viro, amico suo dilecto, Domino Lithinwardo, Petrus Plebanus, Ecclesiæ beati Nicolai Nycopiæ, salutem et ad quævis beneplacita voluntatem. Honestati vestræ duxi præsentibus notum esse, quod quatuor solidorum terram cum dimidio, pro qua sorores Sanctæ Claræ Stockholm inpetitis, dimitto eis libero jure perpetuo possidendam, et quinque marchas denar. usualium, quas mihi pro eadem solvere spopondistis, vobis remitto, nichil a vobis vel vestris hæredibus pro eadem in perpetuum petiturus. In cujus

rei testimonium præsens sriptum vobis mitto mei sigilli munimine consignatum. Datum Nÿcøping Anno Domini M.CC.XCIIII. in festo beati Lucæ Evangelistæ.

Sigillet är derunder aftecknadt.

1122. 1294 d. 30 Nov. Strö.

Westgötha Lagmannen Bengts bref för åboerne i Åby, m. fl. om begagnande af Wartofta skog.

J. 7. 441. v,

Omnibus Christi fidelibus præsentes Literas visituris et audituris Benedictus Legifer vesgotorum, Salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentium constare volumus vniversis, nos discretis omnibus abitantibus in Åby, Rynistadher, Hoffgiärdi, Lundby, Rökinggi, Tundderstadher, Hagaby torp, Cumblaby, Thengustadhir, agurstadhir, gramstadhir, Säby, de nemoribus nostris in Wartop häred, Lok et Löph Lingna quam subertus iacentia, et pascua pecorum, libere concessisse. Jn cuius rei Testimonium Sigillum meum præsentibus est appensum. Datum Strö. Anno Domini M.CC.XC. quarta in die beati Andreæ Apostoli.

Sigillet är derunder tecknadt.

1123. 1294 d. 13 Dec. Läckö.

Biskopen Brynolfs i Skara bref angående utbyte af gårder i Seglora och Hadweth till Caniken Mag. Bengt mot dess prebendegods i Björnkälla och den så kallade proste-afgiften.

A. 3. z. 1.

Vniuersis presens scriptum visuris sev audituris. Brÿniulpus diuina Miseracione scarensis Episcopus. Salutem jn domino sempiternam. Notum facimus tam posteris quam presentibus vniuersis. Nos cum Dilecto canonico nostro Magistro benedicto, canonicorum nostrorum communicato consilio & consensu commutacionem quandam perpetuo duraturam contraxisse sev fecisse per hunc modum. videlicet quod eidem magistro benedicto & singulis suis successoribus Curias nostras sæghlorær, & hadweth, cum colonijs, & molendinis, agris, pratis. silwis. piscarijs, ac ceteris pertinencijs suis jntra sepes & extra. bonis tantum mobilibus jn sæghlorum nobis retentis. irreuocabiliter dimisimus. Recipientes nostro, ecclesie nostre, & successorum nostrorum nomine. a prefato magistro benedicto colonias prebende sue jn bÿarnkellom, & modium prepositi qui dicitur prouastergipt jn wazbo, pro recompensacione sev refusione. curiarum ipsarum ac bonorum omnium predictorum. Ne igitur super

commutacione predicta, aliqua possit jn posterum dubietas seu calumpnia suboriri. Sigillum nostrum, & sigillum Capituli nostri presentibus sunt appensa. Datum Lækkÿ. Anno Domini M°,CC°,XCIIII°. jn die beate lucie virginis.

Sigillen 1, 2, skadade.

1124. 1295. Fallandafors.

Caniken i Linköping, Prosten i Njudingen HÅKANS testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

B. 3. 62.

JN NOMINE DOMINI AMEN. Anno incarnacionis eiusdem. Millesimo CC nonagesimo quinto. Ego HAQUINUS canonicus lincopensis. prepositusque de nÿudhungia corpore licet debilis. tocius tamen mentis & sensus compos atque sanus meum jn hunc modum condo testamentum. Jn primis michi ob remissionem meorum peccaminum confero ecclesie lincopensi duas curias. videlicet. stafsio & brundzrÿdh cum omnibus suis attinencijs prope uel remotis. Excepta illa parte mobilium quam villici possident in eisdem. Jta tamen quod dominus lincopensis aliam ad suam mensam retineat. & alteram assignet fabrice lincopensi. Pro quibus dictus dominus lincopensis in missis animarum. meam respiciat animam prout sibi deus duxerit inspirandum Jtem confero eciam ecclesie lincopensi quartam partem Octonarij quam emi in abÿ. jta quod ad prebendam pertineat beate katerine si persona canonice ibi instituta. in primo anno obitus mei pro anima mea quinquaginta duas missas animarum celebrari fecerit. Alioquin per dominum meum lincopensem ordinetur. Preterea confero ecclesie. decretum. decretales cum glosa ordinaria. Jtem vetus digestum cum glosa magistri Azonis & quoddam psalterium glosatum, Domino meo lincopensi confero vnum ambulatorem nigrum. Domino beroni canonico lincopensi confero XI Marchas den. quas michi tenetur pro illa quarta parte octonarij in abÿ. Jnsuper & vnum cornu Claustro noueuallis confero vnum octonarium *wiste* in villa biergheme & vnum equm & caldarium braxatiuum pro VII marchis emptum vbi michi eligo sepulturam. Preterea pro redempcione crucis assumpte solueram triginta libras sterlingorum nouorum quorum medietatem recognosco fratrem meum possedisse pro quibus supplementum deducat de curia mea fallandafors ex indiuiso Similiter quia jdem frater meus promisit me arma mea suprascripta. & eciam inferius vtpote libros dictos & dicendos libere conferre pro meè libito voluntatis. cum eosdem mecum pro parte media possedisset. volo quod ipse arma sua vnacum dextrario libere habeat a cuiuscumque inpeticione Exinde

confero fratribus minoribus & maioribus ac hospitalariis singulis duas marchas. vnam ad vsum personarum & aliam ad reparacionem edificiorum per dyocesim constitutorum lincopensem. Jtem vnam marcham ecclesie in ødhistuw & vnam marcham ecclesie de malbech. et vnam marcham vicario domini ormolphi. duas marchas ecclesie de hylsio & duas marchas vicario ibidem de fructibus hactenus ibi ex parte mea percipiendis. sacerdoti de Skedhum vnum equm pro tribus marchis. Ecclesie de hyltopthum vnam marcham. Actum fallandafors anno & tempore suprascriptis heredibus requisitis & consencientibus Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Et peto sigillum dominj mei lincopensis & jnsuper sigilla dominj beronis & magistri bosonis canonicorum lincopensium. quos exequtores eligo super hijs qui sunt in øsgocia. maxime pro meis exequiis ibi faciendis secundum constitucionem domini lincopensis. & domibus religiosis ibi fiat elemosina de mea ecclesia ibidem uel prebenda.

1125. 1295 d. 4 Mars. Örebro.

Konung Birgers för Lybeck och Hansestäderna, som idka handel på Östersjön, gifna tillstånd att ifrån d. 4 Mars till midsommaren besöka Novogrod, med vilkor att ej medföra mera vapen, jern eller stål, än till eget behof erfordrades, och att icke med råd eller dåd bistå Rikets fiender, m. m.

K. v. 174.

Birgervs Dei gracia Svecorum Ghotorumque rex. Discretis viris Advocatis, & consulibus civitatis Lybicensis maritimarumque civitatum mare orientale frequentantium sincere dilectionis affectionem cum salute. Prudenter precidenda sunt mala, ut salutariter bona succedant & offendiculo quoque ablato de medio levis procedat & facilior aditus ad optata. Hinc est, quod quandoque paganos Karelos qui multis retroactis temporibus latrocinia, spolia & infinita enormia, nulli parcentes sexui, statui vel etati, ut pote vivos excoriando, captivos plurimos eviscerando, diversorum tormentorum genera nostris non tantum, sed & plerisque mare orientale visitantibus inferebant, ob unitatem fidei catholice dilatandam, miserorum miseriis condolentes, divina clementia convictos ad fidem convertimus christianam & cum ingenti exercitu ac sumptibus laboriosis castrum Wiborg ereximus ad honorem Dei virginisque gloriose, ad regni nostri tuitionem, nec non ad securitatem mare transeuntium & pacem, quos quidem Karelos in suis perversitatibus & nimia perfidia Ruteni tantum temporalibus & depredationibus inhiantes inhumaniter divino timore postposito confoverunt, postmodum re vera gloriosi principis domini magnifici regis Romanorum litteras nos novitis recepisse, petitorie continentes, quod de civitatibus vestris ad Nogardiam navigantes in mercimoniis vel

personis de castrensibus nostris Wiborg existentibus nullatenus molestentur. Nos quia ob tanti principis reverenciam ac vestre probate devotionis constanciam laudabiliumque efficaciam meritorum, ipsius voluntatis beneplacitum ad presens duximus admittendum, quamvis hoc nobis dampnosum novimus, & ex hoc hostes nostri contra nos roborentur ex adverso, nihilominus predictis civitatibus a quarto Nonas Marcij usque ad festum beati Iohannis Babtiste proximum & deinceps per annum integum subsequentem ex parte nostra & omnium qui mandatis nostris volunt & tenentur obedire largam licentiam concedimus ad Nogardiam navigandi, hac condicione adjecta, quod nullus de memoratis civitatibus ad Rytenos navigans, arma, ferrum, calybem vel expensas quascunque nisi pro usibus persone proprie secum ferre presumat; nullus eciam de predictis facto vel consilio per se vel per alios occulte vel manifeste attemptet procurare, que in nostrum vel regni nostri cedere possint prejudicium vel gravamen, Rytenis vero deducentibus expensas mercatorum de koggonibus ipsorum ad Novogardiam tribus ad majus in qualibet navi dicta lodhia securitatem conferimus. Ita tamen quod cum illis tribus Rytenis ex vestris saltim sit unus, eisdem vero tribus Rytenis securitatem nullam conferimus, si exercitum nostrum evocari contigit generalem, mercatores vero supradictarum civitatum, si super premissis suas patentes litteras ante festum b. Iohannis proximo futurum nobis transmiserint, prout inter nos & ipsorum sollempnes nuntios Iohannem scilicet de Doaco civem Lubecensem & Martinum Puckae Wisbycensem exstat placitatum, sive exercitum nostrum generalem evocari contigit, siue non, omnimoda libertate gaudere volumus & securitate graciosa. Ut autem premissa robur firmitatis obtineant, & inviolabiliter observentur sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Orabro anno domini M°CC° nonagesimo quinto, IIII Nonar. Marcij.

1126. 1295 d. 6 Mars. Örebro.

Biskoparnas i Linköping, Westerås och Wexiö vidimation af ett K. Waldemars Bref.

B. 3. 11.

Omnibus presentes litteras inspecturis LAURENTIUS lincopensis PETRUS arosiensis & MAGNUS wexionensis dei gracia episcopi salutem in omnium saluatore Nouerint vniuersi nos litteras dominj W. sweorum quondam regis illustris non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas. vidisse & diligenter perlegisse in hec verba. W. dei gracia REX sweorum vniuersis clericis & laicis presens scriptum &c. (*Se föregående N:o* 863) Nos igitur in pre-

premissorum euidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum ørabro Anno Dominj MCCXC° quinto pridie non. marcij.

1127. 1295 d. 6 Mars. Sigtuna.

Johan Engels förskrifning på några gårdar till Ärkebiskopsbordet i Upsala såsom pant för erhållne 2 läster spannemål, värde 10 mark penningar.

A. 6. a. 2. 17.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannes Angelus, salutem in domino sempiternam, Cum a discreto viro domino olawo canonico vpsalensi procuratorj bonorum dominj, N. archiepiscopi vpsalensis mutuo receperim duas lestas annone pro decem marchis denariorum & pro dicte pecunie solucione posuerim in pignore sex denarios, & vnam oram terre in sundusum iuxta fløtasvnd predictam terram relinquo, & resigno plenarie predicto venerabili patri domino, N. archiepiscopo vpsalensi et insuper dimidiam oram terre jn wra in parochia thigibili addo, & predicto modo relinquo in predicte solucionis complementum, jn cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum fratrum predicatorum conuentus sictoniensis, & ffratris israelis lectoris ibidem, et comunitatis sictoniensis ad meam instanciam presentibus sunt appensa, Cum autem proprium sigillum habuero ipso presentes litteras sigillabo, Datum sictonie, anno dominj, M°,CC°. Nonagesimo Quinto, tercia dominica quadragesime.

Sigillen N:o 1, 2, mycket skadade; N:o 3 bortfallet.

1128 1295 d. 6 Mars.

Johan Engels förskrifning på Hamundastad till Ärke-Biskopsbordet i Upsala, såsom pant för erhållna 2 läster spannemål, värde 30 mark gängse mynt.

A. 6. a. 2. 18.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannes dictus Angelus, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod ego anno dominj, M°,CC°, Nonagesimo Quinto, recepi a venerabili viro Magistro andree preposito vpsalensi yconomo bonorum episcopalium duas lestas annone pro triginta Marcis den. vsualis monete per manus discretorum virorum dominorum, Olawi, & Mathie canonicorum vpsalensium, pro quibus triginta duabus Marchis den. inpignoraui decem solidos terre in hamundastadum jta quod si predictum predium per me. vel per fratrem meum dominum karolum canonicum vpsalensem. vel per nepotes

meos in festo beati martinj. vel in epyphania domini in secundo termino, vel in purificacione beate virginis ad vltimum redemptum non fuerit, ex tunc memoratum predium, predictus venerabilis pater dominus. N. archiepiscopus vpsalensis, possidendj. alienandj, seu quolibet modo ordinandj liberam habeat facultatem, Jn cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum fratrum predicatorum sictoniensis conuentus, & dilecti germanj mei fratris israelis lectoris ibidem, vna cum sigillo communitatis sictoniensis. presentibus sunt appensa, Datum anno dominj. M°.CC°. Nonagesimo. V°. jn tercia dominica quadragesime.

Sigillet N:o 1 andeligt, skadadt; N:o 2, 3 bortfallna.

1129 1295 d. 6 Mars.

Johan Engels bifall till Herr Magnus Johanssons gåfva af fastigheter till Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4. 12.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannes Angelus, salutem in domino sempiternam, Notum sit omnibus Quod donacionem quam auunculus meus dominus, M. Joansson ecclesie vpsalensi fecit de curia næs, & sex oris terre in hagaby consensi, & consencio promittens bona fide per presentes quod ipsam curiam, & predictas sex oras terre, cum siluis, pratis, & pisarijs, nisi piscariam wlgariter dictam werta in fløtasvnd, non in perpetuum per me vel per alios inpetam vel aliqualiter inpugnabo. nec ecclesiam vpsalensem super possessione predicte curie & predij memoratj aliqualiter perturbabo, renuncians omni juri & accioni mihi in hac parte competenti, siue ex testamento siue ab intestato, seu donacione vel quocumque alio titulo predictum predium me contingat Jn cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum, fratrum predicatorum conuentus sictonensis, & ffratris israelis lectoris ibidem, vna cum sigillo communitatis sictoniensis, ad meam instanciam presentibus sunt appensa, Datum anno domini, M°,CC°. Nonagesimo. Quinto, tercia dominica quadragesime.

Sigillen N:o 1, 3 bortfallna; N:o 2 andeligt, skadadt.

1130 1295 d. 6 Juni. Ekenäs.

Biskopen Ysars i Strengnäs och Lagmannen Johannes Ingewaldssons i Södermanland arfskifte emellan Dan Jonsson och Eric Petersson.

A. 6. a 1. 1.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ysarus dei gracia episcopus Strengnensis & Johannes Ingevalsson legifer Sudhirmannie.

Salutem in domino sempiternam. Constitutis in nostra presencia. Domino, Dan. Joons son & Erico pæters son super negocio diuisionis hereditarie inter ipsos iam resuscitato licet prius difinito per dominos Marskalcum benedictum legiferum vsgocie & alios de consilio domini regis nostre autem cognicioni denuo per consiliarios regis commisso ac ipsis in nos compromittentibus tenore presenciuum declaramus bona inter ipsos iuxta priorem eciam difinicionem in hunc modum iam diuisa videlicet quod dominus Dan. habeat in suecia. Kithlinge, Sebÿ, Kangor, & quinque solidos terre in vdbÿ. per addicionem nostram & in vsgocia rodhestæ, sveæstade. sighvalstade. in vesgocia. cum terris in deghiorø. & holmgersthorp. vesbÿ. & molendinis in hakafors ac curia linkæløsø. per addicionem domini Marskalki ac aliorum protectorum. Jnsuper Ericus habere debeat in suecia & in vsgocia pro duabus porcionibus. videlicet comblæ, hithinzø, nesthnæ. cum molendinis ibidem. & terra in øknom, myryby, ekehamar, biærghæ cum terra in geztæ, sigvalstadæ in vsgocia. Rænnæfiællæ, stemnæ, burgunde cum terra in gasaløt. brytheke & in guthagarthom. lundby. raby holmborgæthorp, cum molendinis in rytlø & comblom. & terra in Othinsø & Tangestom. Cetera uero predia hic non contenta debent diuidi inter eos secundum leges terre. hanc autem premissorum ordinacionem obseruandam irreuocabilem sentencialiter prouulgamus in cuius rei testimonium sigilla nostra. & sigilla eorundem presentibus sunt appensa. Actum Ekenes. anno domini M°CC°XL *) quinto die beatorum martirum. Primi. & feliciani.

Sigillen 1—4 finnas; de 2:ne sista skadade.

1131 1295 d. 9 Juni. Stockholm.

Henric Glysings bref med tillkännagifvande att han till St. Claræ kloster i Stockholm emot full betalning afstått Snyterstads gård, hvilken han af Konung Magnus erhållit i pant för 114 mark rent silfver Cölnisk vigt.

A. 3. f. 2. 1

Omnibus presentes litteras inspecturis, Henricus dictus Glysing, salutem & omne bonum. Tenore presencium notum facimus vniuersis, nos curiam snytarstad, quam nobis Dominus Magnus felicis memorie quondam Rex swecie illustris pro quadam summa argenti, centum videlicet & quatuordecim Marchis puri & examinati argenti in pondere coloniensi, impignorauit, dimisisse & assignasse sororibus sancte Clare in stokholm quibus ipse dominus Rex prefatam curiam contulit, nobisque esse in summa predicti argenti a supra-

*) Så tecknas årtalet för M°CC°.

dictis sororibus, plenarie satisfactum. Jn cuius rei testimonium sigilla nobilium virorum, dominorum, Thuriri ketilsson & Nicholai ffratris suj qui cum pluribus fidedignis tunc presentes aderant, vna cum sigillo nostro presentibus sunt appensa. Datum Stokholm. Anno domini. M°.CC°.XC°.V. Quinto Jdus Junij.

Sigillen i grönt vax N:o 1, 2, 3 mer och mindre skadade, å röda och gröna silkestrådar.

1132. 1295 d. 17 Juni. Nyköping.

Konung Birgers stadfästelse på förenämnde afhandling om Snyterstads gård.

A. 3. f. 1. 8.

Omnibus presentes litteras inspecturis Byrgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex, salutem & omne bonum. Tenore presencium notum esse volumus vniuersis, quod felicis recordacionis Dominus & pater noster Magnus quondam Rex swecie Curiam quandam que vocatur snytærstad impignorauit domino Henrico dicto glysing pro centum & quatuordecim Marchis puri & examinati argenti in pondere coloniensi, ipsam que Curiam sic impignoratam postmodum pro dote contulit monasterio sancte Clare in stokholm, super qua donacione, litteras predicti domini & patris nostri vidimus, sigilli sui munimine roboratas. Sed quia labente temporis curriculo, prefatus dominus & pater noster, antequam dictam Curiam redimeret, vocante domino, morte preuentus est, sorores nominati monasterij ipsam curiam, a prefato domino henrico glysing, ad vsum & ius ipsius monasterij, pro tanta summa argenti, videlicet, centum et quatuordecim marchis puri & examinati argenti in coloniensi pondere, redemerunt, Nos igitur supramemorati & sepe memorandi domini & patris nostri, pia vota & sancta desideria mentis acumine contuentes, in ipsis que succrescere cupientes, hanc suam donacionem ratam & gratam habentes, confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Jn cuius rei testimonium, sigilla, nostrum videlicet & dilecti Marsalchi nostri domini Thyrgilli knutson, presentibus sunt appensa. Datum Nycopie. Anno domini. Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo quinto. Jn die beati Botulphi abbatis.

Stycken af sigillen 1, 2. i grönt vax, hänga på röda och gröna silkessnodder.

1133. 1295 d. 28 Juni.

Marskalken Thorkel Knutssons befallning till dem, inom hvilkas område Wreta klosters gods funnos, att icke af dessa gods fordra spannemåls gengärd eller andra Kongl. utskylder.

A. 3. t. 7.

Th. Knutson illustris Regis swecie marscalcus omnibus sub quorum iuridicione bona domine abatisse de Wretum sita sunt salutem in domino.

discrecionem vestram requirimus & rogamus quatinus spannamala gingerdh seu alias contribuciones regales a bonis prefate domine nullatenus exigatis. nostre peticionis intuitu speciali. Quod si feceritis hec penes vos grata vicissitudine promereri volumus. & rem nobis gratam vos fecisse reputamus. scriptum anno domini. M°.CC°. Nonagesimo quinto in vigilia apostolorum petri & pauli.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1134. 1295 d. 16 Juli.

Röd Keldorsons förklaring till öfverenskommelsen om det af Israel Peterssons förmyndare honom medgifna begagnandet af Tensta qvarnström, med försäkran att, när så påfordrades, densamma åter afstå.

A. 6. a. 2. 19.

Omnibus presentes litteras inspecturis RØD KŸELDORSON salutem in domino ihesu christo Tenore presencium recognosco & constare volo omnibus quorum interest, quod partem torrentis decurrentis apud tenstæ Jsraeli pætersson attinentem, quam retroactis temporibus honorabiles viri magister Andreas prepositus vpsalensis & dominus Bŷrgerus legifer tunc procuratores & tutores eiusdem Jsraelis mihi amicabiliter & liberaliter ad molendina mea in tenstæ. commodarunt Jsraele predicto adhuc tunc existente minore annis & bona sua nondum regente: exnunc de sola beniuolencia & liberalitate ipsius Jsraelis teneo & habeo paratum me semper promittens ad restituendum & deliberandum sibi partem torrentis predictam quandocumque sibi placuerit eandem repetere & habere, Jn cuius rei testimonium presentes litteras sibi dedi: sigillo meo consignatas ad premissorum euidenciam pleniorem. Datum & actum anno domini M°.CC°.XC°.V^to^. in diuisione apostolorum.

Den ur brefvet klippta remsan med sigillet är bortrifven.

1135. 1295 d. 23 Juli. Anagni.

Biskop Johans dom, hvarigenom Nils Allesson frikallas från den öfver honom och Dom-Capitlet i Upsala af Ärke-Biskopen i Lund gifna dom, och förklaras värdig att bekläda Biskops- och Ärkebiskops-Embeten.

A. 2.

Johannes miseracione diuina Tusculanus Episcopus. Vniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Dudum pro parte venerabilis Patris vexionensis Episcopi, suffraganei ecclesie vpsallensis, tunc Pastoris regimine distitute, et Nicolay vadulfi Canonici scarensis, ex diuersis causis, & grauа-

minibus, que a Preposito & Capitulo eiusdem vpsallensis Ecclesie, eisdem Episcopo & Canonico dicebantur illata, contra ipsos Prepositum, & Capitulum, ad venerabilem Patrem Archiepiscopum lundensem, ut dicitur ex . . . appellatum, qui pretendens ad se cognicionem causarum huiusmodi pertinere, eosdem Prepositum & Capitulum asseritur . . cisse citari, ut certo termino, per se, uel per procuratorem ydoneum, coram eodem Archiepiscopo . . . . . predictis causis appellacionum prefatis Episcopo & Canonico, exigente iusticia responsuri. Et quia prefati Prepositus et Capitulum a citacione dicti archiepiscopi Lundensis qui in Regno Dacie Metropolitanus existit nec in dicta vpsallensi Ecclesia neque in Regno Suecie aliquam ut asserebant dicitur iurisdictionem habere de consuetudine uel de iure, eosdem Prepositum & Capitulum, citare facere non poterat, nec debebat, reputantes indebite se grauari, contra Archiepiscopum Lundensem, & Episcopum, & Nicolaum prefatos, pluries & legitime, ad sedem appostolicam, appellarunt, seu pro parte ipsorum extitit appellatum. Idem uero Archiepiscopus appellacionibus huiusmodi omnino contemptis, in prefatos Prepositum excommunicacionis, in Capitulum uero Vpsallensis ecclesie, suspencionis, sentencias dicitur promulgasse. Causis autem huiusmodi inter quas discutiendum concurrebat causa iuris primatie, que est inter magis arduas computanda, ad apostolicam sedem, deductis, pro parte predictorum Prepositi & Capituli, fuit felicis recordacionis domino Nicolao, pape Quarto humiliter supplicatum, ut cum propter Judicum & locorum inopiam, sine magnis personarum & rerum periculis non possent in partibus suecie uel Dacie cause huiusmodi terminari, in causis ipsis appellacionum, & negocij principalis, ac super annullacione dictarum sentenciarum excommunicacionis, & suspensionis, siquas idem archiepiscopus Lundensis de facto cum de iure nequiuerit, in eosdem Prepositum & Capitulum ut dicebatur protulerat, dignaretur unum de dominis Cardinalibus concedere auditorem, qui causas ipsas audiret, & debito fine decideret, ac irritaret, & vacuaret, irritas, & uacuas nunciaret sentencias supradictas, necnon beneficium restitutionis in integrum concederet si in dictis causis pro parte dictorum Prepositi & Capituli peti contingeret principaliter uel etiam incidenter, & esset concedendum de iure, et quod idem auditor dare posset dictis Preposito & Capitulo absolutionis beneficium ad cautelam, non obstante quod cause ipse de sui natura non erant ad Romanam curiam deuolute. Idem autem dominus Nicolaus, sanctissimum patrem, & dominum nostrum, dominum Bonifacium, papam VIII. tunc dominum Benedictum. tit. sancti Martini in Montibus Presbiterum Cardinalem, dedit in causis ipsis, iuxta formam & tenorem petitionis huiusmodi auditorem. Demum uero post aliquos processus habitos in causis predictis, eodem domino Nicolao uiam uniuerse carnis ingresso, & predicto domino Bonifacio ad apicem summi apostolatus assumpto, idem domi-

nus Bonifacius causas ipsas in eo statu, in quo fuerant coram ipso, iuxta formam & tenorem petitionis supradicte nobis audiendam commisit Cumque postmodum venerabilis vir dominus Nicolaus tunc decanus predicte vpsallensis Ecclesie, per Capitulum ipsius, electus esset in eiusdem Ecclesie archiepiscopum, & Pastorem, et pro huiusmodi prosecutione electionis ad Romanam Curiam accessixet, et in eadem Curia pro prosecutione electionis ipsius, aliquandiu mora protracta, tamdem omni Juri quod sibi in electione huiusmodi competebat, in manibus eiusdem domini nostri renunciauit expresse, Qua per ipsum dominum nostrum renuntiatione recepta, idem dominus noster nobis commisit oraculo uiue uocis, ut predictam suspencionis sententiam, si qua fuerat, et quatenus predictum dominum Nicolaum tunc Decanum tetigit, relaxaremus ad cautelam, ipsumque ad Archiepiscopalem & Episcopalem dignitates habilem, auctoritate sua reddere curaremus. Nos itaque mandatis eiusdem domini nostri humiliter obedire uolentes, predictam suspensionis sententiam siqua fuit, et in quantum predictum dominum Nicolaum tetigit, auctoritate predicta relaxamus ad cautelam, & relaxatam per presentes denuntiamus, ipsumque ad Archiepiscopalem & Episcopalem habilem reddimus dignitates. Jn Cuius rei testimonium presentes litteras mandauimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Anagnie. Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo Quinto Jndictione VIII. die XXIII Mensis Julij Pontificatus predicti domini Bonifacij pape VIII. Anno Primo.

Sigillet i rödt vax, något skadadt.

1136. 1295 d. 17 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIIIs Bulla, hvarigenom Nils Allesson utnämnes till Ärke-Biskop i Upsala, hvarjemte Pallium öfverlemnas, och Cardinalen Biskop Johan förordnas att förrätta invigningen.

F. 1. 346. An. 1. Ep. 384.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Nicolao Archiepiscopo Vpsallensi Salutem &c.

Cor nostrum jocunditate perfunditur, et in Domino ex intimis exultamus eum ipso faciente, qui concordiam in sublimibus operatur, in Ecclesiis vacantibus personas concorditer eligi contingit ydoneas in pastores, ad quarum expeditionem celerem nos in plenitudine sollicitudinis superna dispositione vocati, officii nostri debitum, vigilanti studio impartimur. Sane bone memorie Fratre Johanne tunc Aboensi Episcopo, qui post obitum pie memorie Magni Vpsallensis Electi et consecrati, ac dilectis filiis... Preposito, et Capitulo Vpsallensis Ecclesie, ad ipsius Ecclesie regimen concorditer extitit

postulatus, ante receptionem pallei viam universe carnis ingresso, prefati Prepositus et Capitulum vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa ut moris est convenientes in unum et Spiritus Sancti gratia invocata, deliberantes in hujusmodi negotio per viam scruptinii procedere, Tres ex dicto Capitulo videlicet Everardum Presbiterum, Gerardum Diaconum, et Emingum Subdiaconum Canonicos ejusdem Ecclesie, ad scrutandum ea vice, et singulorum omnium vota unanimiter et concorditer elegerunt, qui secedentes in partem, votis ipsorum, et omnium singulorum exquisitis, te tunc Decanum ipsius Ecclesie in remotis agentem in eorum et predicte Vpsallensis Ecclesie Archiepiscopum elegerunt, contra quam electionem de te factam, et ejus processum per dilectum filium Karolum Edandi Canonicum ipsius Ecclesie tunc in Romana Curia existente extitit appellatum, et negotio ipso ad Sedem eandem legitime devoluto, dilectus filius Frater Petrus de Murrone tunc Celestinus PP. V. Predecessor noster, causam electionis hujusmodi nobis tunc tituli S. Martini in Montibus Presbitero Cardinali discutiendam commisit, nobis itaque ante discussionem plenariam electionis predicte sicut Domino placuit ad apicem apostolatus assumptis, tu cupiens tue provideri quieti, juri si quod tibi in electione hujusmodi extiterat acquisitum in nostris manibus renuntiasti expresse. Nos autem hujusmodi renuntiatione recepta, ad provisionem ipsius Ecclesie salutarem debita solertia consurgentes, ut ipsam advertamus a dispendiis que solent Ecclesiis ex vacatione diutina provenire, in te tunc Decanum ipsius Ecclesie ut premittitur, quem fidedignorum testimonio accepimus virtuosum, oculos direximus nostre mentis, sperantes in Domino, quod per ministerium tue sollicitudinis et virtutis prefata Ecclesia in prosperitatem consurget optatam, et brachio consolationis subnixa in spiritualibus et temporalibus auctore Domino gratis proficiet incrementis, Te ipsi Vpsallensi Ecclesie de fratrum nostrorum consilio, preficimus in Archiepiscopum et pastorem, tue providentie curam et administrationem ipsius Ecclesie spiritualiter et temporaliter committendo, ac postmodum tibi a Ven. Fratre nostro J. Tusculan. Episcopo de mandato nostro munere consecrationis impenso, palleum de corpore B. Petri sumptum insigne pastoralis officii, a te cum ea qua decuit instantia postulatum tibi per dilectos filios Matheum Sancte Marie in Porticu Guillelmum Sancti Nicolai in Carcere Tullian., et Benedictum Sanctor. Cosme et Damiani Diaconos Cardinales, fecimus exhiberi, salvo jure Ecclesie Lundensis que in eadem Ecclesia Vpsallensi ius primatie asserint se habere, Fraternitatem tuam rogamus et hortamur in Domino, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus curam et administrationem ipsius Ecclesie tue fidelitati commissas, devote suscipiens, sic prudenter gerere studeas, ipsarum-

que

que onus prudentius supportare, ut in grege tibi commisso multiplicato talento superni adjutus auxiliis una cum grege ipso merearis in districto examine ad gloriam sempiterne letitie introduci. Datum Anagnie XVI Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

1137. 1295. d. 17 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Dom-Prósten och Dom-Capitlet i Upsala om Nils Allesons utnämning till Ärke-Biskop.

A. i. a. i. 44.

Bonifatius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs.. Preposito et Capitulo Ecclesie vpsallensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cor nostrum iocunditate perfunditur, et in domino ex intimis exultamus, cum ipso faciente qui concordiam in sublimibus operatur in ecclesijs uacantibus personas concorditer eligi contingit ydoneas in pastores, ad quarum expeditionem celerem nos in plenitudine sollicitudinis superna dispositione uocati officij nostri debitum uigilanti studio impertimur. Sane bone memorie fratre Johanne tunc Aboensi Episcopo, qui post obitum pie memorie Magni vpsallensis electi, et consecrati, a uobis ad ipsius vpsallensis ecclesie regimen concorditer extitit postulatus, ante receptionem pallei uiam uniuerse carnis ingresso, uos uocatis omnibus qui uoluerunt, debuerunt, et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est conuenientes in unum, et spiritus sancti gratia inuocata, deliberantes in huiusmodi negotio per uiam scrutinij procedere, Tres ex uobis uidelicet Euerardum presbiterum, Gerardum Diaconem, et Hemingum subdiaconem, Canonicos eiusdem ecclesie ad scrutandum ea uice sua et singulorum omnium uota, unanimiter et concorditer elegistis, qui secedentes in partem, uotis ipsorum et omnium uestrum exequisitis venerabilem fratrem nostrum, Nicolaum archiepiscopum vpsallensem, tunc Decanum ipsius ecclesie, in remotis agentem, in uestrum, et predicte vpssallensis ecclesie archiepiscopum elegerunt, contra quam electionem de ipso factam, et eius processum per dilectum filium Karolum Erlendi Canonicum ipsius ecclesie, tunc in Romana Curia existentem, extitit appellatum, et negotio ipso ad sedem eandem legitime deuoluto, dilectus filius frater Petrus de Murrone tunc Celestinus papa Quintus, precessor noster, causam electionis huiusmodi nobis tunc tituli sancti Martini in Montibus presbitero Cardinali, discutiendam commisit. Nobis itaque ante discussionem plenariam electionis predicte sicut domino placuit ad apicem apostolatus as-

sumptis, idem archiepiscopus cupiens sue prouidere quieti, iuri siquod sibi in electione huiusmodi extiterat acquisitum, in nostris manibus renuntiauit expresse. Nos autem huiusmodi renuntiatione recepta, ad prouisionem ipsius ecclesie salutarem debita solertia consurgentes, ut ipsam auerteremus a dispendijs que solent ecclesijs ex uacatione diutina prouenire, in eundem archiepiscopum tunc Decanum ipsius ecclesie ut premittitur quem fidedignorum testimonio accepimus uirtuosum, oculos direximus nostre mentis, sperantes in domino quod per ministerium sue sollicitudinis, et uirtutis, prefata ecclesia in prosperitatem consurget obtatam, et brachio consolationis subnixa, in spiritualibus et temporalibus auctore domino gratis proficiet incrementis, eundem Nicolaum ipsi vpsallensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio prefecimus in Archiepiscopum et pastorem, sue prudentie curam et administrationem ipsius ecclesie spiritualiter et temporaliter committendo, ac postmodum sibi a venerabili fratre nostro J. Tusculanensi Episcopo, de mandato nostro munere consecrationis impenso pallium de corpore beati sumptum, insigne pastoralis officij, ab eo cum ea qua decuit instantia postulatum, sibi per dilectos filios nostros Matheum sancte Marie in Porticu, Guillelmum sancti Nicolai in Carcere Tullianensi, et Benedictum sanctorum Cosme et Damiani Diaconos Cardinales fecimus exhiberi. Saluo iure ecclesie Lundensis, que in eadem vpsallensi ecclesia ius primatie asserit se habere. Quocirca vniuersitatem uestram rogamus et hortamur attente per apostolica uobis scripta mandantes, quatinus eundem Archiepiscopum tanquam patrem et pastorem animarum uestrarum cum ad uos uenerit deuote suscipientes, obedientiam sibi et reuerentiam debitam impendatis, ipsius salutaribus monitis et mandatis humiliter intendendo. Alioquin sententias quas idem Archiepiscopus propter hoc rite tulerit in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Anagnie XVI Kal. Septembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Bullan borta, jemte snöret, hvarpå den hängt.

På uppvecket: J. de ver. *På baksidan:* Helyas de Spoleto. R, Capitulo CCCLXXXIII.°

1138—1142. 1295 d. 17 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIII:s Bullor till folket och till Presterskapet i Upsala stad och stift till Lydbiskoparne, till Konungen och till Hertigen i Sverige, af samma innehåll med de föregående, angående Ärke-Biskops utnämningen.

F. 1: 349.

In eodem modo (sc. ac præced. N:o 1136, 1137) *dilectis filiis Populo Civitatis et Dioc. Vpsallensis.*

In eodem modo Dilectis Filiis Clero Civitatis et Dioc. Vpsallensis.
In eodem modo Venerab. Fratribus Vniversis Suffraganeis Ecclesie Vpsallensis.
In eodem modo Carissimo in Christo Filio . . . Regi Svecie Illustri.
In eodem modo Dilecto Filio Nobili Viro . . Duci Svecie.

1143. 1295 d. 28 Oct. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Ärke-Biskopen Nils i Upsala, med tillstånd att inom stiftet bortgifva andeliga värdigheter och lediga embeten, hvilka enligt Lateranska mötets beslut voro Påfliga stolen förbehållna.

A. 1. a. 44.

Bonifatius episcopus seruus seruorum dei. venerabili fratri .N. Archiepiscopo vpsalensi, salutem et apostolicam benedictionem. Tuam uolentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum alijs prouidere, conferendi hac uice per te uel per alium aut alios personis ydoneis omnia beneficia ecclesiastica cùm cura uel sine cura etiam si personatus uel dignitates existant que in tua Ciuitate et diocesi tanto tempore uacauerunt, quod eorum collatio est ad sedem apostolicam secundum Lateranensis statuta concilij legitime deuoluta, ita quod singulis singula beneficia conferantur, ac inducendi personas ipsas in ipsorum beneficiorum corporalem possessionem, et inductas etiam defendendi, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem ipsis ad iudicjum sicut iustum fuerit primitus euocatis, Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi. Non obstantibus si aliquibus ab eadem sede indultum existat quod interdici suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem, et quauis alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscumque tenoris *exi*stat per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus presentium impediri ualeat uel differri, et de qua cuiusque toto tenore de uerbo ad uerbum in presentibus habenda sit mentio specialis, fraternitati tue plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum V kalend. Nouembris Pontificatus nostrj Anno Primo.

Blybullan qvar på segelgarnssnöre.

På uppvecket: .F. R. *På baksidan:* Helyas de Spoleto. R, Capitulo cccccxxxix.

1144. 1295 d. 28 Oct. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla, med tillstånd för Ärke-Biskop Nils i Upsala att rena oskärade kyrkogårdar.

A. 1. a. 42.

Bonifatius episcopus seruus seruorum dei. venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Vpsalensi, salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis affectus quem ad nos et apostolicam sedem te gerere nouimus nos inducit ut tibi specialem gratiam faciamus. Cum itaque sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis frequenter contingat ecclesias et earum cimiteria tue Ciuitatis et diocesis per effusionem sanguinis uel seminis uiolari tibique difficile sit et graue interdum ad ea reconcilianda accedere cum eadem diocesis sit diffusa. Nos tuis supplicationibus inclinati, ut ecclesias et cimiteria memorata, quociens ea taliter uiolari contigerit et tu ea personaliter reconciliare nequiueris possis per aliquam personam ydoneam in dignitate constitutam ea reconciliari facere, a qua prius ut moris est per te benedicta tibi auctoritate presentium indulgemus, volumus tamen quod constitutioni que precipit id per Archiepiscopos uel Episcopos fieri tantum per hoc imposterum nullum preiudicium generetur. Presentibus post Quinquennium minime ualituris. Datum Rome apud sanctum Petrum V kal. Nouembris Pontificatus nostrj Anno Primo.

Bullan bortfallen, segelgarnet qvar.

På uppvecket: .F. R. *På frånsidan:* Helyas de Spoleto.

1145. 1295 d. 28 Oct. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla, om ett år och 40 dagars aflat för botfärdiga, som besöka Upsala Domkyrka.

A. 1. a. 41.

Bonifatius episcopus seruus seruorum dei. Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. salutem et apostolicam benedictionem. Uite perennis gloria qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium supernorum a redemptis pretio, sanguinis fusi de pretioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri uirtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur quod ubique sed precipue in sanctorum ecclesijs maiestas altissimi collaudetur. Cupientes igitur ut Cathedralis ecclesia vpsalensis que in honore beatorum Martirum Laurentij et Erici dicitur esse constructa congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in die Cene domini, et singulis predictorum Martirum,

et beate Marie uirginis festiuitatibus, ac commemoratione omnium sanctorum que in kal. Nouembris annis singulis celebratur, et per Octo dies festiuitates ipsas immediate sequentes causa deuotionis accesserint annuatim, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, auctoritate confisi vnum annum et Quadraginta dies, de iniunctis eis penitentijs misericorditer relaxamus. Datum Rome apud sanctum Petrum V kal. Nouembris Pontificatus nostrj Anno Primo.

På uppvecket, i hörnet; .F. R. Blybullan hänger på röda och gula silkestrådar.

På frånsidan: Helyas de Spoleto. R, Capitulo cccccxxxv^{o}.

1146. 1295 d. 28 Oct. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Upsala, Strengnäs och Westerås stift, om 40 dagars aflat för dem, som lemna understöd till Upsala Domkyrkobyggnad.

B. 2: 208.

Bonifacius episcopus seruus seruorum dej Vniuersis christi fidelibus per vpsalensem strengenensem et arosiensem ciuitates et dioceses constitutis, salutem et apostolicam benedictionem Quoniam vt ait apostolus omnes stabimus ante tribunal christi recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordĩe operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam Cum itaque sicut venerabilis frater noster nicolaus archiepiscopus et dilecti filii capitulum vpsalense nobis significare curarunt, ipsi ecclesiam vpsalensem nimia vetustate consumptam, de nouo, reedificare inceperint, opere plurimum sumptuoso, ad quod fidelium suffragia esse dinoscuntur plurimum oportuna, vniuersitatem vestram rogamus et hortamur in domino in remissionem uobis peccaminum jniungentes, quatinus de bonis uobis a deo collatis, pias ad hec elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, vt per subuencionem uestram, opus huiusmodi, valeat feliciter consumari, et uos per hec, et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentes vero litteras mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere iuribus decernentes datum rome apud sanctum petrum quinto kal. Nouembris pontificatus nostri anno primo.

1147. 1295 d. 3o Oct. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla, med tillstånd för Ärke-Biskopen Nicolaus i Upsala att bära pallium.

F. 1: 35o. An. 1. Ep. 534.

Bonifatius &c. Venerabili Fratri Nicolao Archiepiscopo Vpsalensi Salutem &c.

Apud Sedem apostolicam tua sinceritas per grata devotionis studia promeretur, ut personam tuam favore benivolo et decentis honoris gratia prosequamur. Hinc est quod dignum arbitrantes et congruum, ut apud Nos specialis favoris gratiam te gaudeas invenisse, tuis supplicationibus inclinati, ut in Sancti Nicolai Confessoris, et Beate Katerine Virginis festivitatibus, nec non et in singulis Cathedralibus Ecclesiis tue Provintie, cum ipsam te visitare, et sollemniter in eis Missarum sollemnia celebrare contigerit, palleo uti possis liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Rome apud Sanctum Petrum III Kal. Novembris Anno Primo.

1148. 1295 d. 4 Nov. Sigtuna.

Johan Elofssons, såsom förmyndare för sin broders barn, Johan Ingewaldssons, m. fl. arfvingars godkännande af Fru Christinas testamente i hvad det angick Herr Birger Petersson, samt Birger Petersssons för sina arfvingars räkning gifna qvitto på utbekommen full arfslott.

A. 6. a. 2: 2o.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Johannes Elefson de ordine militum christi tutor et responsalis filiorum fratris sui, et nepotum suorum in negocio jnfrascripto, Johannes Jngiualdson ex parte fulconis jonson, et fulco ipse, Philippus de Runby ex parte filiorum suorum, Magnus gregorisson ex parte vxoris sue (Birgerus pætærsson *), Jngo burswen, salutem in domino sempiternam, Notum facimus per presentes quod conuenientibus nobis sictonie anno domini, M°.CC°.XC°.V°. feria sexta proxima post omnium sanctorum in exequijs domine cristine felicis recordacionis, filie predicti domini Johannis Elefson super diuisione hereditatis ipsius domine .C. taliter fuit inter nos diligenti deliberacione prehabita. ac de consilio discretorum placitatum & negocium finaliter terminatum videlicet quod nos tutores predicti. heredum dicte Cristine habentes plenariam potestatem ex parte predictorum heredum approbauimus & ratificauimus ordinacionem factam per

*) Namnet Birgerus Pætærsson är i originalet underprickadt.

dictam dominam .C. in testamento suo de duabus curiis .s. Edh. et vnø cum molendino & pratis in hamu. quas dicto domino, B. pætærsson Marito suo pro redempcione legatorum in dicto testamento ipsa domina .C. reliquit, reddentes ipsum dominum .B. & heredes suos quittum & liberum a quacumque inpeticione nostra, & heredum predictorum quorum tutores & responsales sumus in hac parte que in posterum moueri potest super curiis. Molendino. et pratis supradictis, Jtem ordinauimus & ratum habemus ex parte predictorum heredum. quod dicti heredes porcionem hereditariam que secundum leges patrie contingebat dictam dominam .C. jn bonis sepedicti domini .B. non expetant. nec occasione cujuslibet commutacionis seu diuisionis in posterum ipse dominus .B. vel heredes sui, per nos vel per heredes predictos super inpeticione porcionis hereditarie predicte aliquatenus molestetur, Ego autem Birgerus pætærsson reddo liberos & quittos heredes sepedicte vxoris mee ab inpeticione porcionis hereditare que me vel heredes meos secundum leges patrie in bonis ipsius vxoris mee contingebat, huic autem nostri placitacionj et ordinacionj presentes fuerunt venerabilis vir Magister Andreas prepositus vpsalensis, dominus Rødh, Dominus orestes frater eius, dominus karolus Erlendsson, dominus johannes angelus, frater israel lector sictoniensis, haquinus legifer. Eskil skielghi, Carl høcher, olaws in Ekibÿ, Johannes gasabogh, Johannes chobucher. olaws de languthoru, et sixtæn, Jn huius eciam rei robur. & ampliorem euidenciam sigilla nostra vna cum sigillis predicti Magistri Andree dominorum Rødh, orestis, karoli, Erlensson presentibus sunt appensa, Actum, Anno, die, et loco supradictis.

Sigillen: 1, 4, 10, 11. andeliga, skadade; 7, 8, 9 bortfallna; 2, 3, 5, 6, mindre skadade.

1149. 1295 d. 14 Nov. Kusta.

Biskopen i Åbo MAGNUS I:s stadfästelse af Biskop Thomæ bref rörande en jordlott i Masko och Taypale.

B. 5: 102.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris MAGNUS dei gracia episcopus Aboensis Salutem in domino sempiternam Noueritis nos litteras felicis recordacionis thome quondam aboensis episcopi vidisse sub hac forma THOMAS &c. *Se föregående N:o* 291. Et quia heres predicti cappellani super confirmacione donacionis predicte nobis institit rogans Quatenus nos eandem donacionem dignaremur confirmare Nos inspecta donacione prefata predecessorum nostrorum nec non confirmacione eorundem ipsam cum racione confirmacionis & sepedicte cum eciam propter meritum vilhelmi heredis cap-

pellani supradicti cum ipse temporibus dominj iohannis bone memorie predecessoris nostri quandam mansionem que saris vocatur ecclesie nostre Aboensi contulerit sepedictam donacionem predecessoris nostri auctoritate qua fungimur confirmamus Datum jn Custu Anno dominj M°CC°XCV die lune proxima ante festum sancti martini. jn horum euidenciam ampliorem Sigillum nostrum cum sigillo Capituli nostri Presentibus litteris est appensum.

1150. 1295 d. 29 Nov.

Ingevalds af Mosseboda bref på en gård till Wreta kloster i byte mot Karleby.

A. 3. t. 1.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Jngiwaldus de mossebudem salutem & omne bonum. Quia predia nostra que in harbethe habuimus comutauimus cum domina abbatissa de wretum pro prediis que habentur in karleby & hoc coram testibus fecimus viris discretis & honestis commisimus ei in perpetuum predicta predia in herbothe possidenda. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrorum amicorum duximus apponendum. Datum anno domini M°.CC°.XIC°.V°. jn vigilia sancti andree apostoli.

Sigillet bortfallet tillika med den ur brefvet klippta remsan.

På frånsidan: Harbeto.

1151. 1295 d. 28 Dec. Linköping.

Johan Ingesson och dess hustru Helenas gåfvobref på Berga i Kettilstads socken, samt Utala, och Björkefors qvarnar till Biskopsbordet i Linköping, och Konungens stadfästelse å samma gåfva.

B. 3: 113.

Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes jngason & vxor sua Helena salutem in domino Tenore presencium constare volumus euidenter, Quod nos ob dei & apostolorum eius petri & pauli Reuerenciam, de propinquorum & amicorum consilio curias nostras videlicet byergæ in parochia kætilstad cum omnibus suis pertinenciis Et vtalæ cum molendinis in birkyffors colonis siluis pratis nec non pertinenciis earundem curiarum ceteris Ecclesie lincopensi pleno iure conferimus perpetuo possidendas Jta tamen quod vsus & vsu fructus penes nos quoad vixerimus remanent earundem Post mortem autem nostram ad proprietatem & dominium lincopensis ecclesie deuoluantur Ad confirmandam igitur donacionis huiusmodi & ad premissorum eui-

euidenciam pleniorem, Petimus omnj qua possumus instancia sigillis magnificj principis illustris regis swecie & domino *) th knutzson marscalcj swantapolk nicholai legiferi wærendensis & abernj sixten son presentes litteras roborari Actum lincopie Anno dominj M°CC°,CXV° **) quarta die natiuitatis dominj nostrj ihesu christi Nos igitur BIRGERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex hanc donacionem nostrj sigillj munimine duximus confirmandam inquantum legibus regnj & iuribus corone nullatenus dinoscitur derogare.

1152. 1295—1296.

Påfven BONIFACIUS VIII:s Bulla, om tre år och 120 dagars aflat för botgörare vid Åbo Domkyrka.

B. 5. 65.

Super Indulgencias trium annorum & totidem quadragenarum super certa festa Et in octauis.

. BONIFACIUS Episcopus seruus seruorum Dej Vniuersis christi fidelibus presentes litteras jnspecturis Salutem & apostolicam benediccionem Dum precelsa meritorum insignia quibus regina celorum virgo dej genitrix gloriosa sedibus prelata sidereis quasi stella matutina prerutilat deuote consideracionis indagine perscrutamur dum eciam infra pectorum archana reuoluimus quod ipsa vtpote mater misericordie & gracie pietatis amica ac humane generis consolatrix pro salute fidelium qui delictorum onere pregrauantur sedula oratrix & peruigil ad regem quem genuit intercedit dignum quin pocius debitum arbitramur vt ecclesias in sui nominis honorem dedicatas graciosis remissionum jnpendiis & indulgenciarum muneribus decoremus Cupientes igitur vt ecclesia aboensis in honorem beate marie virginis et sancti henrici Episcopi & martiris fundata honorifice constructa congruis honoribus frequentetur & vt christifideles eo libencius causa deuocionis confluant ad eandem quo ex hoc ibidem vberius dono celestis gracie conspexerint se refectos de omnipotentis dej misericordia & beatorum Petri & paulj apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus & confessis qui in natiuitatis eircumcisionis epiphanie resurreccionis ascensionis & corporis domini nostri ihesu christi pentecostes & natiuitatis & assumpcionis beate marie virginis predicte ac natiuitatis beatj iohannis baptiste & beatorum petri & paulj apostolorum predictorum sanctorumque henrici predicti & olaui regis & martiris ac dedicacionis ipsius ecclesie festiuitatibus & celebritate omni-

*) *I stället för* Domini. **) *Utan tvifvel för* M°CC°,XCV°.

um sanctorum neonon predictarum natiuitatis epyphanie resurreccionis &c. *ut supra**) henrici & olaui predictorum festiuitatum octauis & per sex dies predictam festiuitatem pentecostes jmmediate sequentes eandem ecclesiam deuote visitauerint annuatim singulis videlicet festiuitatum celebritatis & dedicacionis 3:s annos & totidem quadragenas octauarum vero & sex dierum predictorum diebus quibus ecclesiam ipsam annuatim visitauerint vt prefertur C dies de iniunctis eis penitencciis misericorditer relaxamus Volumus autem quod si alias visitantibus dictam ecclesiam uel ad eius fabricam manus porrigentibus adiutrices sev alias aliqua alia indulgencia in perpetuum uel ad certum tempus non dum elapsum duratura per nos concessa fuerit huiusmodi presentes littere nullius existant roboris uel momentj Datum rome Apud sanctum petrum Pontificatus nostri Anno Secundo.

1153. 1296 odat. Hammarö.

Lars Bosbergs gåfvobref på en äng i Thorshälla till Saba Kloster.

A. 3. b.

Vniuersis ad quorum audienciam presentes peruenerint. Laurencius. Bobyærgh. salutem in Domino Omnia negocia que pro tempore Geruntur ne cum processu temporis labantur litterarum testimonio solent perhennari jdcirco nouerint tam posteri quam presentes Me conuentui de Saba, vnum pratum contulisse ob meorum peccaminum & dilecte vxoris mee Cristine medelam & solamen, jllico *inquam* pratum quot prius molendinis attinebat & agello quem Dominus anundus Haraldsson dicto conuentui in thorshærgi erogauit jn cuius Rei confirmacionem siggillum meum presentibus est appensum Datum Hammarø anno domini. M°.CC°.XC°.VI°.

Af sigillet blott ett stycke qvar på den ur brefvet klippta remsan.

1154. 1296 d. 2 Jan. Stockholm.

Konung Birgers uppå den vederbörligen granskade Uplandslagen gifna stadfästelse.

J. 3: 109 **).

Omnibus præsentes literas inspecturis Birgerus Dei gratia SWeorum Gothorumque Rex salutem in Domino sempiternam. Licet legum veterum

*) *Med tillägg af* purificacionis *före* assumpcionis.
**) *Finnes äfven* 2) J. 3: 115; *samt utgifven af* 3) *Lundius*; *och* 4) *Messenius, Scond. Ill. XII: 146.*

non sit vilis autoritas interdumj tamen per [1]) processum temporum et humanæ propagationis successum conuictus mutuj modo et ordine variatis nec non insolitis aliquibus contingentibus [2]) casibus, nonnullis et antiquitatibus minus lucide traditis immutari [3]) quoque contingitt leges et statuta, quibus humanæ fragillitatis mores regulari et litigia quietarj competit æquitatis tramite obseruato. Quod profecto tam in Ecclesiasticarum quam Ciuilium traditionum abrogationibus, suppletionibus ac nouellis institutionibus clarius elucescit, Sane fidelis noster Dominus Birgerus legifær Tijundiæ ex parte omnium tria folkland Vplandiæ inhabitantium fide digna nobis insinuatione munstrauit [4]) in eorundem legibus per plura dispersis volumina continerj quædam rationj minus consona, iurj communj repugnantia, aliqua obscure tradita, et nonnulla vtentibus onerosa. Quare a nobis ea quæ decuit instantia omnium supradictorum nomine postulauit ut ipsorum in hac parte dispendiosis incommodis de specialj [5]) gratia oportunum adhibere remedium dignaremur. Et quamquam preces huiuscimodi ad exauditionis gratiam aliquo tempore distulimus [6]) admittere veterum legum inpertinentes variationes ac nouitatum inuentiones euitare volentes; Iteratis tamen antedictorum importunitatibus pulsatj, ac tandem multiplicium inconuenientium et grauaminum querulosis allegationibus inclinatj, petitionem porrectam duximus admutendam [7]), Porro vt debita adhiberetur diligentia, circa perpetuis temporibus, permansura præfato Domino Birgero legifero dedimus in mandatjs vt assumtis secum discretioribus de singulis folkland, discutiendis veteribus, ac nouis condendis, et compilandis legibus, daret operam efficacem, Quod [8]) promptitudine debita iussa complens Duodecim viros assumsit; videlicet de Tijundia, Magistrum Andream Præpositum Vpsalensem [9]), milites nostros Dn. [10]) Rödh Keldorsson et [11]) Benedictum Booson Vlf Langmanssonn [12]), Hagbardum de Sudherbij, Andream de Förekarlabij et Thorstanum de Sambro. Item de Acttundia [13]) militem nostrum [14]) Dn. Philippum de Rumbij Haquinum Legiferum Eskillum Skielgæ, Sigurdum Iudicem et Iohannem Gasabogh Item de Fiethrundia Vlphonem de Öthnustum, Götricum et Vluidum Iudicem. Cum his igitur omnibus diligentj indagine expleto discutionis [15]) editionis [16]), compilationis et examinationis negotio leges ipsas conuocato communj eorum, quorum intereratt placito in omnium [17]) audientia promulgarunt: Deinde absque contradictione qualibett consentientibus et acceptantibus omnibus, iterato ad nos habito recursu super insinuatione factorum ad omnium supradictorum instantiam et petitionem nomine trium folkland se-

---

[1]) propter 3. [2]) emergentibus 3, 4. [3]) permutari 3; mutari 4. [4]) monstravit 2, 3, 4. [5]) optabili 3. [6]) distulerimus. [7]) admittendam 2, 3, 4. [8]) Quare 3, 4. [9]) et *tills.* 4. [10]) Dominos 3. [11]) Dn. *tills.* 4. [12]) Lagmanson 4. [13]) *Andradt till* Attundia 1. Attundia 2, 3, 4. [14]) Nostros Milites 4. [15]) Discussionis 2, 3, 4. [16]) editionis 3. [17]) omni 3.

pedictorum nobis [18]) factam autoritate regia sepefatas leges autenticandas ac confirmandas duximus, easque obseruandas perpetuo præsentis schriptj patrocinio communimus, volentes vt [19]) eadem autoritate districte præcipiendo mandantes sub optentu gratiæ nostræ et animaduersione Regiæ vltionis, quatenus omnes ac singulj sepius memorata tria folkland inhabitantes non aliis sed eisdem legibus tanta petitis instantia, tam diligentj studio conscriptis, adeo vnanimiter acceptatis, rite approbatis, confirmatis, ac [20]) autenticatis a nobis, vtantur in iudicijs, causis et controuersijs quibuscunque. Volumus etiam et firmiter præcipiendo mandamus vt omnes et singuli Norræ rodhrinh [21]) inhabitantes sine contradictione qualibet vtantur legibus supradictis in cuius Rei euidentiam præsentes literas scribi fecimus, et Sigilli nostri munimine roborarj Datum Stokholmia Anno Domini MCCLXXXXVI. in octaua Beatj Stephani Protomartijris.

1154. *a*) *Öfversättning.*

J. 3 115 v. *).

Bijrger medh Gudz nådom Konunger Sweiã och Göthe, Helser alle them thette breff see medh Gudz qwedio och sinne. Thå att forne Laga rätter see wirdninga werdir, thå komber stundom swå till att vm skiptes then Laga Stadge som skippader är, till att rätte kranka manne sidi, och med iempnade afleggie manne missemio. Fortij såsom timmer lijder, och men fram falle, och andrir tilfödes, så ijmskes manne samwere. Förtij att i lagom timme kunne mångh nij fall hende, och ättir föri tij, att i gamblom lagom, hittis sompt medh fhåom ordom fullätt och som allunges nijskipatt. Nu hafwer wär troen tienesteman, Herre Birgir Tiunde Laghman oss trijggeliga kunnogatt, aff alra thera ælffuom, som boa och bijggie i treen Vplande Folklandom, att i thera lagom som Ströningiom hafdus i flerom bokom, hittes sompt eij allungis skeligit, sompt mijrklika saghat, och som tungt till ätt lijta. Och företij badh han Oss med mögelikom bedzlom aff alra therom alffwom fijre nempndir äro, att wij aff serlikom nådom, skipadin boot oss werdilika, och them torfflika, å mothe thessom thera tunga och åtarffuom, än wij dwaldom nåkre swå stundh thesse bon att höre, företij att wij wildom eij gamul lag oskäliko vmskipte, och eij onijttlika tillhitta. Tå omsi-

[18]) nobis *utesl.* 3. [19]) et 3, 4. [20]) et 4. [21]) *rättadt till* rodhrindh 1; rodhrinh 2, Norræ rodhxlindh 3; Norra Rodhin 4.

*) *Finnes äfven* J. 3: 110, *med någon olikhet i stafsättet. De varianter, som förekomma i Lag-Codices, upptagas i* Corp. Juris SvG. Ant. T. III af Dr. C. J. Schlyter.

der siden wij tiklaren ther om bidne warom, och oss mongfallelike wistes tunge och missfall är, meen hafdo aff them gamblo lag, thå goffwe wij iaqwede till bon thesse, Än ther till att görlika giordis thet som ewäritzlika wara skall. Tå budu wij Herre Birgiri Lagmanne, som i thesso brewe fijrra hawir nämdir warit, at han lagde win å medh them wittresto aff hwario Folklande, både att skuda, huat gamol lag warit haffwer, och så hwad i nijiom skulde skippas och samansetties. Han fulförde wårt bud medh werdskijldigom skulede *) och waldi, medh sär tolff man the här nämpnes, Aff Tiundelande, Mester Andrös Prowast aff Vpsalom, wåra Riddare, Herre Rödh Kelderson, Herre Benedict Booson, Vlff Lagmansson, Hagbard aff Suderbij, Andrös aff Förekarlabij, och Torstan aff Sambro. Aff Attundelande, warn [1]) Riddare, Herre Philpus aff Rumbij, Håken Lagman, Äskil Skiälga, Sighurd Domare, och Johan Gåsabogh. Aff Fiedrundelande, Vlff aff Ödnustom, Götrick och Vlwidin Domare. Sidan thessir allir haffdo omwältt, gamol lag skudat, Nij dictet [2]), samensat och ijuijset. Då lijsto ther them a tinge, them åhörende är vm wartade, Framdelis siden aller med samsätt och vthen gänmeli wither them lagom takit haffdo. Tå komo [3]) mån åter till war, och kunnugato oss huat i thesso mali lijst war. Nu eftir så giort och före bön aldre thera i treom folklandom bijgge, Då aff Konungliko waldi giwin [4]) wij fullan laga rätt och krafftt them samo nijo lagom, är i thesso brewi tickle nämd äro, och stediom och stadfestom, warnom och tröstom them till ewäritzlika alit, medh thesso breffz skjälom, Älles thå weliom wij och aff samo Konungliko waldi biudom starklika allom är bijgge i trem Folklandom i thesso breffwi tikle nämdom, att swå liuft är the wilie vndir warom nadom wara, och eij konunglika hemd tola, tå litin til ængra andra laga, i domom, sakom och aldra handa lamoloen [5]), vthen til thessa är medh swå magn faldre bön äro, aff oss fangin, med så mijcklom åthuga saman skriffwat, med swa almännilikt iakwede tilkomin, och aff oss swa ratlika stadd, stadgat och till fullen laga rätt skippat, Wij weliom framdelis och starklika biudom, att allir almennelika och huar om sig the är bijgge i Norrerodin lithin ath them same Lagom vthen all genmele. Nu ther till att thette see altt wittligtt, tå latom wij thette breff skriffwe och sterckie och fast göre [6]) ware insigle. Giffwit wort [7]) breff thette i Stokholme eftir wars Herre bijrd Tusand Åhrom, twemhundrade årom, och nijetije åhrom ther eftir å siette Åreno, Ottonda dag efter S. Steffans Dagh vm Jula timme.

---

*) skunde 110. — [1]) Warum 110. — [2]) Skriffuet 110 *tillsatt med annan hand.* — [3]) thär 110 *tills. med sednare hand.* — [4]) *För.* giwm. giffum 110. — [5]) Lagmoloom 110. — [6]) met *tills.* 110. — [7]) wartt 110.

1155. 1296 d. 8 Jan. Valir.

Ärke-Biskopen Nils Allessons i Upsala bref om Domprosten Andreas Ands dispositions-rätt öfver en tomt i Upsala.

A. 6. a. 2: 21.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis quod cum diuersos fundos concanonicis nostris assignaremus, quendam fundum in ciuitate nostra vpsalensi prope communem stratam apud amnem situatum, habentem molendina nostra ad orientem, et ecclesiam maiorem ad meridiem, viro discreto ac in christo nobis dilecto Magistro Andree nunc preposito ecclesie nostre pro fundis circumiacentibus ab ipso et per ipsum suis sumptibus comparatis, ex communi consensu nostri Capituli assignauimus et assignamus perpetuo possidendum, Dantes ei nichilominus potestatem liberam predictum fundum cum structuris et edificijs per eum in eisdem faciendis, ecclesiasticis personis quibuscumque placuerit donandi, legandi, seu alias qualitercumque visum ei fuerit, ad honorem et seruicium ecclesie disponendi et ordinandi pro sue libito voluntatis, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud valir anno domini M°.CC°.XC°.VI°. dominica infra Circumcisionem domini.

Af Sigillet ett stycke qvar på den ur brefvet klippta remsan.

1156. 1296. d. 17 Jan. Upsala.

Tiunda Lagmannen Israels Enkefru Ragnfrids salubref på åtskilligt till Upsala Domkyrka såldt gods.

A. 4 *).

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, RANFRIDIS relicta dominj israelis quondam tyundie legiferi Salutem in domino. Notum facio per presentes me predia & terras que subscribuntur, ecclesie vpsalensi pro pleno precio vendidisse videlicet Jn addaboli oram terre, Jn østerbỳ solidum terre, Jn kniuestum duos solidos terre, Jn asbỳ solidum terre, Jn grutubeckỳ oram terre, in brunnum duos solidos terre, Jn lenum. decem solidos terre cum dimidio, Jn braxta duos solidos terre, Jn risabỳ. quatuor solidos terre, in køristum sol. terre, Jn Ketilbernabodhum, duos sol. terre, Jn kumblum duas oras terre, pro quibus dedi dimidiam insulam suersø pro ora & vnum solidum in vikursedhi, & vnum solidum in skedwi & vnum solidum in haslum, Jtem in gimningi duos sol. terre. Jn karlabỳ dimidium solidum terre. Jn enibỳ. X. den. terre, Jn thorsholmi sol. terre. Jn diupuuik sol. terre. Jn aløpi dimidium sol. terre. Jn ekbỳ duos sol. terre. Jn alia villa que voeatur cumblum dimidium sol.

*) Finnes äfven i en vidimation af Ärkebisk. Nils i Upsala den 16 Apr. 1298.

terre. in næsi dimidiam oram terre. Jn thorslundum sol. terre. Jn husaby septem solidos cum dimidio terre. Jtem in næsi. duos sol. cum dimidio. pro hiis omnibus recepi precium Jn publico placito vpsalie & testes sev firmarii qui uulgariter dicuntur fasti infra scripti sunt recepti, Nicholaus dictus bamsy. Jacobus brynga, marchus, sewi, albertus quant, hemmingus quondam hulmfridis, absolon, guduarus, lidmundus, hermannus, paulus, Jngiwaldus, thegno, thidhamannus, Jngilbertus sartor, godhikinus, Johannes dictus pater noster, Suno Jarpulps, thorstannus, magnus faber, stenulfus diaken, leonardus, symon, botho, Jn cujus rei testimonium sigillum meum cum sigillis aliorum discretorum qui huic facto presentes fuerunt presentibus est appensum, datum & actum vpsalie anno M°.C.C°.XC°.VI. XVI kal. februarij.

Sigillen: 1 Ragnfrids, i brunt vax, något skadadt; 2 andeligt, likaledes; 3 i rödt vax, andeligt.

1157. 1296 d. 13 Febr. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Skrifvelse till Biskopen i Wexiö, med uppdrag att besörja det alla ifrån Linköpings Biskopsbord afsöndrade gods varda återställde.

B. 3: 25. v.

Bonifacius VIII.

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . episcopo wexionensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri . . episcopi lincopensis precibus inclinati presencium tibi auctoritate mandamus quatenus ea que de bonis ad mensam suam episcopalem spectantibus alienata inueneris illicite uel distracta ad ius et proprietatem eiusdem mense legitime reuocare procures. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo Testes autem qui nominati si se fuerint gracia odio uel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Prouiso ne extra suam aliquis ciuitatem & dyocesim auctoritate presencium ad iudicium euocetur nec procedatur in aliquo contra eum Datum Rome apud sanctum petrum Jdus februarij Pontificatus nostri Anno Secundo.

1158. 1296 d. 13 Febr. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s likalydande uppdrag till Biskopen i Skara.

B. 3: 26.

Bonifacius VIII.

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . episcopo Scarensi &c. *lika med näst föregående N:o 1157 ända till slut.*

1159. 1296 d. 13 Febr. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s stadfästelse på den af Biskopen Bengt i Linköping till Biskopsbordet dersammastädes gifna gård Lena i Skara stift.

A. 1. d. 84 *).

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri . . Episcopo et dilectis filijs, Capitulo lincopensi Salutem et apostolicam benedictionem Cum a nobis petitur quod iustum est, et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id per sollicitudinem officij nostri, ad debitum producatur effectum. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat, quod bone memorie benedictus episcopus lincopensis, de propria salute cogitans, et cupiens terrena pro celestibus, et transitoria pro eternis felici commercio commutare. Curiam de lenum, sitam in diocesi skarensi, cum terris, possessionibus, et alijs iuribus et pertinencijs suis, ad ipsum Episcopum racione persone sue spectantem, Ecclesie lincopensi, pro anniuersario eius in dicta ecclesia celebrando, pia & prouida liberalitate legauit, in vltima voluntate, prout in patentibus litteris inde confectis sigillatis sigillo predicti Episcopi plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris supplicacionibus inclinati, quod super hoc ab eodem Episcopo, pie ac prouide factum est, ratum & gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei, & beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, Jdus Februar. Pontificatus nostri Anno secundo.

1160. 1296 d. 24 Febr. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla om klerkers frikallande från utlagor till lekmän.

B. 2: 178.

Bonifacius episcopus seruus seruorum dej Ad perpetuam Rei memoriam clericis laicos infestos opido tradit antiquitas, quod et presencium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contentj nituntur vetitum ad illicita frena relaxant, nec prudenter, attendunt, quam sit eis in clericos ecclesiastica siue personas et bona interdicta potestas, ecclesiarum, prelatis, ecclesiis ecclesiasticisque personis, regularibus et secularibus

*) Utur. en af Ärke-Biskopen i Upsala d. 28 Oct. 1354 vidimerad afskrift.

ribus imponunt, onera grauia, ipsosque talliant, et eis collectas imponunt ab ipsis suorum, prouentuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicesimam vel quamuis aliam porcionem aut quotam exigunt et extorquent, eosque moliuntur multifarie subicere seruituti, sueque submittere dicioni, et quod volentes referimus, nonnulli ecclesiarum prelati, ecclesiasticeque persone trepidantes vbi trepidandum non est transitoriam pacem querentes plus timentes maiestatem temporalem offendere quam eternam, talium abusibus non tam temerarie quam improuide acquiescunt, sedis apostolice auctoritate seu licencia non optenta Nos igitur talibus iniquis actibus obuiare volentes de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate statuimus, quod quicumque prelati ecclesiasticeque persone religiose vel seculares, quorumcumque ordinum condicionis seu statuum collectas vel tallias decimam vicesimam seu tricesimam centesimam suorum vel ecclesiarum prouentuum vel bonorum laicis soluerint vel promiserint, vel se soluturos consenserint, aut quamuis aliam quantitatem, porcionem aut quotam ipsorum prouentuum vel bonorum extimacionis vel valoris ipsorum sub adjutorii mutui subuencionis subsidii vel doni nomine, seu quouis alio titulo, modo, vel quesito colore, absque Auctoritate sedis eiusdem nec non imperatores, reges, seu principes, duces commites vel barones potestates, capitanei, officiales, vel rectores quocumque nomine censeantur, ciuitatum castrorum, seu quorumcumque locorum constitutorum, vbilibet, et quiuis alius cuiuscumque preminencie, condicionis, et status, qui talia imposuerint, exegerint, vel receperint, aut apud edes sacras deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum vbilibet arestauerint sasiuerint, seu occupare presumpserint, vel arestari, sasiri aut occupari mandauerint, aut occupata, sasita seu arestata receperint, nec non omnes qui scienter in predictis dederint, auxilium. consilium, vel fauorem, publice vel occulte, eo ipso sentenciam excommunicacionis incurrant vniuersitates quoque que in hiis culpabiles fuerint, ecclesiastico supponimus interdicto prelatis et personis ecclesiasticis supradictis in virtute obediencie et sub deposicionis pena districte mandantes, vt talibus absque expressa licencia dicte sedis nullatenus acquiescant, Quodque pretextu cuiuscumque oblacionis promissionis et concessionis factarum hactenus vel faciendarum, inantea priusquam huiusmodi constitucio prohibicio, seu preceptum, ad noticiam ipsorum peruenerint, nichil soluant, nec supradicti seculares quoquo modo recipiant, et si soluerint vel predam receperint; in excommunicacionis sentenciam incidant ipso facto A supradictis autem excommunicacionum et interdicti sentenciis, nullus absolui valeat, preterquam in mortis articulo absque sedis apostolice auctoritate et licencia speciali, cum nostre intencionis existat, tam horrendum seculá-

rium potestatum abusum, nullatenus sub dissimulacione transire, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, sub quibuscumque tenoribus, formis, seu modis aut verborum concepcione, concessis imperatoribus regibus et aliis supradictis, que contra premissa in nullo uolumus alicui uel aliquibus suffragari, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis prohibicionis, seu precepti infringere, vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apostolorum, eius se nouerit incursurum Datum rome apud sanctum petrum VI kalend. Marcii pontificatus nostri anno Secundo.

1161. 1296 d. 9 Mars.

Dan Jonssons förpantningsbref på en åtting i Linkalösa till Linköpings Domkyrka för 20 mark penningar.

B. 3. 77. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Dan jonsson salutem in domino Tenore presentium constare volumus euidenter nos vnum attungum jn lincaløso ecclesie lincopensi pro XX:ti marchis vsualis monete ad festum sancti Iohannis baptiste iam proximum impignorasse Qui nisi tunc resolutus fuerit. Extunc ad vsus & dominium cedat ecclesie supradicte perpetuo possidendus Datum lincopie Anno domini MCC nonagesimo sexto feria secunda post dominicam letare ierusalem.

1162. 1296 d. 6 April.

Carl Ragnfridssons gåfvobref på en del af Frösryd till Nydala kloster.

A 3. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Karolus Rangfridis filius Salutem in omnium saluatore, Quoniam incertus est status humane condicionis, ego uiuens & ualens tam mente quam corpore confero monachis Noue vallis & ecclesie ipsorum partem terre mee in uilla que dicitur frøsryth, ad plenum & liberum accessum habendum in dicta villa secundum leges patrie, tam in siluis quam in aliis pertinenciis ipsius quibus indigent perpetuo possidendum ob remedium anime mee & uxoris mee. hoc addito quod quemlibet liberorum meorum cum decedere contigerit me uiuente sepeliendum suscipiant cum tribus marchis den. sibi in elemosinam iam promissis, Ne igitur de dono pre-

dicto possit calumpnia in posterum suboriri. Sigillum domini .N. legiferi petij, cum sigillis domini abbatis & meo huic littere apponendum, Datum tempore domini Jngimari abbatis, anno domini. M°,CC°,XC°,VI°, octauo idus aprilis.

Sigillen: 1, något skadadt; 2, likaledes, andeligt; 3 bortfallet; alla på remsor klippta ur brefvet.

1163. 1296 d. 11 Apr. Telge.

Kuniken i Upsala Carl Erlandssons pantförskrifning på några gårdar i Nysätra socken för en löst spannemål af 16 marks värde.

B. 2. 57.

Vniuersis presentes litteras inspecturis KAROLUS ERLENSSON canonicus vpsalensis salutem in domino sempiternam notum facio vniuersis me predia mihi attinencia in parochia nysætre sita, videlicet in villa yfra resta vnam oram terre, vbi solidus valet duodecim oras den., in villa ytraresta septem solidos terre vbi solidus terre valet X oras jtem in villa høgby sub saxone duos solidos terre quorum quilibet valet duas marcas den. ecclesie vpsalensi pro vna lesta annone valente sedecim marcas inpignorasse jta quod si infra octauas beati martini non fuerint redempta, extunc sint ecclesie vpsalensi memorate, pro rata debiti supradicti jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum datum telghis Anno domini M°CC°XC°.VI.° tercio jdus aprilis.

1164. 1296 d. 10 Maj. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Predikare-ordens Förmän och samtliga ordensbröder, med tillstånd för vederbörande Ordens-Prelater att bestraffa sina underhafvande enligt godkända plägseder och förordnanden, utan rättighet för ordensbröderna att deröfver appellera.

A. 1. a. 85 *).

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis. Magistro. Prioribus. ac fratribus vniuersis ordinis Predicatorum. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad augmentum continuum, religionum et ordinum, quos Romana suscepit et approbauit, ecclesia, paternis studiis intendentes et considerantes attentius, Quod non intermissa sedulitas discipline, Religiones et ordines supradictos, statusque Regulares, salubriter dirigit et conseruat.

*) Utur en af Prior Provinc. Petrus, vid hållet Provincial-Capitel i Skenninge d. 22 Aug. 1305, vidimerad afskrift.

quodque si eam perire uel remittj contingeret, ordo quilibet collabi necessario cogeretur. Pensantes eciam, quod si regularium personarum correctio, Rimas iuris et apices sequeretur, huiusmodi rigor lentesceret et multiplicj laxacione torperet. Nos uestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate apostolica indulgemus, vt ad correctiones et puniciones fratrum eiusdem ordinis delinquentium infligendas prelati ordinis supradicti, ad quos eedem spectare noscuntur, rimulis et apicibus ipsis postpositis, libere procedere valeant secundum consuetudines approbatas, et generalia facta. et eciam facienda ipsius ordinis instituta. nec uolumus eisdem licere fratribus, ab eisdem correctionibus et punicionibus, aliquatenus appellare. prouida in hoc, deliberacione, ac maturitate debita, obseruatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et Beatorum Petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum. Sexto Jdus Maij. Pontificatus nostri anno secundo.

1165. 1296 i Juni.

Björn Näfs m. fl. tillståndsbref för Tiunda Lagmannen Israels Enkefru att handla med sina morgongåfvo- och arfvegods i öfra Sverige.

A. 6. s. 2: 24.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus. BERO NEFF & CRISTINA VXOR sua, THOMAS JON SON & VXOR SUA KATERINA KARULUS GREGERSON cum coniuge sua RANGBURGIS, ac RANGWALDUS VLWASÆ SON, salutem in domino sempiternam, tenore presentis vniuersitati vestre notum facimus nos honeste domine Rangfridi relicte domini israelis condam legiferi thiundie bona sua que sunt in superiori swecia, videlicet Morghengeif ac hereditatem quam post filium ibidem hereditauit & Maritum insolidum ex communi nostro beneplacito & assensu sine quolibet impedimento ex parte nostra tali condicione permittimus disponenda libere, donanda, vendenda & alienanda in vita sua pro ipsius libitu voluntatis, ita vt omnia sua patrimonialia seu hereditates materne vbicumque alias per regnum situate nobis uel illis qui tempore mortis ipsius eius legittimi heredes superstites fuerint insolidum relinquantur secundum patrie nostre leges & statuta. Jn cuius permissionis euidens testimonium presentem litteram siggillis nostris ac domini .b. illustris regis sweorum nec non & venerandorum dominorum th knutson Marskalchi. benedicti legiferi wesgotorum. laurencii bobierg & andree prepositi vpsalensis decernimus Roborari. Datum Anno domini. M°.CC°. Nonagesimo VI°. Mense Junio.

Nedanföre på samma blad finnes följande bref:

1166. 1296 i Juni.

Tiunda Lagmannen Israels Enkefru Rangfridis testamentariska förordnande i samma ämne.

A. 6. a. 2: 24.

Vniuersis christifidelibus presens scriptum cernentibus, Rangfridis relicta domini israelis condam legiferi thyundie salutem in domino sempiternam, tenore presentis vniuersitati vestre notum facio, me filio meo ac filiabus meis nec non ipsarum maritis bona mea videlicet hereditatem totam quam post patrem meum & matrem hereditario iure adquisivi post mortem meam integraliter vbicumque fuerint constituta tali condicione reliquisse quod ipsi in diebus meis de eisdem bonis nichil iuris sibi vendicent uel vsurpent & quod ego bona mea que sunt in swecia superiori in nullo per ipsos inpedita videlicet Morghengeif & ea omnia que dewoluta sunt ad me iure hereditario uel quocumque modo alio euenerant michi post filium meum & maritum temporibus vite mee quiete possidere valeam ac libere ordinare, vendere, donare, commutare distribuere & alienare secundum mee beneplacitum voluntatis. Jn cuius rei euidens testimonium presentem litteram siggillo meo, nec non venerandorum dominorum siggillis videlicet domini byrgeri illustris regis sweorum th knutson marskalchi benedicti legiferi wesgotorum laurencii bobierg andree prepositi vpsalensis beronis neff. thome Jonsson karuli gregerson, & Rangwaldi vlwasæ son duxi roborandam. Datum anno domini. M°.CC°.XC°.VI°. Mense Junio.

Under documentet hänger Björn Næfs Sigill, det enda som blifvit ditsatt.

1167. 1296 d. 30 Juli. Upsala.

Kaniken i Upsala Carl Erlandssons Testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

A. 4.

Jn nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Cum mortis dies & hora omnibus sint incerta, idcirco Ego Karolus Erlenzson Canonicus Vpsalensis licet corpore debilis per omnia tamen compos mentis mee, subscripto modo meum condo & ordino testamentum, Jn primis Ratas & gratas habeo pro parte mea omnes donaciones & legata, que dilectus auunculus meus dominus .M. Jooansson, fecit in testamento suo ecclesijs monasterijs, & pauperibus, volens & rogans vt sanctimoniales in schoo anniuersarium parentum meorum & karissimi fratris mei fratris Jsraelis & meum simul singulis annis sollempniter agant, Pro solucione autem debitorum que ad me ex parte patris mei pertinent & similiter pro solucione debitorum que me ex parte

auunculi mei dominj .M. Joanson predicti contingunt, & pro solucione ceterorum omnium debitorum meorum deputo & obligo hyalmærydh. in widboo, & molendinum & omnes colonos meos ibidem sub hac forma, quod heredes mei ante solucionem plenariam predictorum debitorum bona supradicta intrare vel adire non valeant, vel aliquo modo occupare, et nisi heredes mei exequtoribus meis infra annum sufficienter tradiderint. vnde predicta debita integre sine dilacione persoluantur, extunc elapso anno a die obitus mei exequtores mei plenariam habeant potestatem predicta bona alienandi seu quolibet modo prout eis videbitur disponendi, Ecclesie symbætunum pro restitucione quam sibi facere teneor soluo dimidiam marcam, terre, in Thygbily. iure perpetuo possidendam. Jn ecclesia vpsalensi si me in ipsa ciuitate mori contigerit michi eligo sepulturam, Si autem alio loco decessero, volo apud fratres predicatores syghtonie sepeliri, ecclesie vpsalensi lego dimidiam villam ballingstaad cum medietate omnium bonorum mobilium & immobilium ad dictam uillam pertinencium & molendinum adrlastum ad vsus ad quos exequtores mei deputauerint pleno iure perpetuo possidenda, fratribus predictis sighthonie, eciam si apud eos non sepeliar, lego curiam meam byergaar in ferringæø. cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus ad dictam curiam pertinentibus, jta tamen quod heredes mei infra annum ab obitu meo secundum taxacionem exequtorum meorum dicta bona redimere valeant alioquin predicti fratres dicta bona cui voluerint uendendi liberam habeant facultatem. Jtem karissimo fratri meo fratri Jsraeli lectori Sighthoniensi confero omnes libros meos & partem me contingentem in sualdstadhum tam in terris quam aliis bonis mobilibus & immobilibus, ita quod ipse de eis prout sibi videbitur libere valeat ordinare, Domuj pauperum vpsalie lego de minutis terris meis dictis vmiord, vnam Marcam terre in hauunde & lauunde, & in alijs locis si dicte terre ad hoc non sufficiant, Jtem ducentas Marcas den., deputo distribuendas per exequtores testamenti mej Monasterijs ecclesijs & alijs pijs locis ac eciam personis que michi fideliter seruierunt prout ipsis exequtoribus meis secundum deum saluti anime mee videbitur expedire, pro quibus ducentis marcis, deputo & obligo medietatem uille ballingstaadh tam in bonis mobilibus quam immobilibus, jta quod si heredes mei infra annum a die obitus mei predictas ducentas Marchas exequtoribus meis non soluerint, extunc dominus archiepiscopus vpsalensis medietatem dicte ville pro iusto precio redimendi & retinendi plenariam habeat potestatem, Exequtores huius mei testamenti constituo venerabiles patres dominos Nicolaum archiepiscopum vpsalensem & Petrum episcopum Arosiensem dominum Andream prepositum vpsalensem, dominos legiferos Johannem Jngiwalsson & Byrgerum pætersson, dominum Magnum Gregorisson, & karissimum fratrem meum fratrem Jsraelem lectorem Sichtoniensem, volens quod si predicti singuli

noluerint vel non potuerint meam in premissis exequi voluntatem, illi qu valuerint supra dicta omnia exequendi liberam & plenariam habeant potestatem, Testes huius mei ordinacionis presentes fuerunt supradicti exequtores mei & dominus Ebrardus decanus vpsalensis, dominj Jsrael pætersson Canonicus vpsalensis Magister Ricardus clericus dominj arosiensis. Jn huius eciam rei euidenciam. & ampliorem confirmacionem sigillum meum presentibus est appensum, & sigilla venerabilium patrum dominorum Nicolai archiepiscopi vpsalensis & Petri episcopi arosiensis, & omnium exequtorum & testium premissorum instanter peto presentibus apponi, Actum Vpsalie. Anno domini M°.C°.C°. Nonagesimo. sexto in crastino beatj Olaui regis & Martyris.

Sigillen: 1, 3, 4, 5, 8, 10, andeliga, en del skadade; 2 bortfallet; 6, 7, 9, något skadade.

1168. 1296 d. 2 Aug.

Kaniken i Upsala Carl Erlandssons bref med tillkännagifvande att han förordnat Dom-Prosten Andreas i Upsala och Lectoren Israel i Sigtuna att verkställa hans testamente.

B. 2. 8o.

Omnibus presentes litteras inspecturis KAROLUS ERLENZSON canonicus vpsalensis salutem in domino ihesu christo, Nouerint vniuersi, quod reuerendo viro magistro andree preposito vpsalensi, consobrino meo dilecto, & karissimo fratri meo fratri israeli lectorj sictuniensis, committo potestatem. & auctoritatem plenariam, omnia & singula faciendj & ordinandj simul & in solidum circa exequias meas, si me migrare contingat & supplendj omnia & singula que in testamento meo non sunt disposita seu ordinata per me ipsum, dans predictis, domino andree preposito, & fratri meo, potestatem plenariam, faciendj & adimplendj, de bonis meis. quecumque ego met ipse facere possem in casu quolibet. aut quomodolibet ordinare, Jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum Actum anno domini M°CC°XC°.VI°. jn die beati stephani pape & martiris, presentibus reuerendis viris, dominis, eruasto & mathia canonicis vpsalensibus dominis haquino de tenstæ & hidinio sacerdotibus, fulcone jonsson & mercatoribus dominis hænza de breænda andrea dicto klak gunna dicto stora, martino famulo meo jn huius eciam rej maiorem euidenciam sigilla predictorum dominorum canonicorum, eruasti & mathie & domini haquini de tensta sacerdotis presentibus apponi peto actum vt supra.

1169. 1296 d. 9 Aug. Säfsund.

Konung Birgers Skyddsbref för Wreta kloster.

A. 3.

Birgerus Dei gracia sweorum Gothorumque Rex. Vniuersis presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam. Regalis benignitas religiosa loca ex asuete pietatis clemencia propensius diligere consueuit, & ne prauorum hominum molestiis agitentur, ea tenetur protectionis sue munimine confouere, vniuersis igitur tam presentibus quam futuris volumus esse notum. Quod nos considerantes honestam vitam & religionem laudabilem cui quantumcunque de benignitatis gracia ad tempus effundimus, ipsi regi regum omnium exhibemus, de cuius munere viuimus feliciter & regnamus, de liberalitatis nostre gracia & intuitu retribucionis eterne religiosas dominas abbatissam totumque conuentum de ruetum cum omnibus bonis ipsarum mobilibus et immobilibus, villicis, Colonis, familiis et personis ceteris in eisdem bonis commorantibus, sub nostre protectionis presidium recipimus speciale. Reddentes memoratas dominas, cum omnibus bonis & personis superius dictis ab omnibus Juribus & causis regalibus solucionibus videlicet spannamalæ, ledhunxlamæ, ac exhibicionibus quibuscunque juri nostro & nomini debitis liberas penitus & exemptas Si vero expedicionem nostram generaliter euocari, seu iudicium nostrum vel corone iuramentum infringi, siue eciam subsidium generaliter a toto regno requiri contigerit, ista ipsis nullatenus libera reddimus, sed ea ad ordinacionem nostram & ad fiscum regium specialiter volumus pertinere, Prohibentes firmiter & districte, ne quis ipsas in rebus aut personis aliquibus prenotatis contra premissam tuicionem nostram & libertatem quas eis concedendas duximus, audeat aliquatenus molestare, sicut graciam nostram diligit inoffensam, A factura autem & reparacione nauium expedicionis nostre nullatenus sint exempte Datum siuiæsundum, anno domini M° CC° Nonogesimo sexto jn vigilia beati laurencij Martiris.

Sigillen krossade.

1170. 1296 d. 9 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIII:s Skyddsbref till Prästerskapet och folket på Gottland.

F. 1: 352. An. 2. Ep. 472.

Bonifacius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Filiis Clero et Populo Insule Gutlandie, Salutem &c.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios, ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et in pravorum hominum molestiis

stiis agitantur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis precibus inclinati ad instar felicis recordationis Gregorii Noni, Innocentii Quarti, et Gregorii X. Predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum personas vestras cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum prestante Domino poteritis adipisci sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, auctoritate presentium inhibentes, ne quis libertatem vestram obtentam hactenus ac pacifice observatam presumat temere perturbare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et inhibitionis &c. Datum Anagnie V. Idus Augusti Anno Secundo.

1171. 1296 d. 9 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Presterskapet och Kyrko-Patroner på Gottland med stadfästelse på deras gamla sätt att tillsätta Kyrkoherdar.

B. 3: 41. v.

Bonifacius &c. dilectis filiis. clero & patronis plebium ecclesiarum insule gutlandie lincopensis dyocesis salutem &c. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum & vota que a racionis tramite non discordant effectu prosequente complere Eapropter dilecti in domino filij uestris iustis supplicacionibus grato occurrentes assensu racionabilem consuetudinem & hactenus pacifice obseruatam quam circa eligendos & preficiendos prepositos & presentandos plebanos & rectores in prepositurís plebibus et ecclesiis non collegiatis insule gutlandie lincopensis dyocesis quando vacant vos habere proponitis sicut eam iuste & pacifice obtinetis ad instar felicis recordacionis jnnocencij IIII:ti & gregorij X:mi predecessorum nostrorum romanorum pontificum auctoritate uobis apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo &c Siquis autem &c Datum anagnie V. jdus augusti pontificatus nostri anno secundo.

1172. 1296 d. 10 Aug. Säfsund.

Konung Birgers Bref om befrielse från Kongl. utskylder af Wårfruberga Klostergods.

A. 3. k.

Birgerus Dei gracia Sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras Jnspecturis salutem in domino, Regalis benignitas religiosa loca ex assuete pietatis clemencia propensius diligere consueuit et ne prauorum hominum molestiis agitentur ea tenetur protectionis sue munimine confo

uere, uniuersis igitur tam presentibus, quam futuris volumus esse notum, quod nos considerantes honestam vitam, et religionem laudabilem, cui quantum cumque de benignitatis gracia ad tempus effundimus, ipsi, regi regum omnium exhibemus, de cuius munere viuimus feliciter, et regnamus, de liberalitatis nostre gracia, & intuitu retribucionis eterne Religiosas dominas abbatissam, totumque conuentum de monte beate virginis cum omnibus bonis ipsarum mobilibus, & immobilibus, villicis, Colonis, familiis, & personis ceteris in eisdem bonis commorantibus sub nostre protectionis presidium recipimus speciale, Reddentes memoratas dominas, cum uniuersis bonis & personis superius dictis, ab omnibus juribus, & causis regalibus, solucionibus videlicet spannamale, & ledhunxlamme, ættægyald, & skipwistis, ac exhibicionibus quibuscunque iuri nostro & nomini debitis liberas penitus & exemptas, si vero expedicionem nostram generaliter euocari, seu judicium nostrum vel corone juramentum infringi, siue eciam subsidium generaliter a toto regno requiri contigerit, jsta ipsis nullatenus libera reddimus, sed ea ad ordinacionem nostram, & ad fiscum regium specialiter volumus pertinere prohibentes firmiter, & districte, Ne quis ipsas contra premissam tuicionem, & libertatem nostram, quas eis concedendas duximus, in rebus aut personis aliquibus prenotatis, audeat aliquatenus molestare sicut graciam nostram diligit inoffensam, a structura & reparacione nauium expedicionis nostre nullatenus sint exempte, Datum Syfwiæsund, anno domini. M°,CC°,XC°, sexto, Jn die sancti laurẽncij Martiris.

Sigillet bortfallet.

1173. 1296 d. 13 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIII:s Bref till Ärkebiskopen i Upsala, innehållande stadfästelse på Gottlänningarnes hittills öfliga sätt att välja Prester, jemte befallning till Ärkebiskopen att tillse, det denna rättighet icke kränkes.

A. 1. d. 86.

Bonifatius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri . . Archiepiscopo vpsalensi, Salutem, et apostolicam benedictionem. Justis dilectorum filiorum Cleri et Patronorum, Prepositurarum, Plebium et ecclesiarum Jnsule Gutlandie Lincopensis diocesis postulationibus, grato concurrentes assensu, rationabilem consuetudinem, et hactenus pacifice obseruatam, quam circa eligendos et preficiendos Prepositos, presentandos Plebanos, et Rectores in Preposituris, Plebibus et ecclesijs non Collegiatis Jnsule Gutlandie quando uacant se habere proponunt, sicut eam iuste ac pacifice obtinent, eis auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandam. Quocirca, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus Clerum et Patronos predictos,

non permittas super hijs contra confirmationis nostre tenorem, ab aliquibus indebite molestari. Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Anagnie Jdibus Augusti Pontificatus nostrj Anno Secundo.

På uppvecket: Jo. Fulg. *På frånsidan:* N. Gisonis.

Blybullan hängande i segelgarnssnöre.

1174. 1296 d. 13 Aug. Anagni.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Presterskapet och folket på Gottland, med stadfästelse på Biskop Carls i Linköping gjorda anordning om afgifter för Biskops-visitation.

A. 7. 1: 29. *).

Bonifacius Episcopus &c. Dilectis filijs Clero & populo Jnsule Gutlandie Lincopensis diocesis salutem &c. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum & uota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filij vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu ordinationem factam a bone memorie .K. Lincopensi Episcopo loci diocesano super euectionibus & procurationibus a uobis racione uisitacionis eidem & eius successoribus exibendis sicut sine prauitate facta est & ab utraque parte sponte recepta, prèsertim cum sicut dicitur a tempore quo primo in jnsula uestra fides uiguit christiana euecciones & procurationes non fuerint aliter exibite, uel exacte, ac in eiusdem Episcopi autentico plenius dicitur contineri ad instar felicis recordationis. Gregorij noni, Jnnocencii IIII:ti & Gregorij X:mi predècessorum nostrorum Romanorum pontificum auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum &c. Siquis autem &c. Datum Anagni Jdibus Augusti Pontificatus nostri Anno secundo.

1175. 1296 d. 25 Aug.

Konung Birgers Bref till Ölmestads och Skärstads församlingar, med befallning att skifta deras allmännings-skog i 3 delar, hvaraf Ärkedjeknen Sune i Linköping, som af Konungen erhållit ena tredjedelen till gården Arboga, må taga hvilken han behagar.

B. 3. 94.

Birgerus dei gracia Sweorum gothorumque Rex Omnibus ylmstadhe & schærdæstade parochias inhabitantibus Salutem in domino sempiternam. Constitutus in presencia nostra Dilectus nobis clericus noster dominus Suno

*) Utur en af Ottobonus d. 18 Oct. 1296 vidimerad afskrift.

Archidiaconus Lincopensis petiuit a nobis ut vobis per litteras nostras mandaremus quod tercia pars communitatis silue vestre tam inculte quam in culturam redacte pertinens gracia donacionis regie ad curiam suam arbugha per se ad *vnam* partem silue assignaretur eidem Nos igitur iustis suis precibus attendentes vobis districte precipiendo mandamus quatinus ipsam communitatem infra spacium vnius mensis postquam ab eo uel ab eius certo procuratore secum presentes litteras deferente requisiti fueritis in tres partes equales diuidere studeatis jta quod archidiaconus siue *suus* procurator opcionem habeat vnam partem de hiis tribus quamcunque uoluerit eligendi datum anno dominj M°CC°XCVI Jn crastino post Bartholomei apostoli.

1176. 1296 d. 25 Aug.

Thorkel Knutssons befallning till Ölmestads och Skärstads församlingar, att enligt Kongl. Majts bref utan gensägelse företaga delning af skogen med Ärkedjeknen Sune i Linköping.

B. 3. 95. v.

Thurgillus Knutson illustris regis swecie marscalcus omnibus ylmstade & scherdestede parochias inhabitantibus salutem in domino wolumus & auctoritate regia uobis iniungimus Quatenus mandatum regium prout in litteris suis continetur super communitate silue vestre inter vos & dominum sunonem archidiaconum lincopensem diuidenda sine contradictione *qualibet* adimplere studeatis prout regiam maiestatem diligitis inoffensam datum anno dominj M°CC°XCVI sequenti die Bartholomej.

1177. 1296 d. 29 Aug. Riseberga.

Odde Broddessons Bref om utbyte af åtskilliga gårdar till Riseberga kloster.

A. 3. n. 4: 14.

Vniuersis christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Oddo broddonis filius Salutem in domino sempiternam Propter labilem hominum memoriam tenore presentis declaro quod cum domina priorissa & conuentu in Risæbiærgh commutacionem prediorum feci in hunc modum. Jpse siquidem dederunt mihi Curiam quam habuerunt in rentunum nominatam glutrer XXIII. sol. terre & colonias duas .XII. sol. in Menbro cum omnibus suis attinenciis Pro quibus omnibus ego in plenariam recompensacionem dedi eis Curiam in parochia hamar nominatam vnø .XVIII. sol. terre & quod habui de prediis adiacentibus Curie memorate. Jnsuper duas oras terre in snæwalundum & predium quod possedi in vnastum nec non & duos sol.

terre in widhellum & quicquid ibidem mee possessionis fuisse comprobatur perpetuo possidenda Jn cuius facti recognicionem & euidenciam pleniorem sigillum domini gerardi prepositi nericie procuraui presentibus apponendum. Actum in Risæbiergh anno domini M°.CC.XCVI. Jn die decollacionis beati johannis baptiste.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1178. 1296 d. 21 Sept. Nyköping.

F. d. Konungen Waldemars Gåfvobref på Stora Wiby till sin trogne tjenare Bo Polen.

A. 7. a. 2: 23.

Omnibus christi fidelibus quibus Presens innotuerit scriptum Waldemarus quondam sweorum gothorumque Rex salutem in omnium saluatore Tenore presentis constare volumus tam presentibus quam futuris Quod dilecto famulo nostro boo polen ac heredibus suis Legittimis curiam nostram que dicitur Wiby magna cum omnibus suis attinencijs mobilibus & immobilibus pro suo fideli seruicio libere possidendam ac pro uoluntatis sue arbitrio ordinandam, de consensu predilecte vxoris nostre, nec non dilecti filij nostri Domicellj Erici dono perpetuo assignamus Exposcentes nichilominus Karissimi Fratruelis nostri Dominj .B. sweorum gothorumque regis illustris beneplacitum huic nostre donacionj adhiberi, Quia uero non solum dicta sed eciam facta mortalium obliuionis senciunt dispendium ne nostre donacionis seu assignacionis tam voluntarie & racionabiliter celebrate pereat, testimonium presentem litteram sigillo nostro necnon & sigillo dilecte uxoris nostre ac discretorum virorum videlicet ōari aduocati Nÿchopensis, Gardianj fratrum minorum ibidem & confessoris nostri fratris thostonis, sigillis fecimus communiri per ipsam omnium nobis succedencium perpetuo calumpniam excludentes, Datum nychopie anno dominj, M°,CC°,XC°, VI:to Jn festo sancti mathei apostoli & ewangeliste.

Sigillen N:o 1, 2, 3, något skadade. N:o 4, 5 andeliga.

1179. 1296 d. 1 Oct. Stockholm.

Carl Tyskes, Job modhersons, Saxe fogates och Stockholms stads Magistrats intyg att St. Claræ kloster köpt 9 örtugsland jord i Wämblinge af Thorer Helsings arfvingar.

A. 3.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Karulus dictus Thÿdhiski, Job modhorsun. Saxo aduocatus, ac communitas ciuium de stokholm, salutem in

domino sempiternam. Notum esse cupimus tam posteris quam modernis, quod in nostra presencia constitutus bertoldus dictus dræghæbast ciuis stokholmensis, vendidit sororibus sancte clare stokholmie, per contractum qui wlgo dicitur fastær oc fwlskyal, prout heredes legittimi cuiusdam thoriri dicti hælsing, penes nos defuncti, eidem in hac parte commiserant plenarie vices suas, terram .VII. solidorum in Wæmblingi, cum omnibus eidem in pascuis, pratis, piscacionibus, sev quibuscumque alijs attinentibus perpetuo possidendam. Ne igitur super hoc facto, in posterum contingat aliquid ambiguum suboriri, sigilla nostra presentibus annectimus, in huius euidenciam ueritatis. Datum stokholm, anno domini .M°.CC°.XC°VI°. kalendis octobris.

Sigillen 1, 3 bortfallne, remsorna qvar; 2, 4 finnas.

1180. 1296 d. 18 Oct. Rom.

Påfl. Subdiac. och Capellanen Octoboni vidimation af en föregående Påfvebulla, med en dervid fogad anmärkning.

B. 3. 41. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Octobonus de placencia domini pape subdiaconus & capellanus. ac ipsius litterarum contradictarum auditor salutem in domino. Noueritis quod cum magister Nicolaus Gisonis procurator cleri & patronum plebium ecclesiarum insule gutlandie lincopensis dyocesis pro ipsis impetrauit litteras apostolicas sub hac forma Bonifacius &c. *se föregående N:o* 1171. Eisdem litteris magister helyas de spoleto procurator venerabilis patris episcopi lincopensis pro ipso in audiencia publica contradixit. Quas tandem ea condicione absoluit quod super litibus motis inter dictum dominum episcopum ex parte vna & dictos clerum et patronum ex altera nullum eidem domino episcopo per predictas litteras apostolicas siue eius officialibus racione officiorum que ab ipso tenent eodem preiudicium generetur Quod pars altera promisit firmiter coram nobis. Jn cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus & auditis contradictarum sigillo muniri. Datum Rome apud sanctum petrum XV kal. nouembris pontificatus domini bonifacij pape VIII. anno secundo.

1181. 1296 d. 18 Oct. Rom.

Påfl. Subdiaconen och Capellanen Octoboni vidimation af en Påfl. Bulla.

A. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis Octobonus &c *lika med föregående N:o* 1180 *till* Cleri et populi jnsule Gutlandie pro ipsis *och vidare till* forma Bonifacius &c. *Se föregående* 1174. Eisdem litteris &c *som i* 1180 *ända till slutet, utom:* Clerum et populum predicte jnsule ex altera.

Ett stycke af sigillet finnes å den ur brefvet klippta remsan.

1182. 1296 d. 19 Oct.

Konung Birgers skyddsbref för Skara Biskops gods.

A. 3. z.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras jnspecturis, salutem in Domino, Tenore presencium constare volumus euidenter, quod Nos venerabilem patrem dominum . B. Episcopum scarensem cum omnibus bonis suis mobilibus, et immobilibus, villicis, Colonis, familiis et personis ceteris in eisdem bonis commorantibus sub nostram protectionem recipimus, et tutele graciam specialem Reddentes ipsum cum vniuersis bonis, et personis superius tactis, ab omnibus juribus, et causis regalibus, ceterisque grauaminibus, solucionibus Gengyærdh videlicet, et almenninxøiræ ac exhibicionibus quibuscunque juri nostro, et nomini debitis liberum penitus et exemptum si vero expedicionem nostram euocari, vel iudicium nostrum seu coronę juramentum infringi, aut generaliter subsidium a toto regno requiri, seu causas in occultis homicidiis, Mordh dictis, atque furtis emergere contigerit, jsta sibi nullatenus libera reddimus sed ea ad ordinacionem nostram et ad fiscum regium specialiter volumus pertinere, Prohibemus igitur, Ne quis memoratum dominum skarensem in rebus aut personis prenotatis, contra premissam tuicionem et libertates quas sibi concedendas duximus audeat aliqualiter molestare, prout graciam nostram diligit inoffensam, Datum anno domini. M°, CC°, XC°, sexto, XIIII° kal. nouembris.

Sigillet på den utur brefvet klippta remsan skadadt.

1183. 1266 d. 12—18 Nov.

Röd Kieldorssons intyg att han till nästa midsommar äger den delen af Tensta qvarnström, som tillhört Kaniken Israel Petersson i Upsala.

A. 6. a; 25.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Rødh Kieldorsson salutem in domino, nouerint vniuersi me partem quam dominus jsrael pætersson canonicus vpsalensis possidet in torrente tensta in qua situm est molendinum meum vsque ad festiuitatem Johannis baptiste in proximo venturam habere in . . . concessu. Jn huius rei testimonium sigillum meum presentibus assignaui, Datum anno domini M°. CC°. XC°. VI° infra octauam beati martini.

Ett stycke af sigillet finnes å den ur brefvet klippta remsan.

1184. 1296 d. 30 Dec.*)

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons bref om Dom-Prosten Andreas Ands dispositionsrätt öfver en tomt i Upsala.

A. 3. 8. 4: 13.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis Nicolaus miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis quod cum aliquos fundos quibusdam Canonicis nostris assignaremus, quendàm fundum in ciuitate nostra vpsalensi, prope communem stratam apud amnem situatum, habentem molendina nostra ad orientem, & ecclesiam nostram maiorem ad meridiem, viro discreto, ac in christo nobis dilecto Magistro Andree, nunc preposito ecclesie nostre vpsalensis, pro fundis circumiacentibus ab ipso, & per ipsum suis sumptibus comparatis, ex consensu & voluntate, Dilectorum nobis in christo, Dominorum de Capitulo nostro, quorum sigilla presentibus appensa sunt, assignauimus, & assignamus, perpetuo possidendum, Dantes ei nichilominus potestatem liberam predictum fundum cum structuris & edificijs, per eum in eisdem faciendis, ecclesiasticis personis, quibuscumque placuerit, donandi, legandi, seu alias qualitercumque visum ei fuerit ad honorem & seruicium ecclesie, disponendi, & ordinandi, pro sue libito voluntatis, Jn cuius rei testimonium, ac euidenciam pleniorem, vna cum sigillo nostro, sigilla premissorum dominorum Canonicorum, De nostro vt supradiximus Capitulo, presentibus sunt appensa, Actum anno domini Millesimo. CC°. XC°. sexto, Tercio Kalend. Januarij.

Af 14 sigill hafva 2, 9, 10, 14 bortfallet; de öfriga äro alla andeliga.

1185. 1296 d. 31 Dec. Stockholm.

Fru Ingeborg Ulfs dotters Bref om den öfverenskommelse, som ägt rum mellan henne och hennes aflidne man Åbjörn Sixtensson, om Klastad, Harokstorp, och Haranäs, samt qvarnar och fiske i Lindastad och Motala.

A. 7. 1. **).

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Jngyburgis domini vlphonis karlsons quondam filia domini aberni syxtenssons vxor salutem in omnium saluatore Naturalis instinctus non minus quam prudentum asserciones & exempla multipharie suadent & suggerunt vniuersis beneficia beneficiis compensare in tantum quod qui in alienis gratus accepta commoda negl . . .

in-

*) Till samma dag torde äfven föregående N:o 1155 böra föras.

**) Utur Konung Birgers stadfästelse, år 1297. Se följande N:o 1186.

ingratitudinis vicio laborare non immerito censeantur. Quapropter ne ingratitudinis huiusmodi vicio iudicer obnoxia consideratis immensis ac diuersis solaciis que dilectus maritus meus *dilectus* dominus abernus syxstensson *mihi per officium* coniugalis societatis inpenderat grata quadam vicissitudine & recompensacione prout teneor sibi cupio respondere ex consensu & beneplacito dilecti cognati mei domini Th Knutzson illustris regis swechie *marscalci in quo* magnam hab*ui* fiduciam & *pre*dilecti fratris mei philippi *vl*fson ac petri rangwaldson cognati & responsalis dilecte filie mee birghitte sana corpore sanaque mente nec illecta nec inducta verbis *cuiuscunque ac de . . . . . bene*plac*i*to ac libera voluntate domino aberno marito meo dilecto si ipso superuiuente me mori contigerit sine prole ex nobis progenita superstite tunc siue non curias meas subscriptas videlicet clastadh . . *cum agris pratis siluis* pascuis piscariis colonis & *mo*lendinis in lindafors ac pi*s*caturis cum ceteris mobilibus & immobilibus ad dictam curiam pertinentibus, haroxtorp . . . . . agris pratis siluis pascuis . . . . . ortis mobilibus ac immobilibus *ad eandem curiam*, pertin*entibus* . . . . . cum molendinis in motalum & piscariis ibidem haranes cum colonis & omnibus eiusdem curie attinenciis & donacionem *quam in cras*tino *nupciarum* nostrarum assignauit *que dicitur morghongiæf iure* peni*tus ac* irreuocabi*liter* possidendas transferens in ipsum dominum & heredes ipsius quicumque fuerint dominium ac plenam potestatem *seu* proprietatem memoratas curias & bona possidendi re*gendi commutandi* vendendi . . . & ordinandi ad arbitrium proprie voluntatis Si vero dictum dominum meum, & maritum karissimum me superuiuente mori contingat bona omnia supermemorata mihi & heredibus meis volo absque calumpnia et impeticione qualibet retinere, Ad huius igitur donacionis euidenciam ac plenam & irrefragabilem firmitatem sigillum meum, & sigilla supradictorum videlicet domini Th knutsons illustris *regis svecie marscalci* phi*lip*pi vlfssons dilecti fratris mei ac discreti viri petri rangwaldssons presentibus sunt appensa, Ceterum vt hec mea donacio irreuocabilis existat & perpetuum robur optineat *firmitatis* illust*ris* domini B *sweorum* gothorumque regis litteras humiliter peto in quibus ipse hanc meam donacionem ratificet, & confirmet, cuius interest secundum leges regni iusta moderacione procedere casus & *articulos quosque* in regno emergentes prout sibi videbitur & expedire dinoscatur ordinare Datum & actum anno domini M°, CC°, XC° sexto Jn die sancti siluestri pape & confessoris stokholmis.

1186. 1297. Stockholm.

Konung Birgers stafästelse på föregående Fru Ingeborgs bref.

A. 7. 1.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex Omnibus presentes litteras jnspecturis salutem in domino sempiternam Potencia principum recipit incrementum si fuerit in subditorum negociis fructuosa. Hinc est quod notum facimus per presentes Quod constituta in presencia nostra nobilis mulier domina Jngiburgis filia quondam domini vlphonis Karlsson vxor strenui viri Domini aberni syxtenssons nostra dilecta consanguinea maiestati nostre regie notificare curauit ipsam non minis aliquibus vel blandiciis seu precibus illectiuis inducta sed Magna beniuolentia & quadam sincera dilectione mota ex sua mera & plena suorum propinquorum voluntate dedit eidem dilecto marito suo domino A curias suas scilicet clastadha haroxs*torp* ac eciam haranes cum omnibus earundem curiarum attinenciis agris videlicet pratis nemoribus molendinis & molendinorum locis pascuis & piscariis infra sepes & extra longe vel prope positis *A* . . . jure irreuocabiliter & perpetuo possidendas prout in patentibus litteris super hoc confectis non rasis non abolitis non cancellatis nec in aliqua parte sui viciatis in audiencia nostra lectis sigilloque nostro ad ipsius instanciam sigillatis plenarie continetur in hec verba Omnibus &c. *Se föregående N:o* 1185. supplicans eadem domina . . . . nostre maiestati humiliter & instanter quatenus eandem donacionem predictarum curiarum confirmare dignaremur vnde cum in omnibus iustis possibilibus & honestis peticionibus & instanciis *fauora*bilem consensum & facilem prebere *de*beamus & velimus prout regie semper conuenit maiestati Supradictam donacionem in qualibet ipsius parte ratam & firmam perpetuis temporibus esse volentes prout superius actum est ipsam presencium serie litterarum auctoritate regia confirmamus Jnhibentes firmiter nihilominus & districte sub optentu nostre gracie, Ne quis nunc aut in posterum sepedictam donacionem aliqualiter impedire vel quomodolibet audeat irritare quominus robur habeat perpetue firmitatis Jn cuius facti perpetuam nocionem presens scriptum cum sigillo nostro, ac sigillis venerabilium patrum ac dominorum archiepiscopi & suorum suffraganeorum *alio*rumque magnatum de consilio nostro fecimus roborari Datum stokholmis anno domini M°, CC°, XC°, septimo.

Af sigillen 2, 5—9 samt det sista, större och mindre stycken qvar; af 1, 3, 4, 10, och det näst sista, remsorna qvar; efter 11, hvars remsa bortfallit, är ett stycke af brefvets nedra kant, tillika med de derå varande sigill, bortfrätt. Brefvet är på flera ställen utplånadt och i allmänhet mycket utblekt.

1187. 1297.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons utfärdade Kyrkostadgar för Ärkestiftet.

B. 2: 239.

Statuta synodalia dyocesis vpsalensis.

Anno domini M° CC° XC° septimo nos NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis apud predictam ecclesiam nostram fecimus & puplicauimus subscripta statuta in synodo nostra.

Primum mandauimus quod quilibet sacerdos indutus vestibus sacris excepta casula diebus dominicis in pulpitario legens salem & aquam benedicat puplice.

Jtem quod sacramenta ecclesie cum omni reuerencia & attencione obseruentur & pixis corporis christi sine crismalia munde habeantur.

Jtem quod in ecclesiis testudinatis pannus vnus seu vestis inter altare & testudinem superius extendatur propter immundicias expellendas.

Jtem quod de vino & oblatis cauti sint quod illa munda habeant & incorrupta similiter & pallas corporalia & alia ornamenta altaris & ecclesie munda & nitida conseruent.

Jtem quod quilibet sacerdos de prepositi seu prelati sui licencia sibi confessorem eligat & recipiat cui confiteatur & qui ipsum absoluere possit.

Jtem quod nullus sacerdos se intromittat alterius parochianum confessare vel alia sacramenta sibi ministrare sine licencia parochialis.

Jtem quod nullus sacerdos questionarios seu bedellos elemosinas petentes in sua ecclesia vel parochia circuire sustineat nisi nostras habuerint litteras patentes.

Jtem mandamus quod quilibet sacerdos beneficium ecclesiasticum adeptus, omnia que ante se in fundo ecclesie inuenerit, vocatis aliquibus de parochia diligenter conscribat, necnon predia libros & indumenta ecclesie ipsius, & ipsam scripturam preposito vel prelato suo quam cicius committat.

Jtem mandamus quod nullus fundum ecclesie vel habitacionem ad locum alium transferat vel transmittat absque nostra licencia speciali, predia eciam ecclesie vel pratella nullus distrahere vendere vel permutare presumat absque nostra licencia speciali Cum autem necessitas suaserit vt permutacio seu distractio prediorum huiusmodi fieri habeat hoc prelato insinuare qui nobis postmodum super hoc scribat & nostrum super hoc expectet rescriptum & mandatum Qui autem in premissis vel aliquo premissorum culpabilis inuentus fuerit, tamquam nostri transgressor mandati secundum exigenciam sui delicti, per nos vel per alterum cui super hoc speciale nostrum

mandatum commiserimus puniatur Qui vero bona ecclesiastica superflue erogauerit et propter hoc fundum ecclesie reddiderit desolatum tamquam dilapidator bonorum puniatur.

Super ieiuniorum obseruacione talem fecimus declaracionem vt in posterum cum festum aliquod vigiliam habens ieiunabilem in die lune euenerit in sabbato precedenti ieiunium illud fiat, sicut iura hoc mandare videntur sed propter penitencie consuetudinem a ieiunio cessetur in hoc casu, ad vigilias autem in pane & aqua seu in piscibus ieiunandas illi solum ecclesie precepto astringantur qui in XVIII° anno sue etatis fuerint constituti.

Considerantes insuper quod ex prohibito terre laboricio in quibusdam festis sanctorum & vigiliis sub pena pecuniaria multa dampna & incommoda incolis terre nostre peruenerant, indulgemus in posterum vt homines circa terre culturam. arando. seminando. metendo, colligendo, ac fenum & segetes inferendo, necessitate exigente laborare volentes licencia a suo presbitero parochiali requisita & optenta absque pena pecuniaria que ipsis in premissis consueuerit inponi liberi valeant operari, Jta tamen laboricium huiusmodi in premissis faciendis licitum esse volumus vt extra huiuscemodi laboricia ad alios quoscumque labores se illis temporibus inpune non extendant Quod si fecerint seu eciam si in laboricio terre in premissis casibus indulto licenciam a suo presbitero parochiali requirere contemserint & habere pena pecuniaria pro contemptu prout fieri consueuit puniantur Jn dominicis autem omnibus vel festiuitatibus precipuis, vt puta exaltacione crucis festiuitatibus beate virginis, michaelis archangeli natiuitatis beati johannis baptiste petri & pauli apostolorum, laurencii erici & olaui martirum & die dedicacionis a laboribus omnibus vt consuetum est cessandum fore mandamus.

Jtem mandamus vt presbiteri diem beati dominici de officiis celebrem habere teneantur ac festum eiusdem in dominica precedenti coram parochianis suis vt moris est de aliis festis publicent & indicent.

Jtem mandamus in omnibus ecclesiis lapidem consecratum ita latum haberi vt hostie in die pasche consecrando cum calice capi possint.

Jtem prohibemus ne quis presbiterorum libros scribi vel alia ecclesie ornamenta comparari faciat, absque prepositorum suorum requisicione & licencia speciali.

Jtem prohibemus ne quis presbiterorum parochianum suum quemlibet ab ecclesia eliminare presumat vel a diuinis suspendere, absque sui prepositi licencia & mandato expresso.

1188. 1297 d. 8 Jan. Berga på Färingsö.

Johan Engels Stadfästelse på Magnus Jönssons gåfva af 2 åttingar jord i Östergöthland till sin tjenare Björn Naste.

A 6. a. 2. 32.

Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes dictus Angelus, salutem in domino sempiternam. Quia dilectus auunculus meus Dominus Magnus Joonson, fideli famulo suo beroni dicto Nasthæ duos attingos terre in osghocia, alium in scornebyerghum, & alium in gnistlingæthorpum. Jure hereditario sibi & suis heredibus contulit posidendos, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur Jdemque .B. ratificacionis mee litteras super porcione predij que me posset donacione non facta contigisse, postulat instanter propterea constare volo tam posteris quam modernis quod eandem donacionem ratifico & confirmo irreuocabiliter per presentes renuncians omnj excepcioni que mihi in hac parte posset competere de Jure uel de facto Jn cuius rei euidens testimonium sigillum meum vna cum sigillo Domini .B. illustris regis sweorum cancellarii Domini Erici presentibus est appensum. Datum byerghum Jn færingø feria tercia infra octauas Epyphanie anno domini M°. CC°. XC°. VII°.

Sigillen: 1 något skadadt; 2 andeligt, likaledes.

1189. 1297 d. 15 Febr. Rafunda.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons Skyddsbref för Thorer Gjurdsson från Rafunda i Jemtland.

B. 2: 297.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis Nicholaus diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis Salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter quod nos thorirum girdasun presencium exhibitorem de silua Rafundum in iæmpcia sub beatorum Laurencii et Erici martyrum Ac Ecclesie nostre vpsalensis et nostram protectionem recepimus et munimen, Jnhibentes omnibus et singulis firmiter et districte nequis eum indebite molestare vel aggrauare presumat Jnhibentes eciam districtius, ne quis eundem thorirum Racione partis predii in silua predicta sibi ab vpsalensi Ecclesia causa hospitalitatis assignate inpetere Census, tallias vel exactiones quaslibet inponere aut alio quouis modo grauare presumat Jn horum igitur euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum apud Ecclesiam Rafundum anno domini M°CC nonagesimo VII Die beati sigfridi confessoris.

1190. 1297 d. 10 Mars. Åby.

Röric Birgerssons Bref på jord i Kufvasta till Konungens Fogate Christian i pant för 2 mark penningar.

A. 6. a. 2. 33.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum inspecturis RØRICUS BYRGERI quondam filius salutem in ihesu christo benedicto Tenore presencium notum facio vniuersis quod exposui Cristiarno domini regis aduocato XIIII:cim solidos terre & tres denarios terre in chuuastum in parochia yristum pro triginta duabus marcis denariorum in festo sancti Olaui redimendos, Et si termino prefixo predicta terra redempta non fuerit, Cristiarnus aduocatus memoratam terram habeat & in eternum possideat JN huius facti euidenciam et testimonium sigillum meum & sigilla domini schula mercatoris de westraaros & bertholdi quondam aduocati tauestie presentibus sunt appensa. Actum in aby anno domini M° CC° Nonagesimo VII° in secunda dominica quadragesime.

Sigillen: 1. bortfallet, remsan qvar; 2, 3 skadade.

1191. 1297 den 27 Mars. Stockholm.

Stockholms Stads Magistrats Fastebref på byte af gårdar mellan Ragnhilf och St. Claræ Kloster.

A. 3. f. 2: 3.

Omnibus presentes litteras inspecturis, SAXO aduocatus, ac communitas ciuium de stokholm. Salutem in domino sempiternam. Quia geste rei noticia cum lapsu temporis, ab hominum memoria cicius labitur, nisi scripture testimonio, veritas ad posteros transmittatur, idcirco nos harum tenore litterarum tam ad presencium quam futurorum volumus deduci noticiam quod Ranghelf socrus asmundi fabri, ex parte vna & haquinus dictus galli procurator monasterij sancte clare ex parte altera, jure ciuili ac legum terre, quandam permutacionem fecerunt in nostra presencia in huno modum. Dictus namque haquinus tradidit eidem ranghelf & heredibus suis in possessionem curiam monasterij in norræmalm, valentem decem marchas, tali tamen addita condicione, quod quicumque curiam ipsam inhabitauerint pro tempore censum ex eadem soluere teneantur monasterio prout de alijs areis ibidem exhibetur, Recepit autem a matrona eadem pro curia ipsa, duos solidos terre cum dimidio in parochia marchem, villa viby cum omnibus, eisdem, in agris, pratis, siluis, aquis, pascuis, sev qvibuscumque alijs attinentibus, a monasterio perpetuo possidendos. Predictus insuper haquinus, emit a matrona ipsa dimidiam horam terre, in eadem uilla pro sex marcis den., monasterio in pos-

sessionem, sub omnibus condicionibus supradictis. datis sibi supra precium quatuor marcis den. racione fauoris sev doni, quod vild uulgariter appellatur. Subscripti autem fuerunt byfaster & gardfaster in negocio supradicto, videlicet wlpho speghel subfectus, hænzæ fan hedhen, magister burgensis, bothwidus gyuridis, Nicholaus gener monetarij, sildæsuen, Rykulphus, olauus bunkefoth, Jan hwiti, hænzæ swarti, vinimar, Thethmarus colloniensis & wihal kramæri. Jn cuius eciam rei euidenciam, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum stokholm anno domini. M°.CC°.XC°VII°. Sexto kal. aprilis.

Sigillen: 1 obetydligt skadadt; 2 blott hälften qvar.

1192. 1297 d. 4 April. Wreta.

Sune Siks Stadfästelsebref på dess svärmoders Arguns gåfva af en jord i Bryigstat till Wreta Kloster, med förbehåll af lösningsrätt mot 24 mark i gångbart mynt, för sig och sin hustrus arfvingar.

A. 8. c. 4.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris Suno dictus sik Salutem in domino sempiternam Notum facio per presentes me in presencia øgeri drabbæ et fratris Nicholai monachi de aluastro ac aliorum discretorum placitasse cum reuerenda ac religiosa domina katerina abbatissa de wreta ac firmiter condixisse quod predium Bryigstat videlicet tres partes octonarii quod contulit argun pro anima sua mater vxoris mee claustro wretensi supradicto monasterio perpetuo attinebit, ista tamen condicione interposita quod predictum predium potest per me vel heredes vxoris mee, XXIIII, marcis currentis monete redimi quando cunque nobis placuerit esse redimendum jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis supradictorum øgeri fratris Nicolai duxi presentibus apponenda Datum wretis anno domini M°CC°XC°VII° jn die sancti ambrosii episcopi et confessoris.

Sigillen skadade, fästade på 3 ur brefvet klippta remsor.

1193. 1297 d. 7 Apr.

Bengt Petersöns intyg, att han å sin hustrus och dess sons vägnar försålt delar af gårderne Hohult, Botilahult och Miglahult i Wärend för 21 mark, vid hvilkas erläggande köpebref skall erhållas.

J. 6. 240.

Vniuersis Præsens Scriptum visuris vel audituris. Benedictus Pæthersum, in virginis filio benedicto Salutem. Nouerint vniuersi, me Benedictum

ex parte vxoris meæ Ingeburgis, et Haquini filij sui, Dicti Lämä, terram in Vårändia sitam, scilicet quartam pärtem in Hohult, et partem Duodecimam in Botilabothi, et decimam octauam partem in Miglahult ab omni impetitione, tam futurorum quam præsentium, Petro Öijassun pro viginti marchis puri argenti, et vna, recti ponderis in Svecia vendidisse, sub hac conditione, quod ipse Petrus meis, ex parte mea, Dictam pecuniam in profesto beati Michaelis cum Testimonio trium ciuium in Skäningia, et prioris ibidem vel superioris committeret Ceterum dum prædicta pecunia mihi vel vxoris meæ, vel Haquino filio suo occurrerit, loco prædicto sepefato Petro, super hac venditione literas Domini Regis Sueorum committatur, vna cum sigillo meo, et Vxoris meæ Ingeburgis, necnon Haquini Lämä, sui filij, in Testimonium et evidentiam. Actum Anno Domini M. CC. Nonagesimo VII. Sabbato Palmarum.

Sigillen 1, 2, derunder tecknade, 3 bortfallet.

1194. 1297 d. 29 Apr. Linköping.

Marskalken Thorkel Knutssons vidimation af Konung Waldemars Bref af den 30 Juni 1271, med befallning om dess iakttagande.

A. 3. o.

Th. jllustris regis sweorum Marskalchus, Omnibus vestbo. østbo. sundyrbo. Nyudungi. Wydbo & Thwetom inhabitantibus salutem in domino, Noueritis nos litteras Domini Waldemari quondam regis sweorum, non cancellatas, non rasas. non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba, W. dei gracia &c *se föregående N:o* 551. Nos igitur vobis iniungimus firmiter & Mandamus quod dictum censum annis singulis sicut superius expressum est exhibere sine difficultate qualibet studeatis, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum Lyncopie anno domini M°. CC° XCVII in die beati petri Martiris.

Sigillet finnes nästan oskadadt.

1195. 1297 d. 29 Apr.

Biskopen Lars II:s i Linköping vidimation af Konung Waldemars Bref af den 30 Juni 1271, med förständigande om dess iakttagande.

B. 3. 143 v.

Laurencius dej gracia episcopus lyncopensis Omnibus westbo & østbo sunderbo, nyudhiunge vidhbo & thwetum jnhabitantibus salutem jn domino sempi-

sempiternam Constare vobis volumus. nos & dominum thyrgillum marscalcum, dominum nicholaum legiferum, dominum tuconem jonsson & dominum ragwaldum puka die beati petri martiris vidisse litteras dominj waldemari quondam regis swecie non rasas non abolitas non cancellatas nec jn aliqua suj parte viciatas jn hec verba W dej gracia &c. *Se föregående N:o* 551. Nos igitur tenore presentis vniuersitatem vestram petimus & rogamus quod sensum predictum fideliter & sine contradictione exhibeatis jta quod quelibet parochia proprio sacerdoti Datum lyncopie anno domini M°CC°XCVII die beati petri martiris.

1196. 1297 d. 3 Juni. Lybeck.

Johans af Schedvi intyg att han afstått till Biskop Ysar i Strengnäs jord i Dunker och Wadsbro.

A. g. 3. 5.

Vniuersis presentes litteras Jnspecturis. Johannes de Schedui apud ualles. salutem in domino. Nouerint vniuersi, Quod domino meo, domino ysaro episcopo strengenensi assigno duos solidos terre. vnum in duncker. sub petro & berone, & vnum in vazbro sub petro filio quondam halstani. eo tytulo quo eidem terram meam in rørdhe euidenter & litteraliter assignaui, sicut in litteris patentibus quas sepedictus dominus meus episcopus strengenensis super hoc acceperat continetur. Datum apud lybec anno domini M°. CC°. XC°. VII. secunda feria pentecostes Sigillo prioris strengenensis pariter & meo subappensis.

Sigillen: af 1, ett stycke qvar; 2, mindre skadadt; bägge andeliga, i rödt vax.

1197. 1297 d. 14 Juni. Arboga.

Biskoparne Brynolf i Skara och Ysars i Strengnäs Aflatsbref för Arboga kyrka.

L. b. 75.

Universis præsentes literas inspecturis, Bryniulphus Dei Gratia Episcopus Scarensis, & Ysarus eadem Dei Gratia Stregnensis, salutem in Domino sempiternam dicunt. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit & vota digne servientibus, multo majora retribuit, quam valeant promereri. Nihilominus desiderantes reddere populum Domino acceptabilem, Christi Fideles ad complacendum, & quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remissionibus invitamus, ut exinde Divinæ misericordiæ reddantur certiores. Cupientes ergo, ut Ecclesia Beati

Olavi in Arbuga, Diœcesis Arosiensis, dignis honoribus & devotione populi frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui eandem Ecclesiam in quatvor Festivitatibus Beatæ Virginis & in anniversariis dedicationis ejusdem ecclesiæ; ac in Festo Beati Olavi Martyris; nec non in solennitate Apostolorum Petri & Pauli, cum reverentia & honore visitaverint, de Omnipotentis Dei Misericordia XL dies, dum modo ad id diœcesum consensus accesserit, annis singulis misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus duximus adponenda. Datum apud Arbuga A:o Domini MCC nonagesimo septimo XVIII Kalend. Julii.

1198. 1297 d. 15 Juni. Arboga.

Ärke-Biskopen Nils Allessons Aflatsbref för Sko kloster.

A. 3 b. 2.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam Licet is &c. *såsom N:o* 435 *till* exinde diuine misericordie reddantur graciores, Cupientes igitur vt ecclesia dilectarum nobis in christo filiarum sanctimonialium in sko, que in honorem beate virginis marie constructa est, dignis honoribus & deuocione populi frequentetur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui eandem ecclesiam in festo purificacionis beate virginis & per octo dies sequentes, nec non in festo beati Johannis baptiste, ac eciam per octauas eiusdem festi cum reuerencia et honore visitauerint, de omni potentis dei misericordia, ac beatorum petri & pauli apostolorum, sanctorumque laurenci & Erici martirum eiusdem auctoritate confisi, Quadraginta dierum indulgencias, de iniunctis sibi penitencijs annis singulis misericorditer relaxamus. Jndulgencias eciam dicto monasterio sko, ab alijs ecclesiarum prelatis collatas approbamus & ratificamus per presentes, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud Arbugha anno domini Millesimo ducentesimo, Nonagesimo, septimo, sabbato proximo post festum trinitatis.

Af Sigillet ett stycke i behåll.

1199. 1297 d. 16 Juni.

Konung Birgers Bref, med intyg att Junker Erik medgifvit Sigmund Keldorsson för trogen tjenst, den han bevisat hans fader Konung Waldemar, de gods han å Arnö i Säby och Wadaholm samt i Thiufta befinnes innehafva.

A. 6. a. 2: 34.

Birgerus dei gracia sueorum gothorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum

facimus vniuersis, quod dilectus fratruelis noster domicellus Ericus in presencia religiosorum virorum, fratrum, Olaui gardiani stokholmensis Jarpulfi lectoris ibidem, & laurencii prioris arosiensis ordinis predicatorum, nec non saxonis aduocati stokholmensis, non inuitus, non illectus, non coactus, non inductus set mera & spontanea voluntate discreto viro sigmundo keldorsson racione seruicij quod domino Waldemaro quondam regi patri eiusdem domicelli Erici fideliter impenderat, dedit et assignauit ac appropriando tradidit totum predium quod possedisse dinoscitur in arnø in villis, seby & vadhaholm cum omnibus suis pertinenciis, in piscarijs siluis. insulis, agris et pratis infra sepes & extra sibi & suis heredibus perpetuo possidendum. Jnsuper predictus domicellus Ericus eciam ex meta & libera voluntate, consensum & assensum adhibuit quod quicquid prefatus dominus valdemarus pater suus vxori thorstani longi in eisdem villis seby & vadhaholm contulit, & ipse sigmundus ab ipso thorstano & vxore sua titulo empcionis acquisiuerat libere possideat & quiete, ipsamque donacionem ratam habuit & perpetuo ac irreuocabiliter stabilitam Transferens in eundem sigmundum & suos heredes liberam & plenariam facultatem predictas possessiones vendendi, commutandj seu quocumque modo voluerit ordinandi, pro sue libito voluntatis, Ceterum consensum suum liberum vt prediximus adhibuit donacioni facte predicto sigmundo per sepedictum patrem suum dominum valdemarum de curia in thiufta sita cum omnibus suis pertinenciis, & eandem donacionem ratam, gratam, firmam, & irreuocabiliter ratificatam habuit, prout in litteris suis super hoc confectis plenius continetur. Jn cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum vna cum sigillis dilectorum consiliariorum nostrorum ac fratrum premissorum quorum sigilla eisdem presentibus sunt appensa, Jnsuper promisit predictus domicellus ericus vt cum primo sigillum proprium habuerit, has litteras eodem sigillo velit vtique communire, Datum anno domini M°. CC. XC. VII°. XVI. kal. Junii.

Sigillen: 1, 4 skadade, 2 bortfallet, 3 fullständigt; alla på silkestrådar; dessutom hål för flera sigill.

1200. 1297 d. 21 Juni. Idö.

Biskoparnes i Linköping, Strengnäs och Wexiö Aflatsbref för dem, som besöka Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4: 14.

Vniuersis presentes litteras Jnspecturis LAURENCIUS lincopensis, YSARUS strengianensis, & MAGNUS vexionensis dei gracia Episcopi, salutem in domino sempiternam, Licet js &c *såsom N:o* 435 *till* apciores, Cupientes igitur vt ecclesia vpsalensis que omnium Regni huius mater est & Metropolitana, dignis honori-

bus & deuocione populi frequentetur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui eandem ecclesiam vpsalensem metropolitanam, Jn Cena domini, & singulis diebus sequentibus vsque ad octauas pasche, & in festis beatorum Laurencij & Erici Martirum, ac per Octo dies earundem festiuitatum sequentes, & in Quatuor festiuitatibus beate virginis Marie, videlicet Assumpcionis, Natiuitatis, Purificacionis & Annunciacionis, & per Octauas predictarum sollempnitatum deuote visitauerint, seu eciam ad fabricam eiusdem ecclesie pia karitatis subsidia fuerint elargiti, Nos Laurencius lincopensis Quadraginta dies, Ysarus strengianensis, Quadraginta dies, & magnus vexionensis Quadraginta dies, de omnipotentis dei misericordia, & beatorum petri, & pauli apostolorum eius auctoritate confisi de iniunctis sibi penitencijs ex voluntate et consensu, Reuerendi patris Domini nostri metropolitani, annis singulis misericorditer relaxamus, Datum apud Jöø anno domini Millesimo. Ducentesimo. Nonagesimo septimo vndecimo kalend. Julij.

Alla 3 Sigillen bortfallna; remsorna qvar.

1201. 1297. d 21 Juni. Idö.

Biskoparnes i Skara, Westerås och Åbo Aflatsbref för dem, som besöka Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4: 16.

Vniuersis presentes litteras Jnspecturis, Bryniulphus skarensis, Petrus arosiensis, & Magnus Aboensis, dei gracia Episcopi, &c. *lika med näst föregående N:o* 1200.

Sigillen: af 1 några små stycken qvar; 2, 3 bortfallna, remsorna qvar.

1202. 1297 d. 13 Juli. Stockholm.

Konung Birgers och Ärke-Biskopen Nils Allessons Stadga om Helsingarnes Tionde.

A. 7. a. 3. 1.

Bjrgerus dei gracia sueorum Gothorumque Rex & Nicolaus miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis Omnibus tam clericis quam laycis Helsingiam inhabitantibus Salutem in domino sempiternam, Dei prouidencia, que sua sapientissima dispocicione vniuersa gubernat, Jdeo nos in culmine regiminis collocauit, vt ea que rectitudinis, equitatis ac pacis sunt, subditis ordinemus Ea propter Nos considerantes controuersiam & discordiam que inter clerum & populum super juribus & consuetudinibus ecclesiasticis in terra vestra ad tempus fuerat, jpsam sedare & abolere cupientes jntellecta

plene ordinacione quam felicis recordacionis Birgerus dux sueorum inclitus, & venerabilis pater Dominus Laurencius vpsalensis Archiepiscopus, olim in terra vestra super premissis juribus statuerant ordinamus & statuimus infra scripta, volentes & precipientes ea in posterum ab omnibus &.singulis terre vestre incolis inuiolabiliter obseruari, Jn primis omnes decime prediales, integre reddantur, que postmodum in tres partes equales diuidantur quarum vnam recipiat sacerdos, alteram rusticus penes se reseruet, pauperibus erogandam, Tercia vero in duas partes equales diuidatur, quarum alteram ecclesia, alteram autem recipiat archiepiscopus vpsalensis, Decime eciam de salmonibus, allec, foca, & pellibus similiter reddantur & diuidantur, Decime quoque de animalibus integre persoluantur, Jta quod decimam de agnis et edis, soluant in festo beati Michaelis, vitulum vero, seu porcellum decimandum, Nouem dierum ad minus sacerdoti commitant, Quod si rusticus non habuerit decem vitulos, quemlibet infra denarium numerum redimat vna marcha butiri, Si eciam tres agnellos vel edos habuerit, redimat illos dimidia Marcha butiri, si vero Quinque, redimat eos vna marcha butiri, si vero Octo redimat Marcha butiri & dimidia, De vno autem agno vel edo, seu duobus, nichil detur Pullus autem equinus duabus partibus vnius vlne de tela redimatur, Pretere in missis sponsalium sacerdos benedicendis candelas & oblacionem tradat, pro quibus duas vlnas tele recipere teneatur, Jn crastino vero nupciarum mulier introducenda sacerdoti soluat vnam vlnam tele, Mulier autem introducenda post partum, pro candela & oblacione soluat sacerdoti duas vlnas tele, & cibum dictum altarisbyrð faciat pro sue libito voluntatis, Oblacionem quinquies in anno paterfamilias & materfamilias facere teneantur, hijs videlicet diebus, Jn Natali domini, Jn purificacione beate virginis, Jn pascha Jn festo omnium sanctorum & in festo dedicacionis, Jn quibus festiuitatibus sacerdos tradat eis oblacionem, Jpsi vero pro hijs soluant sacerdoti duas vlnas tele, alij autem omnes in die pasche communicandi illo tantum die offerant sacerdoti, denarium vnum vel sui valorem, Jn die vero Parasceues quibus oblacionem faciat pro sue libito voluntatis, Pro pensione vero dicta maala Mercennarius quilibet soluat sacerdoti duas vlnas tele, Mercenaria autem vnam vlnam tele cum tercia parte, Si autem filius vel filiafamilias, extra domum paternam vltra annum, mercede se locauerit, soluat sacerdoti integrum Maala prout superius est expressum, alias ad ista non teneantur, Jtem exhibicio cibariorum que dicitur Matskut, ter in anno fiat, singulis vicibus de vno pane & edulio, id est leff & læffs suuæll, Pro defuncto quolibet fiant tres misse, vna in die sepulture, altera in septenario, Tercia vero in triscenario, ad quas missas sacerdos agentibus curam defuncti, oblacionem ministret, pro qua oblacione in qualibet dictarum missarum sacerdos recipiat sex vlnas tele, & Tres panes cum edulio eisdem pa-

nibus congruenti, anniuersarium autem pro mortuo nullus nisi qui voluerit facere teneatur, Si autem super premissis Juribus exigendis seu exhibendis dissensio oriatur, tunc sacerdos duos viros, & ille a quo aliquid exigitur alios duos viros assumant, quorum arbitrio dicta dissensio terminetur, quam si dicti viri terminare nequiuerint, ad prepositos dicta dissensio referatur, Quecunque autem ecclesiastica secularisve persona, contra hanc nostram ordinacionem in premissis vel quolibet premissorum venire presumpserit, indignacionem nostram atque vindictam, se nouerit incursuram, Jn cuius rei testimonium sigilla nostra, & sigillum domini Thyrgilli Marskalki, agentis tunc negocia regni cum hec statuebantur, Presentibus sunt appensa, Actum stokholmis anno domini. M°.CC°. Nonagesimo septimo, Tercio Jdus Julij.

Sigillen N:o 1, 3 bortfallna; N:o 2 sndeligt, skadadt.

1203. 1297 d. 3 Aug. Säckestad.

Biskop Baynolrs i Skara vittnesbörd, att Biskop Dan vid herremötet i Örebro, sedan han derstädes invigt sin efterträdare Ysar, och i Stockholm vid den tid då Konung Magni likbegängelse firades och tåget mot Karelerne anträddes, afstått all sin rätt till gårdarne Thegnaby och Mundristhorp, som hans broder, Biskop Aaund hade testamenterat till Strängnäs Domkyrka.

A. 3. g. 3: 4.

Omnibus presens scriptum jnspecturis, B. Dei gracia skarensis Episcopus, Salutem jn Domino sempiternam. Notum facimus vniuersis tam posteris, quam presentibus, & testamur. Quod nobilis vir Dominus Dan jons. son. jnmediate post consecracionem Reuerendi patris, fratris nostri Domini ysari Episcopi Strængenensis jn øræbro vbi consilium Domini nostri regis habebatur, coram nobis ac multis alijs nobilibus & discretis, constitutus, omni juri & actioni, quod vel que jn curia thægnæby sibi competit vel competere posset, renunciauit penitus & expresse. Jtem Dictus dominus dan, conuocato jterum concilio Domini nostri regis jn stokholm, tempore quo expedicio estiualis ad Karelos primo mittebatur, & exequie Domini Magni pie memorie quondam regis ibidem celebrabantur, jn presencia nostra ac multorum discretorum lidærnum constitutus, renunciauit omni juri & actioni quod vel que jn curia mundristhorp sibi competit, aut competere videbatur. Quas quidem curias thægnæby videlicet & mundristhorp, Reuerendus pater dominus annundus frater predicti Domini dan, felicis recordacionis episcopus quondam strængenensis, Ecclesie strængenensi reliquit, racione ac nomine testamenti. Jn premissorum igitur testimonium & euiden-

ciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Sækkystadum, Anno Domini M°,CC°,XCVII°. Tercio Non. Augusti.

Ett stycke af sigillet finnes.

1204. 1297 d. 10 Aug.

Kyrkoherden i Ryd Åkes Gåfvobref på jord i Berga till Alvastra kloster.

A. 3. v. 1: 15. *).

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, Acho plebanus ecclesie rydh, Salutem in omnium saluatore, Tenore presencium tam futuri nouerint quam presentes, me sanum corpore vtinam & anima terciam partem octonarij terre cum .XVI:a parte existentis in bierghum fratribus aluastrum pro salute & refrigerio anime mee contulisse iure hereditario inperpetuum possidendo, Jsta tamen condicione imposita quod me uiuente vsui meo terra cederet memorata, prolocucionem autem dictam fest super hoc facto cercius firmando magnus cristine filius deferebat, presentibus, Domino swantapolk Domino Nicholao condam cellario, Dan rangwalzson Rangwaldo dicto ata necnon & alijs quamplurimis fidedignis, Fratribus itaque supradictis exequtorem huius dati Dominus swantapolk se spopondit, Cuius eciam sigillum in huius rei euidenciam firmiorem vna cum meo presentibus est appensum, Datum anno domini M°.CC°.XC°.VII°. Jn festo sancti Laurencij.

Sigillen 1, 2 bortfallna; efter 3 finnas blå trådar qvar.

1205. 1297 den 4 Sept. Alsnö.

Marskalken Thorkel Knutssons Bref till Helsingarne om utgörande nu som vanligt af vissa förut åtagna utlagor till deras sockneprester.

A. 6. a. 2: 35.

Thyrgillus knutson Jllustris sueorum Gothorumque regis Marskalkus, vniuersis helsingiam inhabitantibus salutem in domino sempiternam, volumus & mandamus Quatinus obuenciones, seu pensiones, ex longa consuetudine & laudabili institucione debitas, quas presbiteris vestris parochialibus propter statuta quedam per vos & inter vos facta, ac publicata, ad tempora aliqua

*) Finnes äfven i afskrift A. 3. v. 1: 16. utfärdad 1401 af riddaren Nils Magnusson m. fl. Både original och copia mycket skadade af fukt.

erogare omisistis, ad requisicionem & mandatum prepositorum vestrorum, integraliter absque difficultate & reclamacione qualibet, supplendo exhibere curetis, sicut regiam vindictam volueritis euitare, Tantum in hac parte facientes, quod mandatum nostrum sibi senciant profuisse, Jn huius nostri mandati euidenciam, sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud alsnu anno domini Millesimo, CC°. XC°. VII°. Pridie non. septembris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1206 — 1297 d. 8 Sept. — Warnhem.

Vestgötha Lagmannen Bengts stadfästelse på äldre bref rörande Spannahult såsom Gudhems klosters tillhörighet, med uppgift å nämnde gårds gräuser.

A. 3. å. 2. 12.

Omnibus presentes litteras visuris uel audituris Benedictus legifer wæsgothorum, salutem jn domino sempiternam, quoniam ea que geruntur. propter labilem hominum memoriam faciliter in dubium reuocantur, nisi scriptura superstite viuacis littere testimonio succedentibus patefiant. nouerint igitur, tam posteri quam presentes Me discretorum virorum videlicet domini .G. wæsgothorum legiferi. suique, domini. f. legiferi. nobilis successoris, litteras non rasas. non cancellatas, nec in aliqua parte viciatas, diligencius conspexisse. tociusque seriei veritatem coram melioribus & discrecioribus tocius wæsgocie. secundum proprie conciencie facultatem personaliter excusisse, neminemque supradictarum litterarum tenori contradicentem inuenisse, quin sanctimoniales de gudhemh terram circa mansionem ipsarum in spanæholt a monte, vsque ad stagnum wætor, secundum terre leges optinuerunt, rate & irreuocabiliter inperpetuum libere possidendam. cuius latitudo tanta est ex utraque parte riuuli piscacionis qui dicitur krepling iuxta dictum stagnum, quanta est prope predictam mansionem inter pontes riuulorum, Qua propter cum iam discretorum virorum nostrorum antecessorum litteras confirmacionis super hoc & iudicia, reperieram ac cunctorum assensum wæsgothorum & fauorem adhesisse eadem predia irreuocabilia presencium testimonio. meoque sigillo duxi confirmari. Nequis autem confirmacionem hanc infringere uel attemptare presumat diuine maiestatis vindictam & humane affuturam postulo hanc paginam tam rate paccionis attemptanti. Datum warnemh anno domini M°. CC°. XC *). VII. sexto jdus septembris.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1207.

*) Tiotalet är utblekt, men rummet medgifver blott XC, hvilket ock finnes i Örnhielms Afskr. E. 4: 677.

1207. 1297 d. 7 Oct. Alsnö.

Konung Birgers Bref till de 3 Folklandens innevånare med tillkännagifvande, att Ärke-Biskopen Nils Allessons arbetsfolk och legohjon äro befriade från alla utskylder.

A. 7.

Birgerus dei gracia sueorum gotorumque rex, Omnibus tiundiam, attundiam, & fiædrundiam, inhabitantibus graciam cum salute, volentes laboratores seu mercennarios in curijs reuerendi patris, domini nicholai archiepiscopi vpsalensis, commorantes ab exactionibus seu inposicionibus quibuslibet liberos esse pariter & exemptos, a quibus & intelligimus eos fuisse liberos temporibus retro actis, Jnhibemus sub obtentu gracie nostre, ne quis ipsos huiusmodi faciendis ascribat, seu quouis alio modo per premissa grauet vel molestet, Jn horum igitur euidenciam pleniorem sigilli nostri munimine scriptum presens duximus roborandum, Datum alsnu. anno domini. M°.CC°.XC°, VII. Non. octobris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet skurna remsan.

1208. 1297 d. 7 Oct. Alsnö.

Konung Birgers Förläningsbref på en tomt i Stockholms förstad till Ärke-Biskopen Nils i Upsala med vilkor, att efter Ärke-Biskopens död, densamma ega med erläggande af derpå gjorda omkostnader, återtaga.

A. 7. a 1. 30.

Birgerus dei gracia sueorum gotorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam, Significamus per presentes, Quod nos fundum quemdam stocholmis iuxta finem pontis, versus Sytra malm viginti quatuor vlnarum in longitudine & .XVIII. vlnarum in latitudine, Reuerendo patri domino nicholao archiepiscopo vpsalensi conferimus & assignamus pro vsibus suis et ecclesie vpsalensis occupandum, Jta tamen quod si nobis vel nostris successoribus post dicessum seu mortem dicti patris .s. domini .N. vtile atque expediens visum fuerit eundem fundum nostris vsibus applicare, refusis expensis in dicto fundo factis secundum taxacionem & arbitrium discretorum, eundem reuocandi ius nobis liberum sit atque saluum, Jn horum igitur euidenciam pleniorem sigilli nostri munimine scriptum presens duximus roborandum, Datum alsnu, anno domini. M . CC , XC°. VII°. Nonis octobris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1209. 1297 d. 9 Oct.

Konung Birgers Bref angående frihet för Upsala Domkyrkogods från Kongl. utskylder.

A. 7.

Birgerus dei gracia sueorum Gothorumque rex. Omnibus presentes litteras inspecturis. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus euidenter Quod nos possessiones et predia ad fabricam ecclesie vpsalensis vel prebendas choralium spectancia que per procuratores seu syndicos eiusdem ecclesie reguntur. et disponuntur. cum villicis. colonis. familiis et personis ceteris in eisdem bonis commorantibus ab omnibus juribus et causis regalibus. solucionibus. imposicionibus videlicet spannala. ledhunxlama. Ettagiald, et skipuist. ac exhibicionibus quibuscunque juri nostro et nomini debitis penitus libera reddimus et exempta. si vero expedicionem nostram euocari. vel iudicium nostrum, seu corone juramentum infringi. aut generaliter a toto regno requiri subsidium, seu causas in occultis homicidiis mordh dictis atque furtis emergere contigerit. et structuras nauium. jsta ipsis nullatenus libera reddimus. sed ea ad ordinacionem nostram et ad fiscum regium volumus pertinere. Prohibentes firmiter ne quis ipsos contra premissas libertates audeat aliquatinus molestare, prout graciam nostram diligit inoffensam. Datum anno domini .M°. CC. XC. VII. in die beatorum martirum dyonisii sociorumque eius.

Ett stycke af sigillet är qvar på en ur brefvet klippt remsa.

1210. 1297 d. 12 Oct.

Biskopen i Linköping Lars II:s Bref till Domhafvande i Skenninge med förbud, att upptaga den af Biskopen redan afdömda tvisten mellan Wreta kloster och Johan af Skornaberg om Karlaby.

A. B. t. 1.

Laurencius dei gracia Episcopus lyncopensis vniuersis skeningie placitantibus. salutem in domino, Quia super controuersia mota Monasterio sanctimonialium wretis. per Johannem de skornabyærgh. super predio sito in karlaby. quod quedam monialis ibidem, ingridis dicta dighræ, eidem Monasterio ex consensu heredum suorum, prout allegatum exstitit coram nobis, secum contulit perpetue possidendum, sentenciam protulimus pro Monasterio predicto, volumus & Mandamus vt nullus vestrum iudicium tenens, nec memoratus Johannes, vel sui propinqui, super dicta controuersia procedat vel se aliquatenus intromittat, quousque sepe dicta controuersia, coram domïnis. Rege, archiepiscopo, & nobis, sentencialiter fuerit terminata. presertim cum de huiusmodi iudicare, ad nostrum examen pertinere dinoscatur, Datum anno domini. M°. CC°. XC°. VII°. IIII°. Jdus octobris.

Sigillet fallet från den urklippta remsan.

1211. 1297 d. 12 Nov. Lund.

Kaniken i Lund Götes testamentariska anordning af sin gård Lockerup till Stephani altare i Lunds domkyrka, till underhållande af årsbegängelse.

B. 1: 226.

Testamentum gøtonis cellerarij super vna curia in lockorp ad altare beati stephanj. de qua procurator fabrice. suum tenebit anniuersarium.

In nomine patris & filij & spiritus sancti Amen. Ego GØTO canonicus lundensis sciens nichil esse certius morte & nichil incertius hora mortis. ipsam bonis operibus cupiens preuenire de bonis mihi a deo concessis testamentum meum condo & ordino in hunc modum. lego igitur & per scotacionem trado ad altare beati stephani in ecclesia beati laurencij lundis curiam meam cum omnibus pertinenciis suis mobilibus & immobilibus quam habeo in lockathorp cum tali condicione quod procurator fabrice lundensis ecclesie qui nunc est vel qui pro tempore fuerit ipsam curiam sub ordinacione sua teneat. & redditus mihi prouenientes singulis annis pro anima mea eroget in hunc modum. primo videlicet sacerdoti dictum altare officianti quinque marchas denariorum conferet annuatim. qui tres missas in qualibet septimana sit dicturus vnam videlicet de beata virgine. secundam de sancto andrea. sancto stephano & sancto laurencio alternatim. terciam vero pro defunctis volo eciam quod ipse procurator. ad dictum altare officiandum. quicunque voluerit ydoneum instituat sacerdotem jtem volo quod de predictis prouentibus deducantur tres marche den. due ore den. ad offerendum in anniuersario meo & fratris mei laghonis vno & eodem die celebrando Canonicis autem residentibus & non residentibus qui vigiliis & misse interfuerint dimidia marcha den. vicariis qui vigiliis & misse interfuerint tres ore den. ministro ecclesie & pulsantibus in turri ipso die. ora den. & pauperibus scolaribus II ore den. erogentur. jtem volo quod ad ornatum dicti altaris media marchá reseruetur annuatim. Et si quid residuum fuerit. memoratus procurator pro voluntate sua ordinet & disponat prout anime mee viderit expedire Ne igitur super huius ordinacione testamenti aliqua valeat inposterum dubitacionis & contradictionis materia suboriri. sigilla venerabilium dominorum capituli lundensis conuentus omnium sanctorum Conuentus fratrum predicatorum & conuentus fratrum minorum lundis nec non & Cristiarni & aslonis eiusdem loci canonicorum vnacum meo proprio presentibus sunt appensa. Dictos autem dominos cristiarnum & aslonem canonicos predicti testamenti constituo & ordino exsequtores. Datum & actum lundis Anno dominj MCC nonagesimo septimo in crastino beati martinj confessoris.

1212. 1297 d. 19 Dec. Hammarö.

Lars Bondes bref om utbyte af åtskilliga gårdar till Juleta Kloster.

A. 3. b. 2.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Laurencius bobyærgh, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi nos Domino Abbati de Julæthum & conuentuj ibidem vnam curiam in thorp, cum opidulo dicto ragnuthorp. & molendino ibidem. necnon & mirceto wlgariter dicto porstect, iuxta grafsiobodher, singulisque mobilibus & immobilibus eisdem bonis adiacentibus, sicut ea post Dominum amundum haralz son, habuimus, tytulo commutacionis reliquisse, superaddita vna ora terre in wik, quam eis dedimus tali condicione quod eandem oram terre pro predijs alijs, ipsis tam vtilibus, resoluere possumus si velimus, recipientes ab ipsis curiam in hialmsæter, cum bonis omnibus mobilibus & immobilibus eidem curie adiacentibus. sicut in diebus Domini haraldi gudmund son habebantur, integra & quieta, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus famulis nostris algoto viglughæ son & petro nichlæs son armigeris & alijs pluribus fidedignis, Datum hamarø, anno domini. M°.CC°.XC°.VII°, feria .V:ta. post dominicam qua cantatur officium Gaudete.

Sigillet, något skadadt, finnes.

1213. 1297 d. 28 Dec. Upsala.

Ärke-Biskopen Nils Allessons förläningsbref till Prestmannen Knut i Wendel på Åbyggeby i hans lifstid.

A. 3. a. 4: 15.

Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis Dilecto in christo filio kanuto presbitero ecclesie vendil, salutem in domino sempiternam, Cum dignus sit operarius mercede sua, nos intuitu tui seruicij ecclesie nostre vpsalensi fideliter inpensi de consensu nostri Capituli, ad vitam tuam tibi concedimus vsumfructum octo solidorum terre in villa abyggiaby. tue parochie jta quod dictam terram non distrahas nec permutes, nec in aliqua sui parte diminuas, set in morte tua ad fabricam ecclesie nostre vpsalensis predicte jntegre reuertatur, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini Millesimo. Ducentecimo. Nonagesimo septimo jn die beatorum jnnocentum.

Ett stycke af sigillet finnes å den ur brefvet klippta remsan.

1214. 1298 d. . . . Söderköping.

Enkan efter Lars af Snytringe Ragnhilds bref med tillkännagifvande af sättet, hvarpå tvisten mellan henne och hennes måg Herr Birger Petersson blifvit bilagd.

A. 6. a. 2. 30.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Ragnildis relicta laurencii quondam de snytringe, salutem in domino sempiternam, Constare volo singulis per presentes, questionem inter dilectum generum meum dominum Byrgherum pætærson & me ad tempus habitam & versam, Taliter fuisse terminatam, Jta quod Eidem dilecto genero meo domino B. dimiseram tres solidos terre cum dimidio in vnø sibi suisque heredibus in perpetuum proprie possidendos Jnsuper prefatum dominum .B. reddideram liberum ex prouentibus affræd dictis prouenientibus de insula supradicta quos ad me pertinere putabam, Racione mediatorum discretorum videlicet dominorum Aberni sixstenson, laurencii bobærgh. Magni karlson quorum sigilla pariter & meum hiis in testimonium presentibus sunt appensa. Datum suthrcopie in domo fratrum minorum crastino octaue beate virginis marie, Anno domini .M°. CC° XC° VIII.

Remsorna efter 4 sigill finnas.

1215. 1298 d. . . . Högby.

Jon Ingevaldssons och Folke Jonssons betyg, att Rörik i Tuna genom byte kommit i laglig besittning af några Folkes och Fröken Ragnborgs gods.

J. 6. 1.

Omnibus præsentes literas visituris vel audituris Ion Ingwaldsson, Fulko Ionsson. Salutem in Domino. Tenore præsentium omnibus in notescat quod Dominus Rõricus in Tunum, habuit de nobis, sub Titulo Cambij, et legato permutationis secundum leges Patriæ. dimidiam marcham terræ, in Hwssaby marcham, duas autem oras terræ, abute de nobis, quæ attinebant puellæ fulconis Jonssons, Domicellæ Rangburgis, & in eadem parochia videlicet oram terræ, in Bergby, et oram terræ in Lundby, Et quod ipse Dominus R. & hæredes sui, irrevocabiliter terram possideant supradictam. In cuius Facti Evidentiam pleniorem sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum Anno Domini M.° CC.XC. VIII. In Högby. Feria secunda proxima post Inventionem beate Mariæ.

Sigillet finnes derunder afritadt.

1216. 1298 d. 10 Jan. Strengnäs.

Magnus Gregersson intygar, att han till Upsala Domkyrka afstått, och år 1297 fastat, samt erhållit fullkomlig betalning för sin i fäderne erhållna andel af Arnö.

A. 3. a. 4. 21.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, MAGNUS. GREGORIASON, salutem in domino sempiternam, Quia summus rerum opifex deus, de rebus humanis sic prouidit, vt in eis nichil esset, quod non varietati temporum, seu transmutacioni subiaceret, profecto patet, omnium mortalium facta, temporis motum sequi, & per consequens non participare naturam perpetui, set ex sui natura esse transitoria & caduca, Ne ergo eorum memoria que aguntur in tempore, simul cum tempore elabatur, necesse est vt scripture amminiculo fulciantur, Hac igitur consideracione, Ego Magnus inductus, in noticiam tam futurorum quam presencium deducere volens, significo per presentes, quod partem insule arnø, que ad me ex successione paterna peruenit, computatam ad quatuor Marchas terre cum quinque oris terre, juste ac legaliter pleno jure dimiseram ecclesie vpsalensi Domino Magno bone Memorie, dei gracia Electo tunc eidem ecclesie presidente, recognoscens per presentes mihi ad voluntatem meam, pro parti insule predicte integre fore satisfactum, Jnsuper in huius mei facti euidenciam maiorem, & memoriam perpetuam, ad instanciam venerabilis patris Domini Nicolai miseracione diuina archiepiscopi vpsalensis, & discreti viri domini Ewerardi eiusdem ecclesie decani, super hijs ad me nomine suo directi, sub anno domini Millesimo, ducentesimo. Nonagesimo. VII°. feria quarta post purificacionem beate virginis in villa alatunum parochia hiælestum, in pretorio communi, firmarios, seu testes dedi, qui wlgariter fastar appellantur videlicet Olauum jngiuasti filium de heruestum, Johannem de knythlingi, saxonem de høghby. vlfonem de hiælestum, Nicolaum filium Jacobi de brunestum, Thyrgillum de stabby, Jngiualdum de stabby, Hulmvidum de stabby. olauum de stabby, hemmingum vlfson. andream de tunum, Thieluonem de bærestum, sillonem de bærestum, Petrum de grytum, Suenonem de grytum. Thielfonem de brunum, Olauum de valamyri, laurencium de huaranstum, Ollonem judicem, sunonem dictum glam de vilsberghi, Gisonem de kielkestum, olauum de hæruestum, ketilbernum de versestum, & olaum de gyrlingi, Jn premissorum autem robur & testimonium euidens, sigillum meum presentibus est appensum, datum strengienesie, Anno domini M°. CC°. XC°. VIII°. Die veneris jnfra octauam Epiphaniedomini.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1217. 1298 d. 10 Jan. Strengnäs.

Erik Peterssons qvittens på erhållen köpesumma för det till Ärke-Biskop Nils försålda Grenby i Sigtuna socken.

A. 3. a. 4. 17.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Ericus pætersson, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognosco michi satisfactum esse ad meam voluntatem, pro vno solido terre cum duobus den. & dimidio, in villa grenby parochia ecclesie beati petri sictonie situatis, quod predium vendidi Reuerendo patri domino Nicolao miseracione diuina archiepiscopo vpsalensi, secundum terre consuetudinem adhibitis firmarijs vvlgariter dictis fastar, de quibus, vnus erat dominus ysarus Episcopus strengienensis & alij quam plurimi discreti, Jn cuius presencia premissa facta fuerunt, Jn huius autem mee recognicionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum, datum apud ecclesiam strengienes anno domini Millesimo. CC°. Nonagesimo. Octauo, feria .VI. infra Octauas Epiphanie domini.

Sigillet adligt, något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1218. 1298 d. 9 Febr.

Marskalken Thorkil Knutssons Bref om ett jordabyte med Ärke-Biskop Nils i Upsala.

B. 2. 51.

Omnibus presentes litteras inspecturis Th. knutsson domini b. illustris regis sweuorum marscalcus Notum facimus per presentes, quod nos cum venerabili patre, domino N. archiepiscopo vpsalensi quandam prediorum permutacionem fecimus in hunc modum, videlicet quod nos eidem domino archiepiscopo vpsalensi predium duorum solidorum cum dimidio quod habuimus in villa stawj parochia feringatunum cum omnibus sibi de Jure pertinentibus per presentes assignamus pro duobus solidis in villa litlinge insula werø, parochia danarø simul cum omnibus et singulis ad dictos duos solidos spectantibus de iure modo quocumque datum Anno domini M° CC° XC° Octauo in dominica sexagesime.

1219. 1298 d. 13 Febr. Säckestad.

Biskopen Brynolfs i Skara Bref om utbyte från Biskopsbordet af Dunly samt Searstad i Wermland till Domprosteriet emot Domprostskäppan af Kinds och Marks härader.

A. 2.

Omnibus presens scriptum jnspecturis, B. Dei gracia scarensis Episcopus. Salutem jn Domino sempiternam. Quoniam ea que geruntur propter

labilem hominum memoriam frequenter jn dubium reuocantur, nisi scriptura superstite, & viuacis littere testimonio, succedentibus patefiant, Tenore presencium constare volumus, tam posteris vniuersis quam modernis. Jnter nos & Ecclesiam nostram scarensem ex vna parte, & discretum virum dominum benedictum eiusdem ecclesie prepositum ex parte altera, de consensu & consilio capituli nostri, permutacionem quandam factam esse per hunc modum, videlicet, quod nos modium prepositalem jn prouincijs kynd. & Mark. ab ipso domino .B. preposito recipientes, Curiam nostram jn dynlu, cum suis adiacencijs vbicumque positis. & Colonias nostras jn searstadum jn wærmælandia, cum earum pertinencijs quibuslibet jntra sepes & extra, prope & alonge sitis. predicto domino .B. & suis post eum successoribus, nostro, Ecclesie nostre, & successorum nostrorum nomine, assignauimus jn perpetuum possidendas. Jn cuius testimonium sigillum nostrum, & Sigillum Capituli nostri presentibus sunt appensa. Datum sækkistad. Anno Domini, M°,CC°, XC°VIII°. Jdus februarij.

Sigillet N:o 1 bortfallet, N:o 2 något skadadt.

På frånsidan med gammal hand: vendicio in dynlu facta domino Benedicto tunæson a venerabili patre domino brynniulpho episcopo scarensi.

1220. 1298 d. 24 Febr. Skara.

Predikarebrodern Thorers förskrifning på ett utur Sigtuna Kloster låntaget Breviarium.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras jnspecturis Frater Thoribus de sictonia ordinis predicatorum, jn domino salutem. Tenore presencium recognosco, breuiarium quod habeo esse Conuentus sictoniensis, michique per Priorem & fratres eiusdem loci ad vitam meam concessum, jta quod ad dictum Sictoniensem Conuentum vbicumque me morj contigerit, reuertatur. Jn cuius recognicionis euidenciam, sigilla Reuerendorum patrum, fratris jsraelis Prioris Sictoniensis, & fratris Laurencii Prioris Jnsulensis, ad meam peticionem presentibus sunt appensa. Datum Scaris, Anno Dominj .M°. CC°. Nonagesimo. Octauo Feria quinta post festum beatj Mathie.

Stycken af de andeliga sigillen i rödt vax på remsor ur brefvet, finnas qvar.

1221.

1221. 1298 d. 18 Mars. Hult.

Biskopen Lars i Linköping stadfästelse på en öfverenskommelse mellan Kyrkoherden Forkund och Thorer i Näs om en ö.

A. 8. h *).

Omnibus presentes literas jnspecturis. LAURENCIUS dei gracia Episcopus lyncopensis. salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis Nos presentes fuisse et vidisse quod nemda parochialis de hulti, quandam insulam dictam byarø. super qua controuersia inter Dominum forcundum rectorem Ecclesie ibidem, et thorirum de næsi vertebatur, se exhibuit et legaliter defendere voluit, ad vsus dicte Ecclesie et sacerdotis nunc existentis, et suorum successorum. testibus super hoc diligenter examinatis et auditis. quod videns idem thorirus, et se in hac parte processum non habere recognoscens, cessit liti, et voluntarie composicionem iniit, suorum mediante consilio amicorum, vt dicta insula memorate Ecclesie et sacerdoti qui pro tempore in eadam fuerit, cedere debeat, jure perpetuo et irreuocabili possidenda. Tali nichilominus condicione adiecta. quod prefatus thorirus et sui heredes, piscaturas suas apud predictam insulam sitas habeant, jta quod sacerdoti qui pro tempore fuerit vt premissum est, super prato suo infra sepe dictam insulam sito, nullum dampnum inferant, vel grauamen. Ne igitur super hoc in posterum aliqua ambiguitatis materia, seu aduersancium calumpnia generari poterit, huiusmodi composicionem, consensu et voluntate vtriusque partis accedente, tamquam rite et racionabiliter factam, perpetuis temporibus ratam et firmam esse decreuimus, et sigillo nostro presentes literas fecimus insigniri, in premissorum testimonium et cautelam firmiorem. Datum hulti anno Domini M° CC° XC° Octano. feria tercia proxima, post Dominicam medie quadragesime.

Sigillet förkommet.

1222. 1298 d. 22 Mars. Bred.

Kaniken i Upsala ISRAEL PETERSSONS Gåfvobref på Hambra samt Alversta i Botkyrke socken till Upsala Domkyrka.

A. 3. a.

Vniuersis presentes litteras Jnspecturis, JSRAEL PETRI filius, Canonicus vpsalensis, salutem in domino sempiternam. Naturale est et racioni eon-

*) Efter originalet vid Hults kyrka i Jönköpings Län, och vidimation häraf d. 13 Jan. 1443; afskriften meddelad af Herr Kammar-Junkaren L. F. Rääf.

sentaneum, vt diligentem se quisque diligat, et beneficij accepti immemor nequaquam existat, Jdcirco hac inductus consideracione beneficiorum atque dileccionum, michi per venerabiles patres, vpsalensis ecclesie videlicet prelatos, a retroactis temporibus, benenole factos; immemor esse nolens Tenore presencium ad noticiam omnium volo deuenire, quod ob remedium anime mee parentumque meorum, ex consensu et voluntate expressa, dilecti fratris mej, Domini Birgeri legiferi vplandensis Curiam meam Hambra cui duodecim ore terre subiacent, secundum computacionem wlgarem et sedecim solidos terre in villa Æluerstum, parochie botuidhe kirkiu, dyocesis strengienensis situata, cum agris, pratis, siluis et piscarijs, et omnibus alijs mobilibus et inmobilibus bonis, ad illa qualitercumque pertinentibus, Titulo donacionis inter viuos facte, do, confero, et assigno, ecclesie vpsalensi, Jure perpetuo possidenda, Jus omne, propriėtatem, dominium, et possessionem michi in predicta Curia Hambra, predioque Æluerstum supradictis, ac alijs omnibus et singulis, in eisdem bonis vsque ad hec qualitercumque attinentibus, in ecclesiam vpsalensem exnunc transferens, et translata esse denuncians per presentes, Que omnia in manibus Reuerendi patris domini Mei Nicolai dej gracia, eiusdem ecclesie archiepiscopi, presentibus dilecto fratre meo predicto, domino Birgero legifero, Ac alijs quampluribus discretis, libere dimisi et eidem nomine ecclesie vpsalensis pleno jure assignaui, Jn huius autem mee donacionis dimissionis et assignacionis euidenciam. Memoratique fratris mej domini Birgeri legiferi, expressi consensus testimonium vna cum sigillo meo, sigillum ipsius presentibus est appensum, Actum apud ecclesiam Bredh, anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo, Octauo, Sabbato ante Dominicam passionis proximo.

Sigillen hafva varit fästade på remsor, klippta ur brefvet; blott ett fragment af N:o 2 är qvar.

1223. 1298 d. 27 Mars. Arnö.

Johan Engels, Johan Ingewaldssons och Magnus Gregerssons öfverenskommelse med Ärke-Biskopen i Upsala rörande fullgörandet af Kaniken Carl Erlandssons testamente.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis Johannes dictus Angelus, Johannes ingialdsson legifer sudhermannie Responsalis fulkonis & Magnus gregorisson Responsalis filii sui petri, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus deuenire Quod nos tractaturi de Testamento domini Karoli Erlendson, bone memorie Canonici quondam ecclesie vpsalensis, conuenientes cum venerabili patre domino Ni-

colao miseracione diuina, archiepiscopo vpsalensi, determinauimus & diffiniuimus infra scripta, que rata volumus inuiolabiliter permanere, Jn primis juxta ordinacionem predicti domini Karoli, dimittimus ecclesie vpsalensi, mediam villam Baldingstadhum cum medietate bonorum omnium mobilium & immobilium ibidem, & molendinum in adhelustum, secundum modum & formam, prememorati testamenti jure perpetuo libere possidenda, Jtem ecclesie simbatunum, dimidiam Marcham terre, in villa Thigbili, in parochia baldingstum, quam sepedictus dominus Karolus eidem ecclesie restituit & persoluit, Jtem domui pauperum vpsalie, dimittimus vnam Marcham terre, in terris minutis, dictis vmiordh, que fuerunt dicti domini Karoli in haghundi & laghundi, Si vero dicte terre ad quantitatem vnius Marche terre illic inuente non fuerint, volumus quod defectus huiusmodi suppleatur per terras alias minutas eiusdem, in alijs locis, jta tamen quod si dictam domum dei adnichilari contigerit, terra predicta vna cum terris quas dominus Magnus joansson pro dicta domo deputauit, ad nos vel heredes nostros, absque contradiccione qualibet reuertantur, Jtem conuenimus cum predicto patre, quod racione legatorum aliorum in eodem testamento, monasterijs, ecclesijs, vel alijs pijs locis aut personis quibuscumque, deputamus Centum viginti Marchas den. vsualis monete, distribuendas, prout ei & domino Andree preposito ibidem, justum videbitur, & anime defuncti Judicauerint expedire, pro qua pecunie summa sibi Curiam bierghar, in færingøum, obligamus & inpignoramus redimendam ad vltimum per nos vel nostrorum aliquem, in nundinibus dictis Kyndelthing, nunc proximis que si tunc redempta non fuerit, volumus quod dicte Curie possessio simul & proprietas, ad supradictum dominum archiepiscopum, extunc deuoluatur, jta tamen, quod quantum dicta Curia secundum estimacionem bonorum hominum vltra valuerit, Tantum nobis per eundem dominum archiepiscopum refundatur, jnsuper & fructus, de dicta curia medio tempore prouenientes, in partem solucionis & redemcionis eius volumus computari, Jn horum autem robur & euidens testimonium sigilla nostra, ac reuerendi viri Magistri andree prepositi vpsalensis, necnon & fratris jsraelis prioris sictoniensis, qui huic nostre ordinacioni presentes fuerunt presentibus sunt appensa, datum apud arnø anno domini M°. CC°. XC° VIII°. sexto Kal. aprilis.

Sigillen N:o 1, 3, 5 bortfallna; N:o 2, 4 skadade.

1224. 1298 d. 28 Mars. Arnö.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons Bref om den med arfvingarne efter Magnus Johansson träffade öfverenskommelse angående en i hans testamente stiftad Vicaria i Sko.

A. 3. b. 1.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Nicolaus miseracione diuinâ Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Tractantibus nobis de testamento domini Magni Joansun bone memorie racione, exequcionis testamenti ipsius ab eo nobis facte, & de perpetua vicaria, in sko quam & per speciales suas litteras, & in suo disposuerat testamento, aliquid finaliter intendentibus stabilire, heredes eius & responsales ipsorum, silicet dominus Johannes angelus, Fulko Joansun, & dominus Joan Jngiualdsun responsalis eiusdem, & dominus Magnus gregorissun Responsalis filij sui Petri consenserunt, vt uoluntas domini Magni joanssun supradicti quo ad vicariam predictam per omnia inuiolabiliter permaneret, & perpetue robur optineat firmitatis, superadditis condicionibus infrascriptis, videlicet quod premissi heredes, & eis inmediate per carnis propagacionem hereditario jure succedentes potestatem habeant simul presentandi personam ydoneam ad vicariam predictam domino vpsalensi qui pro tempore fuerit, ad quem spectat institucio vicarij memorati, Jtem quod de duabus missis que prebendario ibidem ministranti, erant relicte in littera domini Magni Joansun supradicti, dicende pro prebendarij ipsius libito, volunt heredes, vt altera illarum dicatur de Requiem pro defunctis, Jtem quod semel in septimana teneatur ipse prebendarius dicere vigilias Nouem leccionum preter illas que in littera Domini Magni sepe dicti inponuntur eidem, Jtem quod semel singulis annis celebret anniuersarium eiusdem domini Magni Joansun, domini Karoli Erlendsun, & omnium predictorum heredum simul, & quod eorum nomina inscribantur in Canone missalis illius altaris ad quod deseruit prebendarius predictus, ac eciam in missis suis omnibus, alias vbicumque cellibrauerit deuote & diligenter memoriam habeat eorundem, Jtem quod bona pro dicta vicaria deputata non alienentur, vel permutentur sine nostra, vel successorum nostrorum, ac heredum predictorum licencia speciali, Jtem quod prebendarius ibidem de seruiens seruientem habeat clericum vel laycum, in expensis monasterij predicti sko, & ipsi prebendario dentur a dicto monasterio sko, valor sex marcharum argenti puri in moneta vsuali singulis annis, pro vestimentis suis, jta quod, dictus prebendarius, vltra valorem sex Marcharum predictarum nichil possit, pro se, vel suo seruiente, preter victum petere a monasterio memorato, Solucio autem predictarum sex Marcharum argenti fiat hijs terminis, videlicet quod valor duodecim orarum argenti in octaua pasche,

valor duodecim orarum argenti, in crastino beati Johannis babtiste, valor Duodecim orarum argenti, jn Crastino beati Michaelis, & valor duodecim orarum argenti in Circumcisione domini, absque diminucione vel dilacione qualibet, soluantur prebendario memorato, Si autem condiciones hic apposite, per dominam abbatissam & conuentum monasterij sepedicti sko seruate non fuerint, consenserunt expresse heredes sepenominati, & volunt quod dicta vicaria cum omnibus condicionibus per ipsos appositis pleno jure transferatur ad ecclesiam vpsalensem, vt sit vna cum voluntate ipsorum heredum, voluntas domini Magni Joanssun sepedicti prout in littera sua super hoc confecta continetur, per omnia compleatur, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum, & sigilla, domini Johannis Angeli, domini Johannis jngiualdsun, Fulkonis joanssun, & domini Magni gregorissun, necnon & sigilla predicte domine abbatisse & conuentus memorati Monasterij sko, qui huic ordinacioni per omnia Consenserunt, presentibus snnt appensa. Actum apud arnø anno domini Millesimo. Ducentesimo Nonagesimo VIII°. Feria sexta, ante dominicam Palmarum proxima.

Sigillet N:o 1 mycket skadadt; N:o 2—7 bortfallna, remsorna qvar.

1225. 1298. d 2 April.

Prestmannen Matts Olofssons ifrån Årby Testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap.

A. 3. c.

Jn nomine patris & Filij & spiritus sancti amen, Ego MATHIAS presbiter filius condam OLAUI de asby graui detentus infirmitate, De bonis meis patrimonialibus Testamentum meum ordino in hunc modum, Fratribus predicatoribus Sictonie apud quos eligo sepulturam confero decem marcas denariorum pro quibus eis deputo unam oram terre in Karlaby jta quod heredes mei dictam terram redimendi infra annum habeant potestatem Quod si non fecerint volo vt anno elapso fratres de predio prout eis uisum fuerit libere habeant ordinare, Jtem ecclesie Witboheredhe do dimidiam marcam den., Jtem filie fratris mei ingifridi do tunicam meam blauiam, Jtem ingiualdo filio fratris mei Nicolai do sellam meam & frenum meum cum calcaribus Jtem domino iohanni in gren do dimidiam marcam den., Testes autem istius ordinacionis fuerunt infrascripti, videlicet dominus iohannes de gren, fratres Bernardus & albertus, Rangualdus frater meus, Olauus, frater condam domini johannis de gren & alii plures, Quia vero sigillum proprium non habui sigillo prioris sictoniensis & domini, iohannis de gran presentes supplico roborari Actum anno domini Millesimo Ducentecimo Nonagesimo octauo Feria quarta ante phaska.

Sigillet N:o 1 bortfallet, remsan qvar; N:o 2 något skadadt.

1226 1298 d. 5 April. Linköping.

Biskopen i Linköping Lars IIs Skyddsbref för Chorgodsens åboer och befrielse från Biskopsutskylder.

A. 6. a. 2. 37.

Omnibus presentes litteras inspecturis, LAURENCIUS dei gracia Episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus vniuersis, Quod uillicos & colonos choralium cum bonis eorum omnibus mobilibus & immobilibus familiis quoque & personis ceteris in eisdem bonis commorantibus sub nostre recipimus protectionis graciam specialem. volentes quod villici predicti & coloni cum familiis & personis memoratis, in causis quibuscumque nobis uel nostro iuri debitis, ab impeticione & molestacione exactorum nostrorum liberi sint penitus & exempti. Jta tamen quod canonicus qui eis pro tempore prouidere habuerit, cum deliquerint uel euicti fuerint pro causis ad nos spectantibus emendas nostro nomine recipiat ab eisdem. Quicumque igitur ipsos aut aliquem ipsorum contra premisse nostre fuicionis graciam molestare siue impetere presumpserit, nostram absque dubio senciet vlcionem. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum lincopie Anno domini. M°. CC°. XC. VIII°. Jn vigilia pasche.

Några stycken af sigillet äro qvar.

1227. 1298 d. 16 April. Upsala.

Ärke-Biskopen Nils i Upsala vidimation af Fru Ragnfrids salubref på gods till Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4: 13.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos vidisse ac diligenter perspexisse litteras infrascriptas, non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas Tribus sigillis signatas, quorum primum secundum sui superscripcionem videbatur esse domine ragnfridis Gozstawi filie, alterum domini ǿari canonici ecclesie nostre vpsalensis, Tercium vero domini Eruasti bone memorie, canonici quondam eiusdem ecclesie nostre vpsalensis quarum litterarum tenor per omnia talis erat, Omnibus &c. *Se N:o* 1156. Nos autem in premissorum euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud vpsaliam anno domini M°. CC°. XC°VIII°. feria Quarta jnfra octavas pasche.

Sigillet på den ur brefvet klippta remsan skadadt.

1228 1298 d. 17 April. Bergen.

Norrska Konungen Eriks Bref till Lybeck med påminnelse, att sända befullmäktigade ombud till Tönsberg, för lyftande af de 6000 mark, som af Konung Magnus I i Sverige blifvit åtskilliga hansestäder tilldömde.

L. c. 189.

Ericus, dei gracia Norwegie rex, discretis & honestis viris, ac sibi dilectis, Aduocato, Consulibus, et Comunitati Ciuitatis lybicensis salutem in domino sempiternam. Cum residuam partem pecunie de summa sex milium marcarum monete Noricane adiudicata vestre et quibusdam alijs Ciuitatibus maritimis per dominum Magnum bone memorie, quondam regem Suecorum illustrem, in festo Natiuitatis beate marie virginis soluere, apud Tunsberg vestris procuratoribus teneamur, dummodo in festo penthecostes ante hoc, per nos vobis significetur; prudencie igitur vestre per presentes significantes requirimus & rogamus, quatinus procuratores vestros sufficiens mandatum habentes, ad recipiendam residuam partem pecunie ex parte nostra, vobis soluendam in predicto festo Natiuitatis beate virginis proxime instanti destinare curetis, Et hoc Ciuitatibus Ryga et theotonicis de Wysby in gotlandia Rogamus significetis, nostras eis litteras super hoc, quas ad vos dirigimus, destinantes. Datum Bergis, anno domini M°CC° nonagesimo octauo XV. kal. Maii.

1229. 1298 d. 19 April. Arnö.

Ärke-Biskopen Nils Allessons Aflatsbref för botgörare vid Predikarebrödernas kyrka i Sigtuna.

A. 3. c.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, vt fidelium deuocio erga sacrorum locorum deuotam visitacionem pro dei omnipotentis honore sanctorum suorum veneracione & sui ipsius edificacione profectibiliter excitetur, solet salubriter remissiuis indulgencijs, velut quibusdam illectiuis premijs inuitari, vt fideles ipsi exinde diuine gracie reddantur apciores, Cupientes igitur vt ecclesia dilectorum in christo filiorum fratrum Predicatorum sictonie, congruis frequentetur honoribus, Omnibus vere penitentibus & confessis, qui ipsam in sollempnitatibus sancte Marie virginis, silicet Annunciacionis, Purificacionis, assumpcionis & per eiusdem assumpcionis octauas, ac Natiuitatis ipsius, necnon in festiuitatibus sanctorum, Augustini, Nicolai, Dominici, confessorum, Petri Martiris ac Katerine virginis, & in anniuersario dedicacionis ecclesie fratrum eorundem & per octauas eius cum deuocione & reuerencia

visitauerint, de omnipotentis dei misericordia, ac beatorum petri & Pauli apostolorum, Laurencij & Erici Martirum eius Auctoritate confisi, Quadraginta dierum indulgenciam de iniunctis sibi penitencijs annis singulis misericorditer in domino relaxamus, Datum apud arnō Anno domini Millesimo, Ducentecimo Nonagesimo Octauo, Tercio decimo Kal. Maij.

Sigillet på den ur brefvet klippta remsan skadadt.

1230. 1298 d. 19 April. Arnö.

Ärke-Biskopen Nils Allessons Aflatsbref för botgörare, som i Sigtuna kloster besöka den af vördnad för ett stycke af Christi korsträd hvarje fredag hållna mässa.

A. 3. c.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Cum apud dilectos filios Fratres predicatores sictonie quedam vt asseritur particula preciosissimi ligni viuifice Crucis nostri Redemptoris habeatur, propter quod in veneracionem ipsius sancte Crucis in altari eiusdem solet in ecclesia dictorum fratrum Missa in singulis sextis ferijs celebrari, Omnibus vere penitentibus & confessis, qui dicte Misse deuote studuerint interesse, de omnipotentis dei misericordia, ac beatorum petri & Pauli apostolorum Laurencij & Erici Martirum, eius auctoritate confisi, Decem dierum indulgenciam de iniunctis sibi penitencijs qualibet sexta feria misericorditer in domino relaxamus, Datum apud arnō anno domini M°. CC°. Nonagesimo Octauo sabbato post Dominicam Quasi modo geniti proximo.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1231. 1298 d. 25 April. Sigtuna.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Allessons uppteckning af Juliana Hagbards dotters uppgifter rörande sättet, hvarpå hon återkommit sin egendom i gårdarne Säby och Sjöastum.

A. 8. e.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constituta in nostra presencia, dilecta in christo filia, juliana hagbardi quondam filia, notificauit et asseruit, se tres marcas terre, octo solidis minus, in villa sæby, parochie Græn, taliter habuisse. Primum videlicet tres oras terre, habuit propter donacionem sibi factam a marito suo, Nicolao robbason *) in crastino nupciarum suarum, Jtem quod vnam Marcam terre habuit de dicto marito

*) Med sednare hand ändradt till Rabbæson, troligen densamme som Nicolaus vbbason i följande N:o 1232.

rito suo fangaiordh, pro iusto et legali precio, quando idem maritus suus proficisscebatur in terram sanctam, quod dixit pluribus esse notum, et satis publice divulgatum. Reliquam vero terram habuit ibidem iure hereditario. Jtem asseruit se possidere et habere in villa søastum in olandia, quatuordecim oras terre, quas dixit se habuisse ex prediorum permutacione facta cum domino Benedicto boson, consobrino suo, pro curia sua sudherby, in parochia danmarcum situata. Hanc suam notificacionem, ad sui instanciam, scripto presenti inseri fecimus cuiuslibet iure saluo, et in geste rei testimonium, illud nostro sigillo mandauimus consignari. Datum sictonie anno Domini, M°,CC°, Nonagesimo octauo, in die sancti Marchi Euuangeliste.

Hälften af sigillet qvar.

1232. 1298 d. 25 April. Upsala.

Nils Ubbessons Enka Julianas testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

A. 4.

Jn nomine, patris, & filij, & spiritus sancti, Amen, Quoniam mortis terminus, omnibus mortalibus est incertus, jdcirco, Ego JULIANA Relicta Nicolai vbbason, sana mente & corpore per dei graciam, de bonis mihi a deo collatis, infrascripto modo, meum condo & ordino testamentum, Jn primis reuoco & irrito, & inania, ac nullius valoris esse volo omnia testamenta retroactis temporibus, quoqumque modo a me, seu in quorumqumque testium presencia condita, aut quibuslibet sigillis uallata. Jn ecclesia Religiosorum virorum fratrum predicatorum sictonie, iuxta carissimum Maritum meum Nicolaum, mei corporis eligo sepulturam. Quorum monasterio lego, .V:que, oras terre in curia mea sæby, sub tali condicione quod heredes mei infra annum a tempore defunctionis mee computandum, dictam terram pro iusto precio redimendi habeant facultatem. Alioquin elapso anno computando a die mei obitus, memorati fratres, dictam terram cuiqumque voluerint vendendi liberam habeant potestatem. Jtem, eisdem fratribus quemlibet decimum denarium lego bonorum mobilium tam in domibus quam in supellectili reliqua, que in eadem curia sæby fuerint tempore mortis mee. Ad fabricam ecclesie vpsalensis Tres oras terre in sæby confero sine redempcione perpetuo possidendas, Fratribus predicatoribus in væstraaros duas Marcas denariorum, fratribus predicatoribus in strengenæs duas Marchas den. Sororibus apud sanctum Martinum skeningie, duas Marcas den. Monasterio sanctimonialium in sko, tres, Marcas, den. Fratribus mi-

noribus vpsalie ubi parentes mei sunt sepulti nouem Marcas denar. Fratribus minoribus in stocholm duas Marcas den. jtem sororibus apud sanctam claram ibidem, duas marcas den. fratribus minoribus enicopie, duas Marcas den. Ecclesie mee parochiali øffrogræn duos solidos terre, & ecclesie ỳtrugren vnum solidum terre in sæbỳ sine Redempcione perpetuo possidendos. Sacerdoti autem ibidem vnam Marcam den., & vicario suo dimidiam, Marcam, den. Jtem domui pauperum vpsalie, duas marcas den., Jtem ospitali enicopie duas Marcas den. Jtem ecclesie vaxald, XII, oras den. sacerdoti ibidem, dimidiam, Marcam den. Ecclesie danmark. vnam Marcham den. Sacerdoti ibidem, dimidiam Marcam den. Jtem dilecto cognato meo, fratri karulo dicto dengenæf, tres Marcas den., sub hac forma, quod si ipsum ante percepcionem huius legati, migrare contigerit, fratres sictonie nihilominus recipiant predictas tres marcas eidem legatas. Jtem famule mee Elisiui, & filie eius cristine, si mihi supervixerint, do curiam meam sictonie cum fundo & domibus ibidem, & earum liberis, si contingat eas liberos procreare, iure perpetuo possidenda. Pro soluendis autem omnibus, que superius in denarijs sunt legata, deputo & assigno dimidiam Marcam terre in sæbỳ sepedicta, volens quod si heredes mei dicta legata infra annum a die obitus mei computandum non soluerint, exequtores testamenti mei, dictam dimidiam Marcam terre vendant, & omnia legata mea predicta persoluant. Testes quando istud testamentum meum condidi isti fuerunt presentes. Dominus Mathias Canonicus vpsalensis, Biorm ingulsson, Einuidus philipson, Andreas jonson, Petrus guthormson, Andreas, Johannes notarius. Rangualdus vlfson, Anundus Olaui, Laurencius Diaconus. Dominus johannes de sancto Olauo, Dominus bero de hosabỳ, Dominus Andreas de sancto petro, Petrus eskilli, Dominus johannes saxi, Dominus Godica scalli, Euerardus, Hulmo, Køpmannus sillason, Johannes sartor, Jngo de vinagarnum. Exequtores autem huius mei testamenti, constituo venerabilem patrem, Dominum Nicolaum, Archiepiscopum vpsalensem, Dominum Olawm archidiaconum ibidem. Fratrem jsraelem priorem sictoniensem, Dominum Birgherum legiferum, kanutum jonson, Dominum benedictum boson, volens, Quod si omnes prenominati Exequtores, testamento meo exequendo interesse noluerint vel non potuerint, illi nihilominus, qui ex eis prescriptam voluntatem meam inplere voluerint, predicta omnia faciendi & implendi liberam & plenariam habeant potestatem. Sigillum, venerabilis patris, Domini, N, archiepiscopi vpsalensis, huic littere appendi peto, in testimonium rei geste. Actum sictonie, Anno, Domini, M°, CC°, Nonagesimo VIII, in die sancti Marchi euangeliste, in presencia memorati venerabilis patris, Domini, N, dei gracia archiepiscopi vpsalensis.

Sigillet skadadt.

1233. 1298 d. 2 Maj. Sigtuna.

Röric Mattssons af Ask och Erlings af Myckleby Bref om ett dem imellan gjordt jordabyte.

J. 6: 266.

Omnibus præsentes literas inspecturis, Röricus Mathie, quondam filius de Ask, Erlingus de Myklaby, salutem in Domino sempiternam. Notum sit tenore præsentium vniuersis, quod nos huiusmodi permutationem, Emptionem et venditionem prediorum fecimus, quod ego Röricus habui ab Erlingo ex parte Folconis dimidiam marcham terræ in Hwssby in Marchem. Item in Lundby vnam oram terræ Item in Bergby vnam oram terræ. Ego autem tradidi dicto Erlingo ex parte Folconis, in Humblastadum decem solidos terræ. Item octo solidos in Bekärnum et in wretum, vendidi eidem duas oras terræ, pro viginti quatuor marchis denariorum, quas recognosco me recepisse, Domos autem colonorum in wretum, ad me pertinent, nisi dictus Erlingus ex parte Folconis, ipsas secundum bonorum hominum æstimationem pro iusto præcio voluerint *com*parare. In præmissorum autem robur et evidentiam sigilla nostra præsentibus apposuimus, et Sigillo religiosorum virorum prioris et fratrum Siktionis, in quorum præsentia hæc gesta sunt rogamus apponi. Datum Siktoniæ Anno Domini M. CC. Nonagesimo VIII. in Crastino Apostolorum Philippi et Iacobi &c.

Sigillen hafva, enligt teckningen, bortfallit.

1234. 1298 d. 9 Maj. Sigtuna.

Philip Finvidsson af Runby Gåfvobref på Dorsholm vid Ternasund till Sigtuna kloster.

B. 2. 104.

Omnibus presentes litteras inspecturis PHILIPPUS FINUIDHASON de runby salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facio quod ego dedi pro anima matris mee *tempore* sue defunctionis fratribus predicatoribus sictonie in dorsholm iuxta ternasund quicquid subiacebat septem solidis quos possedj vyalundum, antequam eosdem septem solidos de dicta villa in terram aliam permutaui, ad confirmacionem autem predicte donacionis infrascriptos testes adhibui videlicet tidhemannum fan essen, petrum aurifabrum seniorem laurencium stabbason Jacobum de nærdhasten Johannem de sætrum in parochia rialum tidhemannum pellificem Johannem sartorem petrum sadlamestara petrum rørici et sigillum meum duxj presentibus apponendum Actum sictonie Anno domini M° CC° XC° octauo septimo Jdus maii.

1235. 1298 d. 12 Maj. Upsala.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allesssons Stadga och förordnande om kyrkotjenstens förrättande.

B. 2. 126.

Statutum quo ad chorales quomodo seruiant et habeant se circa chorum.

¶ Jn nomine domini Amen Anno eiusdem millesimo ducentesimo Nonagesimo octauo die beatorum Martirum nerej, achillej et panchracii nos NICOLAUS miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis Considerantes, Quoniam qui in ecclesia dej gradu preeminenti pociore solent sepius ecclesiasticis prepediri negociis, ne suis in locis valeant personaliter intendere diuinis officiis adimplendis Jdcirco ne nostra vpsalensis ecclesia ob predictam causam, debita diuini officii celebritate minoretur, prouida deliberacione prehabita de consilio et consensu nostri capituli ordinaciones et statuta fecimus infrascripta, ¶ Jn primis quod quilibet canonicorum vicarium habeat qui sit presbiter quam cito eum archiepiscopus sibi per se vel suum mandatum assignauerit, quem si habere non poterit, donec ipsum habuerit deseruiat per clericum qui sit subditus per omnia et astrictus choralium statutis Si vero oblatum sibi vicarium acceptare noluerit, die qualibet postmodum qua sacerdote caruerit soluat vnum solidum denar., leuandum et recipiendum per vnum de canonicis qui custodiam habet oblacionum qui solidus duobus clericis qui seruierunt in choro detur, vel eciam si clerici apti pro seruicio chorj non habentur, vsibus ecclesie cedat, (¶) Jtem statuimus quod prebendarii, in ecclesia nostra vpsalensi instituti, quorum primus per dominum beronem prepositum, Secundus per dominum iacobum archiepiscopum predecessorem nostrum Tercius per dominum iohannem archidyaconum, quartus per dominum salomonem, canonicum ecclesie nostre vpsalensis qui perpetuas prebendas seu vicarias sunt sortiti, ad frequentandum chorum sub penis in choralium statutis contentis, obligati sint et astricti, hoc excepto quod diebus ferialibus et in festis trium lectionum ab horis minutis, silicet prima, tercia, et sexta nona et completorio sint excusati, ¶ Jtem ad inofficiandum in choro, vel ad cantoriam habendam, vt alii vicarii canonicorum minime teneantur, Jn sollempnitatibus vero vel festis maioribus in quibus canonici missam in choro dicere solent canonicis absentibus, vnus de predictis prebendariis prout inter se ordinauerint missam dicat in choro, et similiter eciam in festis maioribus cantoriam faciant dum ad hec fuerint annotati, per canonicum, vel vnum de prebendariis ipsis, volumus eciam quod capitulis choralium interesse teneantur, et sicut in hiis et aliis obseruanciis choralium subduntur, ita eciam oblaciones et alia queuis emolumenta participent cum eisdem, prebendarium vero qui in negociis sacristie occupatur tempore dicte occupacionis non astringimus ad predicta vel aliqua de illis Jm-

mo durante dicta sua occupacione ab obseruanciis choralium quantum ad penas esse volumus absolutum, si aliter absens fuerit parem in omnibus ipsum esse volumus aliis prebendariis et equalem ¶ Jtem statuimus vt quicumque choralium se a choro absentauerit tempore quo dicuntur hore in ecclesia licencia non optenta, eciam si in ipsa ecclesia tunc moretur penam soluat absencie prout in statutis choralium continetur, Si vero quis ipsorum propter infirmitatem prepeditus fuerit durante infirmitate excusatus sit ipse et dominus suus ita quod ullum loco sui in choro habere teneatur ¶ Jn licencia vero petenda seu danda, hunc modum volumus obseruari, videlicet quod ebdomadarius auctoritatem habeat illam indulgendj, de horis minutis in ferialibus diebus vel festo trium lectionum Jta tamen quod vni persone de vna horarum tantum vel duabus, si causa subest, graciam faciat nec eciam de aliqua horarum nisi tribus aut quatuor personis ad maius hanc licenciam relaxet De matutinis vero missa et vesperis non aliter licenciam indulgeat, nisi vt ipsam licenciam recipiens, clericum loco sui in choro habeat, aliter datam licenciam vel receptam valere nolumus sed absens secundum statuta puniatur, Jn sollempnitatibus vero et festis maioribus licenciam predictam a seniore de prebendariis peti volumus et indulgeri, secundum modum supradictum Qui eciam prebendarius absentes notet in festis maioribus et in capitulo referat ebdomadario hoc officium aliis diebus vt consuetum est hoc faciente ¶ Cum aliquis prebendariorum vel vicariorum necesse habuerit licenciam petere, ciuitatem exeundj illam petat ab ebdomadario presbitero de consciencia et consensu domini sui si presens fuerit alioquin ipso absente, senioris prebendarii consensus requiratur, optenta tamen licencia duos dies vel tres liberos habeat, prout predam dominus suus, seu prebendarius taxauerit sibi, in quibus ullum loco sui in choro habere compellatur Qui si vlterius defuerit et de licencia illis diebus elapsis, loco sui in choro clericum habeat seruientem, qui choralium subiaceat statutis et si vltra licenciam datam defuerit, diebus singulis quatuor denarios soluat, et duplum huius in maioribus festis, que pena recipiatur vt in primo articulo est expressum Maior autem vel longior licencia petita ab eisdem septimanam non excedat nisi causa legittima subsit, nec nisi ter in anno detur eidem persone nisi notabilis casus eundem artauerit quartam licenciam petendj ¶ Pro minucione facienda quater vel quinquies in anno licencia ab eisdem personis iuxta modum supradictum dari potest, huiusmodi tamen licencia singulis vicibus tres dies non excedat, nec detur hec licencia simul et semel preter quatuor personis quibus heedem persone vt supra suum prebuerit assensum, ¶ Jtem statuimus vt cum vicariorum aliquis seu prebendariorum missam ad maius altare dicere contigerit, oblacionem que venerit super altare si Octo denarii vsualis monete vel infra fuerit ipsam recipiat communitas choralium, si so-

lido vltra quid venerit, sit illud communitatis canonicorum, cum vero canonicorum aliquis missam illic dixerit celebrans solidum recipiat quid vltra venerit sit communitatis canonicorum. ¶ Jtem cum ad aliquorum instanciam missa animarum ad maius altare per quempiam canonicorum dicitur, celebrans oram denar. recipiat de oblacione quod vltra fuerit sit communitatis canonicorum ¶ Cum dominus archiepiscopus ad maius altare celebrauerit, oblacio illic facta taliter diuidatur, quod aurum vel argentum formatum illic oblatum sit ipsius domini archiepiscopi, panni vero seu candele cedant vsibus fabrice, moneta vero oblata cuiuscumque generis sit dummodo sit argentea spectet ad communitatem canonicorum, ¶ Cum organum dicitur cantores illius vnam oram leuent de oblacione, dummodo tantum fuerit, si minus ora venerit et illud recipiant, quid autem maius ora venerit sit communitatis canonicorum, ¶ Jtem statuimus quod si quis missam dicere voluerit priuatam sit excusatus ab horis minutis que dicuntur in choro tempore sue misse Cum autem dicitur missa maior, ante offertorium illius misse nullus inpune chorum exeat ad dicendas missas speciales nec ebdomadarius auctoritatem habeat huiusmodi licenciam dandj tempore supradicto, Contrarium faciens tamquam absens puniatur Actum vpsalie anno et die supradictis Jn horum autem robur et euidenciam pleniorem sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa.

1236.

Ett ytterligare Stadgande rörande kyrkotjenstens förrättande i Upsala domkyrka.

B. 2: 129 *).

¶ Facta compulsacione ad matutinas missam. et vesperas seu eciam pulsacione facta ad primam die qualibet sint in choro ebdomadarius vel qui officiare tenetur cantor et succentor, a pulsacione vero facta infra horam qua competenter et sine fraude potest legi pars Miserere mej, pater noster, et credo non incipiat officium dicendum, contrarium facientes puniantur in feriis et festis III lectionum in obulo Jn festis vero quum chorus regitur per duos cantores in I denario, quum regitur per quatuor cantores II denariis et nota quod augmentacio penarum per huiusmodi similitudinem et formam in omnibus absenciis debet obseruari, vt simplex festum IX lectionum duplo maiorem penam infligat quam feria vel festo III lectionum et maiorem duplum quam simplex IX lectionum, et est notandum quod in omnibus absenciis pro quibus choralis alius punitur in simplo ebdomadarius

*) Efter föregående stadgande är ett blad bortskuret, och börjas det derpå följande med hvad här anföres. Att detta står i sammanhang med föregående, visa så väl stadgarne sjelfva, som gamla förteckningen på innehållet af denna codex, der dessa blad säges upptaga: "*Jt. statutum quo ad chorales quomodo se habere & seruire in choro. vna cum suis declaracionibus.*"

cantor et succentor puniatur in duplo ¶ Jtem quicumque vigiliis trium lectionum non interfuerit soluat obulum, qui vero a vigiliis IX lectionum defuerit soluat denarium, quicumque non interfuerit processioni soluat denarium ¶ Ebbdomadarius officium peractum absentes notat et false legentes et cantantes in officiis ad que asscripti sunt si autem ebdomadarius in hiis se negligentem ostenderit fauore vel precio seu obliuione non recitauerit et in capitulo non accusauerit puniatur jpse in tantum soluendo quam reus est soluturus ¶ qui emiserit dicere maiorem missam cum ipsam tenetur dicere ex officio puniatur ad arbitrium superioris et nihilominus illi qui tunc looo sui missam dixerit soluere compellatur duas oras.

¶ Cum sequencia dicenda fuerit in choro et propria sequencia asscripta non fuerit, absentibus canonicis super habenda ebdomadarius *) requiratur ¶ ad cantoris officium spectat missam dicere matutinalem laudibus finitis in choro et propterea non obligatur vt laudibus intersint, sed ipso recedente succentor precedens supplebit officium suum Jn simplicibus festis IX lectionum seu quum chorus regitur per duos cantores Jn maioribus vero cantor ascribat loco sui quem reputauerit aptum. Ceterum a festo beati martini vsque ad pascha cantor erit liber de prima et hoc tempore legat succentor lectionem in prima ¶ Missa matutinalis in feriis legatur in omnibus autem festis IX lectionum et in feriis et sabbatis dicatur cum nota omittens cantor eam legere soluat oram denariorum de qua presbiter suum officium complens solidum den. recipiat reliquum vero communitas choralium ¶ omittens eam cantare soluat II oras de quibus supplens recipiat II solidos denariorum reliquum vero communitas choralium ¶ Ad succentoris spectat officium quum missa fuerit dicenda inter primam et terciam eam dicat qui si eam non dixerit puniatur in tribus oris denariorum de quibus supplens recipiat oram reliquum communitas choralium ¶ officium eciam eius est tabulam scribere que si scripta non fuerit ante primam pulsacionem vesperarum soluat vt in festis simplicibus ¶ qui vero non fecerit officium ad quod asscriptus est in tabula puniatur in simplicibus festis in obulo in maioribus vero in denario et supplens suum officium recipiat dimidietatem huius reliquum vero communitas choralium ¶ Quicunque eciam ocio torpens confabulando sedendo, dormiendo, vel alias se inaniter occupando non legerit vel cantauerit monitus soluat obulum in feriis, in festis IX lectionum denarium et in maioribus duos denarios ¶ Quicunque in choro insolencias fecerit quamuis leues ad testimonium duorum soluat solidum **), qui vero notabiles fecerit insolencias ita quod vox vel strepitus poterit audiri extra chorum soluat oram denariorum leuandum per chorum ¶ Ad summas mis-

*) Ebdomadarius *är tillskrifvet med annan hand.* **) Solidum *är tillskrifvet med annan hand, i stället för* denarium.

sas dicendas in choro in feriis sit tamen vnus loco dyaconi indutus albis et stola in aduentu vero et XL omnibus sextis feriis et sabbatis vigiliis atque festis siue sint trium lectionum siue IX erunt duo seruientes Jn maioribus vero festis erunt saltim quatuor seruientes vel plures ad arbitrium tabulam scribentis Jn singulis diebus dominicis inter pascha et penthecosten et in omnibus festis IX lectionum cantores seruiant cum cap... in primis et secundis vesperis matutinis et missa Jtem si ministri altaris parati non fuerint ad missam singuli in suis officiis priusquam confiteor dicatur ante summum altare soluat obulum quilibet in feriis et festis trium lectionum in festis vero IX lectionum denarium Jn maioribus autem duos denarios Quicumque choralium ceterorum ante incepcionem ymnj in matutinis kynelis in missa vel ante finem primi psalmi in vesperis non venerit in feriis et festis trium leccionum soluat obulum pro qualibet horarum predictarum si vero ante finem primi psalmi in prima III. VI. IX. seu completorio non venerit in feriis et festis trium leccionum soluat quadrantem pro qualibet hora et supradicta pena pro singulis horis augmentetur secundum festa quicunque vero de horis absens fuerit pro matutinis missa et vesperis in feriis et festis trium leccionum soluat denarium, pro qualibet horarum prima III, sexta, IX seu completorio soluat obulum et hec pena similiter augmentetur secundum festa Qui false legerit vel cantauerit puniatur hoc modo in feriis et festis trium lectionum in missa tamen false legens et cantans et qui in simplicibus festis matutinis missa et vesperis soluat obulum. Jn festis vero prime soluat denarium in maioribus festis duos denarios Quicumque choralium obprobriosum verbum dixerit presentibus duobus et audientibus soluat solidum denariorum obprobriosum verbum intelligimus si quis alium appellauerit liughara muslaghu asna skipting dara vel similia qui vero vlterius excesserit vocando socium suum furem vel latronem vel similia presentibus duobus et audientibus soluat duas oras denariorum ex hiis duabus penis recipiat dimedietatem is cui iniuria facta est reliquum vero communitas choralium (¶) Capitulum choralium habeatur singulis sextis feriis si autem festum aliquod tunc inciderit per quod capitulum inpediatur habeatur in quinta feria proxima precedentj quicumque vero choralium vel prebendariorum, ad capitulum non venerit soluat denarium qui vero de pena quam soluere tenetur in primo capitulo non satisfecerit vel saltim antequam teneatur secundum capitulum, delatus de hoc in capitulo secundo soluat duplum et si vsque ad tercium capitulum contumaciter restiterit nec satisfecerit delatus de hoc in tercio capitulo soluat triplum et si dictum triplum tunc non soluerit sit exclusus extunc ab officio chori et consorcio choralium et percepcione salarii sui donec per archiepiscopum vel

capi-

capitulum fuerit restitutus Quicunque choralium chorum intrauerit sine superpellicio quum hore dicuntur in choro soluat obulum. Jtem ebdomadis natiuitatis pasche penthecostes variantur cantores singulis diebus.

1237. 1298 d. 5 Juni. Tuna i Åker.

Johan Engels Salubref på Forsa i Skefthammars socken och Kumla i Baldingsta socken till Ärke-Biskopen i Upsala.

A. 6. a. 2: 39.

Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes dictus Angelus salutem in domino sempiternam Ne racionabiliter & rite gesta fluxu temporis in dubium reuocentur vel aliqua de eis calumpnia in posterum valeat suboriri jdcirco Notum facio per presentes quod Reuerendo patri domino meo, domino Nicolao diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi Nouem oras cum vno solido terre in villa forsum, parochia skiepthamer & decem solidos terre in villa kumblum, parochia Baldingxstadhum, in quibus villis solidus terre duas Marcas den. valere solet, & partem domorum ad me pertinencium in predicta villa forsum solui pro Octoginta marchis den. nunc vsualis monete quas soluere tenebar pro parte mea, pro legatis in testamento, karissimi fratris mei karoli canonici quondam ecclesie vpsalensis, pro quibus Octoginta marchis sibi inpignoraueram partem me contingentem in bierghum in færingø. Relinquens exnunc predicto Patri plenariam possessionem & Jus proprietatis in predijs predictis vt ipse de eis ordinet pro sue libito voluntatis, Testes autem siue firmarij, qui wlgariter dicuntur fastar in presentis negocij robur & euidenciam, adhibiti sunt infra scripti, videlicet dominus Mathias, & dominus Nicolaus marcusason canonici ecclesie vpsalensis, Domini nicolaus de loghø Brŷniulphus de garn presbiteri fulko Joanson, Joan in malstadhum, petrus guthormsson, Olauus Joanson, Gregoris knutson Nicolaus de Nierdhatunum, andreas Joanson ac frater suus laurencius andreas de Næs joan ottonis filius, finuidus philippi filius, joan de Ekibŷ, Ericus de stukkabŷ. finuidus nicolai, johan hemmingson, anundus, jngimundus de selnum, kettillus dyakn, Jngimarus elaui filius, & Jacobus de Ridhum, Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, datum & actum apud Tunir in aker. anno domini Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo VIII°. Nonis Junij.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1238. 1298 d. 5 Juni. Tuna i Åker.

Johan Engels Fullmakt för Hegge i Telge, att vid Olands häradsting uppbjuda och till Ärke-Biskopen gifva fasta på de i föregående salubref nämnde gårdar.

A. 6. a. 2: 38.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes quod fideli meo heggoni quondam villico in Telgium committo potestatem & speciale mandatum, publicandi in communi pretorio Olandie, quod reuerendo patri domino meo, domino Nicolao diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi, solui Nouem oras cum vno solido terre in villa forsum parochia skiepthamer & decem solidos terre in villa kumblum parochia baldingxstum, prout continetur in littera mea, super hoc confecta, committo eciam eidem potestatem & speciale mandatum adhibendi firmarios, in communi pretorio predicto super negocio supradicto, inducendi quoque procuratorem predicti patris in corporalem possessionem dictorum bonorum, Estimandi eciam & taxandi ex parte mea, cum discretis, quos dictus pater dominus meus archiepiscopus ad hoc deputauerit partem domorum in memorata villa forsi ad me pertinentem, Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum apud Tunir in aker anno domini Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo Octauo Nonis Junij.

Sigillet, något skadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.

1239. 1298 d. 26 Juni. Arnö.

Johan Engels stadfästelse på sin broder Herr Carl Erlandssons anordning af Hjelmeryd, samt qvarn och landtboer inom Widbo såsom böter till Ärke-Biskopen i Upsala.

A. 6. a. 2: 40.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Noueritis me prouisionem & ordinacionem curie hielmerÿth, molendini, ac colonorum in vidhbo, que frater meus dominus karolus pro debitis suis persoluendis deputauit, Reuerendo patri ac domino meo, Domino .N. dei gracia archiepiscopo vpsalensi in testamento eiusdem domini karoli commissas, gratas & ratas habere, Prohibens omnibus & singulis per presentes, ne quis nomine meo interponere se presumat de premissis contra mandatum eiusdem domini vpsalensis donec per patentes litteras appareat super hijs ordinacionem aliam emanasse, Datum apud arnø anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo VIII°. Die beatorum johannis & pauli Martirum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1240. 1298 d. 2 Juli.

Ärke-Biskopen Nils Allessons vid prestmötet i Upsala fastställde stadgar för Presterskapet i Ärkestiftet.

B. 2: 241.

Anno domini Millesimo CC°XC° octauo in crastino beatorum martirum processi & martiniani Nos nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis apud ecclesiam vpsalensem in synodo nostra ibidem congregata personaliter constituti ordinauimus atque publicauimus infra scripta, in primis videlicet mandauimus vt omnia & singula a nobis in priori synodo statuta & puplicata que superius sunt notata rata permaneant atque firma, superaddentes ad presens statuta subscripta Primum statuimus & mandauimus, vt cum apud ecclesiam nostram sacrum crisma conficitur, quilibet presbiter curatus in ecclesia sua ipsum habeat infra quindenam a die pasche numerandum Jtem statuimus vt quelibet prouincia de tribus Fulclandis videlicet tiundia attundia & fiedrundia decanum habeat ruralem qui causas audiat repentinas in curiis presbiterorum emergentes & eas modo quo poterit diffiniat & descindet Jtem ordinauimus & mandamus vt singuli nostre diocesis ad diem synodi vpsaliam veniant tempore hucusque obseruato Jn prouinciis autem diffusis & loco synodi remotis presbiterum vnum ad minus in prouincia qualibet remanere volumus ad ministerium sacerdotale populis prout necessitas exegerit impendendum Jn gestrekaland vero remanere duos presbiteros indulgemus cum prouincia sit diffusa & ab ecclesia nostra vpsalensi remota Jn prouinciis autem vllarakir belling resbohundære vaxal presbiterum nullum tempore supradicte synodj volumus remanere cum hoc necesse non sit propter ipsarum vicinitatem Statuentes vt quilibet sacerdos ad synodum proficiscens coram parochianis suis puplicet ad quem presbiterum in prouincia remanentem confugere debeant in casibus qui contingere solent Jtem statuimus quod pensiones wlgariter gypt & afrad dictas, de prediis ecclesiarum prouenientes ecclesia & presbiter inter se in posterum equaliter diuidant hoc excepto quod de prediis tribus annis proximo preteritis & citra peculium ecclesie titulo empcionis acquisitis seu eciam tantum ad suos vsus predictas in posterum recipiat pensiones Si vero contingat presbiterum aliqua de communibus prediis iam dictis per concambium ad ecclesie fundum deducere velle tunc pensiones equiualencium prediorum communium pro vsibus ecclesie ipse presbiter reassignet, vt autem questio cesset in posterum inter ecclesiam & presbiterum, de pensione prediorum volumus & mandamus vt predia tantum vsibus ecclesie appropriata seorsum conscribantur communibus prediis prout antea sepius mandaueramus, in loco alio per se conscriptis Jtem mandauimus vt quilibet sacerdos cathedraticum annis singulis personaliter ad synodum ferat illi cui nos mandauerimus committendum. Jtem ordinauimus vt pres-

biteri triticum vel siliginem nobis annis singulis debitum ante dominicam carnispriuii ad vltimum deferri faciant ad loca infrascripta, omnes presbiteri de tiundia excepto habohundære deferant vpsaliam ad curiam nostram de lyhundære & sæhundære deferatur tunum in akir de walendahundære langhundære solendahundære & arlenningiahundære sictoniam brohundære deferat ad curiam nostram muzø, habohundære cum fiædrundia arnø, Qui autem in hoc negligentes fuerint illo termino elapso soluant duplum Jtem prohibemus sub interminacione anathematis vt nullus ecclesie libros incidat diminuat vel detruncet pro quocumque suo commodo vel pro quacunque sua necessitate Jtem statuimus vt singuli presbiteri nostre dyocesis, annis singulis ita tempestiue vpsaliam veniant, quod modis omnibus intersint misse que in inchoacione synodi sollempniter de sancto spiritu dici solet.

1241. 1298 d. 19 Julii. Arnö.

Ärke-Biskopen Nils Allessons Aflatsbref för botgörare, som besöka Jungfru Mariæ Capell i Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4: 19.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, vt fidelium deuocio erga sacrorum locorum deuotam visitacionem, pro dei omnipotentis honore, sanctorum suorum veneracione, & sui ipsius edificacione profectibiliter excitetur, Solet salubriter remissiuis indulgencijs velud quibusdam illectiuis premiis inuitari, vt fideles ipsi exinde reddantur diuine gracie apciores, Cupientes igitur vt capella beate virginis in ecclesia nostra vpsalensi, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus & confessis qui predictam capellam in sabbatis tocius anni frequentauerint, & officio misse quam scole ibidem dicere solent interfuerint, seu ad eius reparacionem, ornatum, vel luminaria manum porrexerint adiutricem, De omnipotentis dei misericordia, ac beatorum apostolorum Petri & Pauli, Laurencij & Erici Martirum eius auctoritate confisi, Quatraginta, Hijs vero qui vesperis eiusdem beate virginis dicendis ab eisdem scolis in sextis videlicet ferijs ipsa sabbata immediate precedentibus deuote interfuerint, viginti dierum indulgenciam de iniunctis sibi penitenciis supradictis diebus singulis misericorditer in domino relaxamus. Datum apud Aarnø anno dominj M°. CC°. Nonagesimo octauo, quartodecimo kal. augusti.

Sigillet, nästan oskadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1242. 1298 d. 1 Augusti. Telge.

Biskoparnes i Linköping och Wexiö aflatsbref för botgörare, som besöka Skoklosters kyrka.

A. 3. b. 1.

Vniuersis Presentes Litteras Jnspecturis LAURENCIUS Lyncopensis & MAGNUS vexsyonensis. dei gracia Episcopi. Salutem jn domino sempiternam. Licet js de cuius munere uenit ut sibi a fidelibus suis digne & laudabiliter seruiatur. De habundancia pietatis sue que merita supplicum excedit & uota digne seruientibus multo maiora tribuat quam ualeant promereri. Nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem. fideles christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectiuis muneribus indulgenciis uidelicet & remissionibus inuitamus vt exinde diuine misericordie reddantur accepciores. Cupientes jgitur ut ecclesia religiosarum dominarum in sko ordinis beati benedicti congruis honoribus frequentetur. omnibus uere penitentibus & confessis qui dictam ecclesiam in solempnitatibus beate marie uirginis videlicet assumpcionis. natiuitatis. purificacionis. anunciacionis necnon in festiuitate beati johannis baptiste. & in festis beatorum confessorum bernardi & benedicti. deuote uisitauerint. XL dies Dum modo Reuerendi patris nostri dominj metropolitani ad hoc consensus accesserit de iniunctis sibi penitenciis annis singulis quilibet nostrum in domino misericorditer relaxamus Jn Cuius Rei euidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda Datum Telgis anno Domini M° CC° Nonagesimo octauo jn aduincula beati Petrj.

Sigillet N:o 1 bortfallet, N:o 2 något skadadt.

1243. 1298 d. 1 Augusti. Telge.

Biskoparnes i Skara, Strengnäs, Westerås och Åbo aflatsbref för botgörare, som besöka Sko klosters kyrka.

A. 3. b. 1.

Vniuersis presentes Litteras Jnspecturis. B. skarensis. YSARUS strengianensis, PETRUS arosiensis, & MAGNUS aboensis, dei gracia Episcopi, salutem in domino sempiternam, Licet is &c., *Se N:o* 1242 *till*.. reddantur apciores, Cupientes igitur vt Ecclesia Religiosarum dominarum in sko ordinis beati benedicti congruis honoribus frequentetur, Omnibus vere penitentibus & confessis qui dictam Ecclesiam in sollempnitatibus beate Marie virginis. videlicet Assumpcionis, Natiuitatis Purificacionis, & Annunciacionis, necnon in festiuitate beati Johannis baptiste, & in festis beatorum bernardi & benedicti confessorum deuote visitauerint. quadraginta dies. Dum modo Reuerendi patris domini nostri metropolitani ad hoc consensus accesserit de iniunctis sibi penitencijs, quilibet nostrum, misericorditer in domino relaxamus. Jn cuius

rei euidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda, Datum apud Telgis, Anno domini. M°. CC°. Nonagesimo octauo. Jn aduincula beati Petri.

Sigillen N:o 1—3 nästan oskadade, N:o 4 bortfallet.

1244. 1298 d. 10 Augusti. Upsala.

Ärke-Biskopen Nils Allessons stadfästelse på Lydbiskoparnes aflatsbref för Sko kloster.

A. 3. b. 1.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Nicholaus miseracione diuina vpsalensis Archiepiscopus, salutem in domino sempiternam. Vt fideles christi, eo frequencius & deuocius visitent loca sacra. quo exinde largiores se senserint indulgencias reportare. Nos volentes ecclesiam dilectarum in christo filiarum abbatisse & sanctimonialium in sko. congruis honoribus frequentari. indulgencias quas venerabiles fratres nostri. domini. Bryniolfus. skarensis, Laurencius Lincopensis, Jsarus strenginensis, Petrus Arusiensis, Magnus Wexionensis, & Magnus Aboensis, dei gracia episcopi, Anno dominj. Millesimo. Ducentesimo. Nonagesimo. VIII°. in concilio nostro. Telgis, visitantibus predictam ecclesiam in sollempnitatibus. sancte Marie. s. assumpcionis, Natiuitatis. Purificacionis. &. Annunciacionis. ac in natiuitate sanctj Johannis Baptiste. seu eciam Beatorum Benedicti. & Bernardi confessorum contulerunt, actoritate qua fungimur. approbamus & ratas volumus perpetuo permanere. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum, apud vpsaliam, Anno prenotato, in festo Beatj. Laurencij, Martiris.

Ärkebiskopliga sigillet något skadadt.

1245. 1298 d. 13 Augusti. Getinge.

Konungens i Danmark Capellans och öfrige Domhafvandes på Getinge Ting i Halland utfärdade Fastebref på Gammalsboda, såldt af Höfvidsmannen på Falkenberg Nils Djekn till Herr Nils Kettilsson.

A. 6. a. 2. 41.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Thrugotus illustris regis danorum capellanus, Jacobus decanus in halmstath hærath. Nicholaus aduocatus in falkinbergh Nicholaus tuka son. Nicholaus kyrnyng, Matheus olleff son. thÿrbernus thyok ceterjque placitum getynge visitantes, salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis & singulis Nicholaum diaconum aduocatum in falkÿnbergh Discreto viro Domino Nicholao kætilsson omnia bona sua que habuit in gamals botha videlicet tres curias & vnum molendinum

cum siluis & prediis dictis curiis attinentibus mobilibus & immobilibus in placito getonge, pro LX:ta marcis den. legaliter scotasse, que quidem bona martinus amunda son & filius suus sterbernus Nicholao diacono aduocato in falkynbergh in dicto placito ad quartam feriam pasce pro LX:ta marcis den. scotauerunt, ea condicione quod nisi dicta bona in prefato termino redimerent dicto N. aduocato cederent possidendi gracia uel vendendi seu alienandi jure perhennj. Ne igitur memorato domino Nicholao kætils son super dicto scotacione legaliter facta in posterum sibi possit uel debeat calumpnie materia seu dubium generari siggillum hallandie vna cum siggillis nostris presentibus sunt appensa in testimonium & cautelam pleniorem. Datum anno Dominj M° C° C° nonagesimo VIII° Jn die beati ypoliti martiris.

Sigillen N:o 1——6, 8 bortfallne, remsorna qvar; N:o 7, adligt, nästan oskadadt.

1246. 1298 d. 13 Augusti. Getinge.

Konungens i Danmark Cappellans och öfrige Domhafvandes på Getinge Ting i Halland skrifvelse till Marskalken Thorkel Knutson med anhållan om dom öfver en lagbrytare från Westbo, som stulit en oxe och 12 svin.

A. 6. a. 2. 42.

Nobili Domino & honesto. Jllustris regis sweuorum Marscalco. THRUGOTUS illustris regis danorum capellanus. JACOBUS decanus in halmstatha hærath. NICHOLAUS DIACONUS aduocatus in falkinbærgh. NICHOLAUS TUKA SON NICHOLAUS KYRNYNG, THORBERNUS THYOK necnon & ceteri commune placitum, getonge visitantes. seruicium promptum & paratum & omnem reuerenciam quam poterant cum salute. Dominacionj vestre presentibus significamus quod quidam legis transgressor nomine johannes thorhælpha son de wæsbo bouem cuiusdam Joon trata son furando abstulit & de quadam vidua in kynnariuth Nomine Olof XII:cim sues pingues furtiue subtraxit, vnde Nobilitatem vestram requirimus & humiliter imploramus quatenus ex quo cunctis ad uos fugientibus justiciam facitis & cum constet notorium & pluribus ipsum manifestum furem super dictum johannem judicare velitis ut predictus joon & vidua predicta *et* dominus Nicholaus ex parte ipsorum qui dictas causas prosequitur iusticie habeant complementum quod apud dominacionem uestram volumus firmiter deseruire Jn cuius rei testimonium siggilla nostra presentibus vna cum siggillo terre sunt appensa. Actum anno Dominj M° C° C° XC° VIII° Jn die beati ypoliti martiris.

Sigillen N:o 1, 4, 7 skadade; N:o 2, 3, 5, 6 bortfallna.

1247. 1298 d. 23 Aug. Arnö.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons Bref om betalning af Herr Johan Engels skuld af Hjelmeryds gods.

A. 3. a. 4. 20.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Nicolaus miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constare volumus vniuersis, Dominum Johannem dictum angelum ex quadam prediorum vendicione quam fecerat Magistro Andree consobrino suo preposito ecclesie nostre vpsalensis nobis assignasse, Centum Triginta tres marchas cum duabus oris denariorum monete nunc currentis, leuandas & recipiendas nomine suo, a dicto Magistro andree preposito ad soluendum & quittandum debita, pro quibus dominus Karolus Erlendson bone memorie, quondam Canonicus ecclesie nostre vpsalensis Curiam suam hielmerÿth in vithbo, cum molendino, colonis, ac omnibus alijs attincijs dictis bonis, obligauerat & assignauerat, prout in testamento dicti Domini karoli lucidius patet, Jnsuper decem & octo Marchas den., quas eidem domino Johanni angelo tenemur similiter ad solucionem dictorum debitorum assignauit. Horum ergo summa ascendit ad Centum Quinquaginta marchas cum decem oris den. volumus igitur vt taxacione supradictorum bonorum videlicet Curie hielmerÿth cum molendino, colonis, & omnibus attinencijs alijs dictis bonis, fideliter & integraliter facta, pars aliqua de eis estimata, ad valorem summe supradicte quam silicet partem ipse dominus Johannes eligere decreuerit, ad ipsum debeat deuenire, Prouiso nichilominus quod predicta pars bonorum huiusmodi, talis sibi deputetur, quod eo non obstante, remanencia bona dummodo jdem dominus johannes angelus debita que remanent, infra festum pentecostes nunc proximum de suis bonis propriis non persoluerit, absque difficultate pro taxato precio distrahi, possint atque vendi, Jn horum autem euidenciam pleniorem, vna cum sigillo nostro sigillum memorati domini Johannis presentibus est appensum, Datum apud arnø anno domini M°. CC°. XC° VIII°. Decimo Kal. septembris.

Af sigillet N:o 1 är ett stycke qvar; N:o 2 bortfallet.

1248. 1298 d. 23 Aug. Arnö.

Johan Engels Bref om dess med Ärke-Biskopen Nils i Upsala gjorda jordabyte.

B. 2. 52.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Johanes dictus angelus salutem in domino sempiternam Noueritis me cum reuerendo patre, ac domino meo, domi-

domino N. diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi quandam prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, habuit n. a me idem dominus meus archiepiscopus in færingøum villa biærghum nouem oras cum X denariis terre, cum domibus ad me pertinentibus ibidem, pro quibus mihi dedit in garni decem oras terre et in kysingi dimidiam marcham terre, jnsuper addidit mihi pro domibus et melioracione predii ibidem triginta octo marchas denar. monete nunc currentis, ad huius eciam permutacionis euidens testimonium firmarios wlgariter dictos fasta in communi pretorio færingøum, eidem domino meo archiepiscopo secundum terre leges et consuetudinem approbatam me recognosco dedisse Jn horum igitur euidenciam pleniorem sigillum meum duxi presentibus apponendum Datum apud arnø Anno domini Millesimo ducentesimo XC°. octauo decimo kalend. septembris.

1249 1298 d. 27 Aug. Linköping.

Biskopen i Linköping Lars II:s vidimation och stadfästelse på Biskop Henriks Bref.

A. 6. a. 2. 43.

Omnibus presentes litteras inspecturis Laurencius dei gracia Episcopus Lincopensis salutem in domino sempiternam Noueritis nos litteras reuerendi patris predecessoris nostri henrici dei gracia quondam Episcopi lincopensis vidisse in hec verba Vniuersis &c *Se föregående N:o* 560 *). Nos igitur ordinacionem huius & statutum ratum & gratum habentes. auctoritate qua fungimur confirmamus, ad maiorem premissorum euidenciam presentes litteras sigillo nostro prepositi & capituli roborantes, Datum lincopie anno domini M° CC° XC° VIII sexto kal. septembris.

Sigillen bortfallna.

1250. 1298 d. 22 Sept. Söderköping.

Svantepolk Knutssons Gåfvobref på Herbethy gods till Wreta kloster.

A. 3. t. 1.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris. Swanthpolk kanuti ducis quondam filius. Salutem in domino sempiternam. Quoniam varii sunt humane fragilitatis euentus. & cum morte nichil cercius.

*) *Med följande olikheter*: IIII thinonum — — — expensis singuli de collegio a decimarum — — — *och* Si vero quempiam de collegio plures ecclesias parochiales in ipsa prepositura contingat optinere — —.

terminus autem mortis cunctis sit incertus. Necesse est diem mortis certis racionibus preuenire. Hinc est quod bona que in Herbethÿ habemus. videlicet redditus.XI. thÿnonum &.XI. orarum den. nobis & heredibus nostris alienamus. abbatisse autem wretis. Domine katerine. totique conuentui ibidem dimittimus perpetuo possidenda. Hec presentibus uiris ydoneis. aduocato nostro .s. giurdone. & ciuibus pluribus suthercopie. videlicet thochone. lamberto longo. & wigboldo. gudmundo. nec non & aliis discretis quam plurimis. facta sunt & statuta. Ne igitur de presentibus vel posteris super hoc facto aliqua calumpnia valeat suboriri. siggillum nostrum. siggillumque ciuitatis Suthercopensis presentibus sunt appensa. Datum Suthercopie. anno domini. M°. CC°. Nonageşimo. VIII°. in die beati mauricii. sociorumque eius.

Sigillen skadade.

1251. (1298?) d. 23 Sept. Högnetorp.

Biskopen Brynholfs i Skara stadfästelse, i hvad på honom beror, af Algots gåfva af Apunda i Östergöthland till Riseberga kloster.

A. 3. n. 4. 15.

Omnibus presentes litteras jnspecturis.B. dei gracia scarensis Episcopus. Salutem jn domino sempiternam. Notum facimus tam posteris quam presentibus vniuersis, Quod donacionem quam sanctimonialibus jn risæbÿærgh, videlicet tres octenarios terre jn apundhum jn øsgocia, cum vno manso ibidem sito & eius pertinencijs, dillectus . . . ter noster algotus, assignauit & contulit, sicut per eius patentes litteras super hoc confectas plene patet. . . . . esse volumus, ac presencium auctoritate quantum ad nos pertinet, confirmamus. Sigillum nostrum presentibus . . . . . Jn huius testimonium & euidenciam pleniorem. Datum Høgnæthorpe. Anno . . . . . Nono kal. octobris.

Sigillet jemte ett stycke af brefvet är bortrifvet.

1252. 1298 d. 7 Oct.

Biskopen i Strengnäs Ysars stadfästelse på Biskop Anunds gåfva af Juleta församling till Abboten i Saba.

A. 3. b.

Vniueris presens scriptum cernentibus. Ysarus dei gracia Episcopus strængnensis Salutem in domino ihesu christo. Quia venerabilis pater do-

minus Anundus predecessor noster abbati de saba ad sustentacionem conuentus ibidem ecclesiam julata contulit & eisdem super hoc suas litteras dedit in hec verba. Omnibus &c. *Se föregående N:o* 765. Nos dictam donacionem suam sicut superius expressum est ex consensu eiusdem capituli nostri tenore presencium confirmamus eisdem memoratam ecclesiam in perpetuum assignantes saluo nobis nostrisque successoribus canonice instituendis omni iure pontificali prout superius est expressum. Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri presentibus est appensum. Datum strengnesie Anno domini. M°. CC°. XC°. VIII°. in crastino translacionis beatj eskilli martiris & pontificis.

Sigillen skadade.

1253. 1298 d. 11 Oct. Upsala.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons bref om jordabyte med Björn Ingolfsson.

A. 3. a. 4. 18.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos ex parte ecclesie nostre vpsalensis Cum ffideli nostro Berone jngulfssuni, ex consensu Capituli nostri quandam prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, Habuimus enim a dicto berone, vnum solidum terre in villa trøningi, & in villa kaluijk vnum solidum terre, in insula dicta ækrø situatos, Jtem in villa wretum in parochia næs duos solidos cum dimidio terre, Pro quibus nos eidem Beroni dedimus & assignauimus nomine eiusdem ecclesie nostre, quatuor solidos terre, in villa sandum eiusdem insule ækrø, sitos, Huic autem permutacioni prediorum ex vtraque parte testes seu firmarij qui wlgariter dicuntur fastær, adhibiti sunt, secundum terre leges & consuetudinem approbatam, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum, & sigillum Capituli nostri presentibus duximus apponenda, Datum apud vpsaliam anno domini Millesimo ducentesimo, Nonagesimo VIII°. Quinto Jdus Octobris.

Sigillet N:o 1 bortfallet, N:o 2 något skadadt.

1254. 1298 d. 5 Nov. Skeninge.

Priorns i Skeninge vittnesmål, att Benedicta Holmstens dotter framför klosterporten gaf, när hon 1291 invigdes till nunna i Skeninge, till evärdelig egendom åt klostret allt hvad hon egde, med undantag af gården Berga, till hvilken hon förbehöll sig nyttjande rätten i sin lifstid.

A. 3. s. 2: 2.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit ffrater P. Fratrum ordinis predicatorum in skiæningia prior inutilis salutem in domino. Notum fa-

cio quod quando soror Benedicta filia holmstani de biærgom habitum sororum nostrarum assumpsit in skiæningia anno domini M° CC° XC I° in natiuitate beate virginis omnia bona sua mobilia & inmobilia, que tunc possedit, sibi & suis heredibus nullo ipsorum dissenciente, scilicet tam nicholao holmfridæson qui ibi presens erat quam aliis consencientibus alienauit & monasterio dictarum sororum in skiæningiæ, per festæ & køpæ secundum leges terre appropriari fecit, Johanne thoroson pro fest proloquente, & laurencio de snytringe ex parte sororum bona memorata sumente excepta curia de biærgom quam sibi prefata soror, B, pro suis vsibus dum viueret retinuit, ita tamen quod post mortem ipsius esset monasterij supradicti Hec autem facta sunt coram porta sororum in skiæningia presentibus Dominis N sigredæson N sestridæson & discretis viris martino de slykkio Johanne thoroson, Johanne de myribý, Giærdero tannæ, Laurencio de snytringe fratribus predicatoribus N priore skiæningensi, thorstano priore kalmarnensi, & aliis pluribus fide dignis Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum duxi presentibus apponendum. Datum skiæningie anno domini M° CC° XC° VIII°. Nonis nouembris.

Sigillet något skadadt.

1255. 1298 d. 25 Nov.

Biskopen i Linköping Lars II:s vidimation och stadfästelse på Biskop Henriks stadgande af år 1272.

B. 3: 11. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Laurencius dei gracia episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras Reuerendi patris predecessoris nostri henrici dei gracia condam episcopi lincopensis vidisse in hec verba. He dei &c. *Se föregående N:o* 560. Nos igitur ordinacionem huiusmodi & statutum Ratum & gratum habentes auctoritate qua fungimur confirmamus ad maiorem premissorum euidenciam presentes litteras sigillo nostro. prepositi & capituli Roborantes. Datum lyncopie Anno domini Millesimo CC XC VIII. VI kal. decembris.

1256. 1298 d. 13 Dec. Skara.

Biskopen Brynolfs i Skara bref på Sledini m. m., som lemnas Ragnvald Mule i ersättning för hvad honom af Biskopens broder Magnus blifvit frântaget.

A. 6. a. 2. 44.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. Brynjulphus dei gracia scarensis Episcopus. Salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum fa-

cimus vniuersis Quod nos domino Rangwaldo dicto Mulæ pro recompensacione bonorum sibi per magnum fratrem nostrum ablatorum, Curiam nostram slæddini, Cvm colonijs, nemoribus, pratis, paschuis, ac ceteris pertinencijs, suis. Vna cvm molendino jn offrud, & Molendinum jn thængini quod possedit Magnus dax son colonias quoque nostras jn aræbyærgh, refundimus & assignamus, jure hereditario perpetuo possidendas Petentes jnstanter vt dominus noster rex & consiliarij sui super premissis literas suas patentes eorum sigillis munitas, dare velint ad euidenciam pleniorem. Jn cuius testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dominorum Nicholai algoti, Magistri benedicti, et beronis longi Canonicorum nostrorum, qui presenti conuencioni affuerunt, presentibus est appensum. Datum skaris Anno domini M°,CC°,XC° VIII° jn die beate lucie virginis.

3 Sigill finnas under brefvet, och rum för det fjerde.

Af samma bref finnes äfven ett annat original, i hvilket sista ordet virginis saknas; med sigill 1, 2, 4 och rum för det tredje, och för öfrigt följande olikheter: slædhini — - ofrudh — — thænghini — — dags son — — damus (i st. f. refundimus).

1257. 1298 d. 19 Dec. Kållandsö.

F. d. Lagmannen i Westergöthland Algot Brynolfssons bref, med godkännande af Biskop Brynolfs föregående anordning.

A. 6. a. 2. 45.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. Algotus brỳniulfs. son. Legifer quondam wæsgothorum. Salutem jn domino sempiternam. Quia Reuerendus pater dominus Brỳniulphus Episcopus skarensis Curiam slædini cum colonijs ibidem & nemoribus & ceteris pertinencijs jntra sepes & extra, & molendinum jn offrud, ac colonias jn aræbỳærgh, Nobili viro domino rangwaldo dicto mulæ pro rebus sibi per magnum filium meum ablatis, dedit & assignauit. Constare volo tam posteris quam modernis, quod ratum & gratum semper habebo, quicquid per ipsum dominum scarensem ordinatum & actum fuerat super bonis prenotatis. Promittens firmiter, quod contra ordinacionem predicti domini scarensis jn hac parte per me vel per alium, nunc-quam veniam vel faciam de jure vel facto. Sigillum meum presentibus apponi faciens, jn euidenciam premissorum pleniorem. Datum Qualdins ø. Anno domini M°, CC°, XC VIII°, XIIII° kal. januarij.

Sigillet något skadadt.

1258. 1298 d. 26 Dec. Dymmu.

Biskopen Brynolfs i Skara Fullmakt för Andreas Tuwesson, att gifva fasta på de gods han till Ragnwald Mule afstått.

A. 6. a. 3: 12.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. B. Dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Tenore precencium notum facimus

tam posteris quam presentibus vniuersis, Quod nos auctoritate presencium tam ex parte nostra quam ex parte patris nostri, andree towæ. son. plenariam potestatem committimus skotandi Nobili viro domino Rangwaldo dicto Mulæ, et a nobis et heredibus nostris, et patris nostri, alienandi, Curiam nostram jn slædini, Cvm colonijs ibidem et omnibus suis pertinencijs jntra sepes et extra, vna cum molendino jn offrud, et molendino jn thengini quod possedit magnus dax. son. Et hoc omnibus quorum jnterest jntimamus, Sigillum nostrum presentibus apponentes. Datum Dymmu. Anno Domini M°, CC°, XC° VIII°. secunda die Natalis domini.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa..

1259. 1298 d. 28 Dec. Dymmu.

Biskopen Brynolfs i Skara bref på en gård i Wam, som lemnas Skara Domkyrka i ersättning för Tengened qvarn, hvilken han afstått till Ragnvald Mule.

A. 3. z. 1.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. B. dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus, vniuersis tam posteris quam presentibus, quod, quia dedimus Nobili viro domino rangwaldo dicto mulæ pro rebus sibi per fratrem nostrum magnum ablatis molendinum ecclesie skarensis situm jn thengini, quod possedit magnus dax. son. nos ipsius ecclesie jndempnitati consulere volentes, Curiam nostram maternam jn wam, Cvm colonia & molendino ibidem, ac omnibus bonis mobilibus & jnmobilibus, agris, pratis, nemoribus, ac ceteris pertinencijs jntra sepes & extra, jn recompensacionem pro dicto molendino eidem ecclesie skarensi refundimus & irreuocabiliter assignamus. Renunciantes omni juri quod nobis vel heredibus nostris jn dicta curia compecijt, vel competere posset de jure vel de facto. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Dymmu Anno domini M°, CC°, XC°VIII°, jn die sanctorum jnnocencium.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1260. 1299 odat. Tribek.

Johannes af Myreby intyg om den vänliga öfverenskommelse, som Benedicta Holmstens dotter ingått med sina slägtingar med afseende på deras arfsanspråk, innan hon blef Nunna i Skeninge kloster, samt under hvad vilkor hon till detta kloster skänkt sina goda.

A. 3. s. 2. 5.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Johannes dictus paruus de Myrby Salutem in domino sempiternam. Quia rite & racionabiliter acta

sepe reuocantur in dubium & multociens inpugnantur a maliciis hominum peruersorum nisi presencium prouidencia satagat rerum gestarum seriem ad noticiam deducere posterorum. Jdcirco notum facio tenore presencium vniuersis. quod prius quam Soror benedicta quondam filia holmstani de biergum religioni se traderet. Ego secundum iudiciariam sentenciam domini benedicti legiferi ostgothorum omnes cognatos & propinquos eiusdem sororis. b. secundum leges terre rite & legaliter citaui quod wlgariter dicitur stæfnæ vni in curia & omnibus in pretorio. exhibens eisdem omnia bona ipsius sororis. b. ad emendum propinquis ex parte patris exhibui bona paterna & propinquis ex parte matris bona materna. Prefate igitur sororis .b. veri heredes & propinqui non sufficientes nec volentes emere bona memorata ad ipsam in biergum conuenerunt humiliter postulantes. quatinus de suis bonis eis daret partem aliqualem resignantes toti iuri quod habebant in reliquis bonis ipsius. ita quod ea omnia tam mobilia quam inmobilia. dare vendere posset libere ac de ipsis alio modo quocumque ordinare secundum propriam voluntatem. hanc resignacionem rite cum legalibus que dicuntur festnæ wlgariter facientes. Soror autem benedicta veris heredibus suis. videlicet sorori patris sui que vocabatur øa. & filijs ipsius halstano & thoriro dedit bona sua patrimonialia que in bøtharum & bøthaas possidebat. quam donacionem predicti heredes gratanter acceptantes. toti iuri quod habebant in reliquis bonis sororis benedicte. sicuti supradictum est voluntarie atque publice resignarunt. presentibus. Gerdaro dicto tanne. ærinwardo de biergum. birgero vlfwidinsun & fratre ipsius laurencio. ac aliis quam pluribus fidedignis qui omnes vna cum supradictis heredibus sororis .b. in resignacione prefata tenuerunt super festnæ. Ego autem eandem resignacionem legaliter publicaui. quod wlgariter intelligendum est. iac skildhi fyr festnum. Preterea composicione prefata inter sororem .b. & heredes suos racionabiliter acta ac vtriusque partis consensu plenario confirmata. Soror .b. religioni se contulit ad sorores ordinis predicatorum skeningie cum omnibus bonis suis. Tali condicione interiecta quod si umquam kalmarnie claustrum sororum contingeret inchoari. ipsa cum omnibus bonis suis illac libere se transferret. & quod nullus hominum in hoc ipsam posset aliquatinus inpedire. Sub hac ergo condicione sepedicta soror .b. claustrum intrans sororum skeningie. omnia bona sua eisdem sororibus legaliter resignauit. presentibus domino Nicolao sestredasun. domino Nicolao holmfridasun fratre petro priore skeningensi. fratre thorstano priore kalmarnie fratre Nicolao lectore skeningensi. Johanne thorasun. Gerdaro dicto tanne. Magno de stafby. Nicolao karsun. et hii omnes mecum in resignacione bonorum sororis .b. facta skeningie. laurencio de snythringi ex parte sororum. tenuerunt super festnæ & Johannes thorasun ipsam resignacionem secundum leges terre rite publicauit. wlgariter dictum skildhi fyr

festnum. nullo penitus cognatorum seu propinquorum sororis .b. contradicente ordinacionibus memoratis. Jn testimonium predictorum sigillum proprium vna cum sigillis domini Nicolai legiferi werendensis. & domini Nicolai sestredasun & Johannis thorasun. duxi presentibus apponendum. Datum in Tribek. anno domini M°CC°. Nonagesimo Nono.

Alla fyra sigillen finnas nästan oskadade.

1261. 1299.

Andreas', med sin moder Margaretas bifall, gjorda testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap.

A. 4.

Jn nomine Patris & filij & spiritus sancti amen Jn opinatus hominum transitus ex hoc seculo multos ffefellerat & salubria proposita relinqui fecerat inperfecta hac consideracione ductus, Ego andreas cum beneplacito karissime matris mee margarete meum testamentum condo in hunc modum, Fratribus predicatoribus in sictonia aput quos eligo sepulturam confero dextrarium meum cum cuparthÿr taster cum sella muzam cum plata pro utroque testamento meo & uxoris mee ingiburgis non dum soluto, Jtem fratribus in stocholm IIII:or marcas .III. marcas den. gardiano ibidem, Fratri siguido confessori meo .II. marcas den., ad solucionem istorum pro pignore pono armaturam meam, Ecclesie loghø cappellam meam sacerdoti .I. marcam, Ecclesie skanald .II. marcas sacerdoti .I. Ecclesie ualandatunum .I. marcam matri mee vnum balteum argenteum, & V. solidos terre in aua ad uitam suam, Jtem uxori mee Bothilde V. oras terre in smahambrum cum omnibus attinenciis, pro dote .III. oras duas reliquas ex propriis comparauit, Jtem omnes uestes quas dederam sibi, vnum monile argenteum, duos leones argenteos, & unum anulum, ista omnia sint extra sortem, Jtem famulo meo nescunung vnam muzam cum plata & hoffæner, ffamulo meo petro capam meam, kætilmundo tunicam & colobium meum, testes horum sunt mater mea dilecta uxor mea frater siguidus, ericus uicinus meus rangwaldus & multi alii, ad solucionem debitorum meorum pono curiam meam ringkabÿ, Exequtores huius mei testamenti constituo dominum bryniolphum prepositum & rangwaldum de uibÿ quos rogo ut meam in premissis uelint exequi uoluntatem, Jn huius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum & sigillum domini philippi de runbÿ, & sigillum prioris sictuniensis instanter apponi peto, Datum Anno domini. M°. CC°. Nonagesimo. Nono.

Sigillen N:o 1, 3, bortfallne, N:o 2 skadadt..

1262.

1262. 1299 odat.

Prestmannen Henriks i Runsten gåfvobref på Hyrlinge å Öland, med dertill hörande byggnader och hälften af sin lösegendom, till Sko kloster.

A. 3. b. 1.

Vniuersis presens scriptum visuris uel audituris. Henricus Sacerdos in Ronasten Salutem jn uirginis filio crucifixo. Quoniam frequenter presencium facta posteris solent esse jncognita. materiamque dubietatis ac litigij generare. nisi litterarum ac sigyllorum testimonio efficaciter confirmentur. Constare uolo tam posteris quam presentibus per presentes. me ob meorum remissionem peccaminum. jntegrum attungum terre jn Hyrlinge in ølandia cum omnibus domibus. & dimidietate omnium rerum mobilium mihi ibidem attinencium. Monasterio sanctimonialium jn sko contulisse. Jn cuius facti testimonium domine Radhburgis abbatisse dicti monasterij siggillum. vna cum siggillo domini Holmwidi Arnbyernson. ac meo. presentibus est appensum. Datum anno domini. M°.C° C°. nonagesimo Nono.

Sigillen: 1, 3 andeliga; 2 föga skadadt.

1263. 1299 d. 24 Jan. Upsala.

Dom-Prosten Andreas Ands Bytesbref på gårdar i Wäsby och Ekeby i Wänge socken, hvilka lemnas till Skokloster, i utbyte mot gårdar i Thjälsta, Sundby, Tuna, Skedvi och Stjernholm.

A. 3. b. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis Andreas prepositus vpsalensis salutem in domino, vniuersitati vestre tenore presencium notum sit quod erga dominam abbatissam de sco vpsalie in communi pretorio prediorum permutacionem firmariis qui wlgariter dicuntur fastar ibidem receptis feci in hunc modum assignaui nempe dicte domine in villa vasby parochie vengium dimidiam Marcham terre in villa ekiby quatuor solidos terre parochie eiusdem pro vna hora terre in tielsta & duabus oris in sunby & duobus solidis in tunum & vno solido in skædui & quatuor solidis in stiernholm in cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum vpsalie anno domini M°CC°XC°IX sabato proximo ante conuersionem sancti pauli.

Sigillet, på en ur brefvet klippt remsa, är skadadt.

1264. 1299 d. 24 Jan. Upsala.

Abbedissan Radsorgs och Conventets i Sko kloster Bref om samma byte.

A. 3. a. 4: 10.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Soror .R. abbatissa & conuentus sororum in sko. Salutem in domino. Vniuersitati vestre tenore presencium notum sit quod erga venerabilem virum dominum .A. prepositum vpsalensem vpsalie in communi pretorio prediorum permutacionem firmariis qui wlgariter dicuntur fastar ibidem receptis fecimus in hunc modum. Assignauimus enim dicto domino vnam oram terre in thialsta. & duas oras in sunbý. & duos solidos in tunum. & vnum solidum in skadwi. & quatuor solidos in stiarnholm pro dimidia marca terre in villa vasbý parrochie vengium. quatuor solidos terre in villa ekibý parrochie eiusdem. Jn cuius testimonium sigillum conuentus nostri presentibus est appensum. Datum vpsalie anno domini M°CC°.XC IX°. in sabbato proximo ante conuersionem sancti pauli.

Sigillet, på en ur brefvet klippt remsa, är skadadt.

1265. 1299 d 25 Jan. Fozkil.

Biskopen i Skara Baynolfs Intyg, att hans Capellan, Mag. Bengt köpt all lösegendomen i Seglorum och således äger, att derom efter eget godtfinnande anordna.

A. 3. z. 1.

Omnibus presentes litteras jnspecturis .B. Dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Nouerint vniuersi, Quod discretus vir magister benedictus capellanus noster emit a nobis pro quatraginta marchis den. omnia bona mobilia que habuimus jn sæghlorum, tempore quo dictam curiam a nobis týtulo permutacionis optinebat. vnde concedimus & permittimus, quod idem magister .b. de bonis jn eadem curia sæghlorum existentibus, libere testari & ordinare valeat pro sue libito voluntatis. presentes sibi litteras sigillo nostro munitas super hoc jn testimonium concedentes. Datum fozkil, Anno domini M°,CC°,XC°IX°. jn conuersione sancti pauli.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1266. 1299 d. 25 Jan. Lybeck.

Ärke-Biskopen i Lund Johans Bref om Lybeckarnes egande rätt till deras inom hans område skeppsbrutna gods.

K. v. 118. L. c. 192.

In Dei nomine Amen. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit. Iohannes Dei gracia Sancte Lundensis ecclesie Archiepiscopus, Primas Sve-

tie salutem in domino. Ut ea que fiunt in tempore non evanescant nec pereant tempore defluente solent scripturarum & testium memorie commendari. Quare notum esse volumus universis presentibus & futuris nos eam consulibus & burgensibus civitatis Lubecensis universis libertatis graciam contulisse, quod quociescunque perpetuis temporibus eos circa fines nostros in temporalibus nobis subjectos naufragium pati contingeret, omnia bona naufraga, que per se vel alios servare poterint pleno iure sibi vindicent. Precise namque volumus quod omnia bona talia post naufragium illis attineant, quibus ante naufragium pertinebant. Que quidem bona vel eorum precium, si peritura fuerint, si presentes non extiterint, quibus ea pertinent, per annum & diem, eis integraliter servabuntur & amplius, si venire nequiverint legitima necessitate vel ignorantia prepediti. Et si bonorum eorundem aliqui veri possessores obierint in naufragio, seu alio modo quocunque, quodcunque de bonis huiusmodi salvatum fuerit, debet veris heredibus reservari, secundum exigentiam temporis prenotati. Si preterea in aliquo forsan naufragio submersi fuerint omnes in nave constituti, ita quod nemo superuixerit, heredibus & veris dominis eorundem bonorum illa reservari debent, qui iustis documentis ea probaverunt esse sua in omnibus premissis, salvo eis iusto laboris premio, qui ad talia bona salvanda manum prebuerint adjutricem. Ut autem hec a nobis & a nostris successoribus immutari non valeant nec infringi presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum Lubeke anno dni M° CC° nonagesimo nono in conversione S. Pauli.

1267. 1299 d 26 Jan. Fånö.

Folke Jonssons Morgongåfvobref på Hardstad och Qvistlingatorp för sin hustru Rangborg.

J. 6. 186. v.

Omnibus præsentes literas inspecturis, Fulco Ioonsson salutem in Domino sempiternam. Noverint vniversi, quod ego Fulco Ioonsson, Dilecte vxori meæ Rangburgi ob Donationem propter nuptias in nostrarum Crastino nuptiarum curiam meam Hardhstadhj in lincopensi Diocesi sitam, et vnum attungum terræ in quistlingatorp, cum omnibus bonis, mobilibus, et immobilibus, pascuis, possessionibus, et iuribus dictis curie, et attungo qualitercunque attinentibus, sicut nunc possideo, Do, confero, et assigno, pleno iure iuxta leges Patriæ, et consuetudinem approbatam, hac tamen conditione adiecta seu forma, videlicet quod si favente Domino prolem habue-

rimus, dicta bona, cedant proli in portionem hæreditatis Maternæ, Si autém ipsa michi absque prole supervixerit, prædicta bona ad ipsam, et eius hæredes libere devoluantur, si vero ipsa ante me absque prole superstite obierit, quod absit, ius mihi sit liberum atque saluum omnia bona redimendi prædicta, infra biennium a tempore obitus sui compotandum, pro ducentis marchis Denariorum, monete vsualis, tunc currentis, volo etiam quod dicta bona tempore defunctionis eius conscribantur, et sub dispositione mea sine Diminutione maneant per biennium memoratum. In cuius autem meæ Donationis robur et firmitatem, et Evidentiam firmiorem, secundum leges Patriæ, adhibiti sunt testes seu firmarij qui vulgariter dicuntur fastar scilicet Venerabilis Pater, Dominus Nicolaus Dei gratia Archiepiscopus vpsalensis, et honorabiles viri Domini, Andreas Præpositus eiusdem Ecclesiæ, Ion Ingiualdsson, Birgerus Pethersson, legiferi. Magnus Gregorisson, Rõricus Birgersson, Philippus de Rumby, Philippus Ingiualdsson, Magnus Marinusson, Carolus Ingiborgusson, Carolus Gregorisson, Mathias Kätilmundasson, Ericus Östensson, Bothulphus Ionsson, Ragnwaldus Ingiualdsson, Laurentius Anbornasson, nec non et alij multi discreti viri, In horum igitur omnium Testimonium et Evidenciam pleniorem, vna cum sigillo venerabilis Patris Domini Nicholaj Divina miseratione Archiepiscopi Vpsalensis, et aliõrum infra scriptorum, videlicet Dominorum, Andree Præpositi Ecclesie Vpsalensis, Ioonss Ingivaldssonss, Birgeri Petherssons, legiferorum, Magni Gregorisson Philippi de Rumby, Magni Marinussons, Rõrici Birgerssons, Philippi Ingivaldssons, sigillis sigillum meum duxi præsentibus apponendum. Datum Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo nono, Apud Fanö, in Crastino Conversionis beati Pauli.*)

Af de tecknade sigillen synes N:o 1 hafva varit mindre tydligt, N:o 2 och 3 fullständiga, N:o 4 utplånadt.

1268. 1299 d. 10 Febr. Helfstad.

Biskopen i Skara Bryniolfs Bref om den ersättning, han i Slädene och Araberg samt Ofruds och Tängeneds qvarnar, gifvit Ragnwald Mule för de gods i Näs, hvilka Biskopens broder honom afhändt, med uppdrag åt Andreas Tuwesson, att dem, å Biskopens vägnar, lagligen sköta och hemnla, med anhållan derjemte, att Kongl. Majt och Riksens Råd derpå ville fastebref utfärda.

A. 6. a. 2. 46.

Omnibus presentes litteras jnspecturis B. dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, Quod nos

*) Anm. I margen är, vid brefvets början, antecknadt med blyertspenna dessa nästan utplånade ord: "Detta original hade iag af H:r Carl Sparre 1696. 27. Nov."; och vid slutet står

refundimus et assignamus Nobili viro domino rangwaldo dicto mulæ pro recompensacione bonorum sibi per magnum fratrem nostrum ablatorum jn næsi, Curiam jn Slædhini, Matri nostre quondam jn donacionem propter nupcias assignatam, cum colonijs, agris, pratis, pischarijs, nemoribus, ac ceteris pertinencijs suis vna. cum molendino jn efrudh, nec non et molendino jn thængini, quod possedit magnus dax. son curia nostra materna jn wam cum omnibus suis pertinencijs, pro dicto molendino jn thængini ecclesie skarensi per nos assignata legaliter et scotata. Colonias quoque jn aræbyærgh cum omnibus suis pertinencijs eidem domino rangwaldo refundimus et irreuocabiliter assignamus, hoc adiecto quod si dictas colonias jn aræbyærgh aliqualiter jnpeti vel jnpediri contigerit, bona nostra paterna et materna, obligamus ad reddendum et faciendum sepedictum dominum rangwaldum et heredes ipsius jndempnes totaliter jn hac parte. Dantes eidem domino rangwaldo et suis heredibus, liberam et plenariam potestatem bona supradicta omnia et singula, dandi, vendendi, alienandi, sev quomodolibet ordinandi pro sue libito voluntatis. Committimus Jnsuper per presentes andree towæ. son auctoritatem et plenariam potestatem ex parte nostra, dictam curiam jn slædhini, cum colonijs ibidem et omnibus suis pertinencijs, vna cum molendino jn offrudh et molendino jn thængini necnon et colonijs jn aræbyærgh predictis, scotandi legaliter, et possessionem tradendi corporalem. Petentes jnstanter vt dominus noster rex et consiliarij sui super premissis litteras suas patentes eorum sigillis munitas dare velint jn euidenciam pleniorem. Jn quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum, et actum, jn hælfstadh, Anno domini M°,CC°,XC°IX°, IIII° jdus februarij.

Sigillen 1, 2, skadade.

1269. 1299 d. 16 Mars. Tuna i Åker.

Ärke-Biskopen i Upsala Nils Allessons vidimation af K. Magnus I:s bref af år 1282.

A. 6. a, 2: 26.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis Nicolaus miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, Salutem jn domino sempiternam, Notum facimus per presentes, Nos uidisse & diligenter de verbo ad uerbum perspexisse litteras dominj magni dei gracia sueorum gothorumque regis illustrissimi, non rasas non cancellatas nec in aliqua sui parte uicitas sub ipsius et prelatorum in ipsa littera nominatorum ueris & saluis sigillis in hec uerba, Mag-

med bläck skrifvet: "Cum originali concordare vidi J. P."(eringsköld), af hvars hand stafningen är rättad på några ställen.

NUS &c. *Se föregående N:o 757.* Jn Cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud mansionem nostram tunum in aker Anno domini Millesimo CC°XC° Nono decimo septimo kal. Apprilis.

Sigillet, något skadadt, finnes å en ur brefvet klippt remsa.

1270. 1299 d. 18 Mars. Lateran.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Ärke-Biskopen Ysarn, med befallning att förklara det af Konung Erik i Danmark med sin slägtinge Ingeborg, Svenska Konungen Birgers syster, ingångna giftermål lagligt.

F. 1: 354. An. 5. Ep. 159.

Bonifacius VIII ad preces Erici Regis Datie Isarno Cappellano suo committit, ut matrimonium a Rege initum cum Sorore Birgeri Regis Svetie in 4:o consanguinitatis gradu, apostolica dispensatione legitimari reddat.

BONIFATIUS &c. *Dilecto filio Ysarno Archiepiscopo Carcassonensi Capellano Nostro Salutem* &c.

Licet Matrimonii contractum in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu Sacri Canones interdicant, consuevit tamen interdum Sedes Apostolica super hoc devotorum, et maxime personarum sublimium inducta precibus dispensare. Petitio quidem Erici Illustris Regis Datie nobis exhibita continebat, quod cum olim post mortem clare mem. Erigi Regis Datie Patris sui per potentiam, et malitiam inimicorum eius Regnum oppressum foret multipliciter, et collapsum, Rex pro tuitione, ac defensione sua et dicti Regni carissima in Christo filia Ingeburgh Sorore Carissimi in Christo filii nostri Birgeri Regis Svetie Illustris, de cuius presidio propter hoc plurimum confidebat, matrimonium per verba de presenti contraxit, ac etiam consumavit, et iam per plures annos cohabitavit eidem. Verum cum ipse Ericus ac dicta Ingeburgh quarto consanguinitatis gradu ad invicem se contingant, et ex eorum separatione, si fieret, maxima scandala, hodia, et guerre possent de facili exoriri, fuit Nobis pro parte humiliter supplicatum, ut providere ipsis super hoc de dispensationis gratia misericorditer digraremur. Cum igitur te ad dictum Regem Datie, ac ad partes illas pro certis negotiis duxerimus destinandum, discretioni tue, de qua fiduciam gerimus in Domino pleniorem dispensandi auctoritate nostra cum eisdem Erico Rege, et Ingeburgh postquam idem Rex Ericus ab excommunicationis sententia, qua propter captionem Ven. Fratis nostri I. Archiepiscopi Lunden. per eum, vel Officiales suos factas noscitur alligatus iuxta commissionem per alias nostras litteras tibi factam per te rite fuerit absolutus, ut in huius modi matrimonio licite remanere valeant, prolem etiam suscep-

tam, vel suscipiendam ex eis ex matrimonio supradicto nuntiandi legitimam, impedimento consanguinitatis huius modi non obstante plenam, et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Laterani XV. Kal. Aprilis Pontif. nostri Anno Quinto.

1271. 1299 d. 25 Mars. Paris.

Offentligt intyg ifrån Paris om den testamentariska anordning, som Kaniken Hemming från Upsala derstädes gjort, af sin qvarlåtenskap.

A. 7. a. 1. 31.

Vniuersis presentes Litteras inspecturis . . Officialis Curie parisiensis Salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia personaliter propter hoc constitutus dominus Hemingus Canonicus Ecclesie vpsalensis in Regno Swetie attendens & considerans nichil cercius morte & nichil incercius mortis hora, cupiens de bonis suis causa sue ultime uoluntatis disponere, testamentum suum condidit coram nobis in hunc modum. Jn primis si contingat ipsum fatis discedere vult & precipit quod Decretales ipsius que bene valent viginti sex libras parisienses vendantur, & totum precium ea rundem expendatur in edificationem minoris domus vpsalensis existentis parisiis, exceptis quatuor libris parisiensibus, in celebratione missarum ob remedium anime sue parisiis conuertendis. Omnes vero alios libros suos legat & assignat idem dominus Hemingus cuidam scolari pauperi, scilicet Andree dicto Calis diuidendos per ipsum inter se, ac quosdam alios Cognatos Hemingi memorati, qui videlicet libri sunt, Gaufredus Tancredus, summa Rolandini cum glosulis, Codex, mandagotus de eleccionibus, liber fugitiuus, Egidius de fuscare, sextus liber Decretalium, omnes Decret*ales* extrauagantes, Cronica, maritiniana, libellus de Marscalchia equorum et multi alij libelli iuris cum quibusdam septem quaternis in quibus continentur nobilissima dictamina jtem in vno volumine Theorica planetarum, Canones, tabule Toletane. Jtem Geometrica cum commento campini. Jtem ars metrica boecij jtem tres libri musice. Jtem liber quadrantis & ipse quadrans. Jtem algorismus, compotus, spera. Jtem Lucanus & omnes virgiliani. Jtem super oraciones scripta, Methaphisica, liber phisicorum. Jtem mappa mundi. Jtem tria cornua bubalina. Jtem quinque ciphi de nobilissima materia noui. Jtem vult quod prefatus andreas, habeat & percipiat omnes libros suos in swecia tam naturales, quam logicales & gramaticales, recipiendo ipsos a duobus Rectoribus scolarum vpsalie quorum vterque uocatur Nicolaus. Jtem omnia vestimenta sua parisiis silicet tabardum suum

fourratum de varijs pellibus & supertunicale, cum Gardetorso, & Tunica totum de uno panno. Jtem supertunicale fourratum de cendallo viridi. Tria caputia, vnum tapetum varij coloris. vnam culcitram albam, vnum par bonorum lintheaminum vnam cistam siue archam in qua sunt res supradicte. Jtem quatuor manutergia tam de serico, quam de lino. Jtem in Regno Swecie in terra Natiuitatis sue, silicet in ølandia legat & confert iure testamentario dimidietatem omnium bonorum suorum tam mobilium, quam immobilium duabus filiabus fratrum dicti hemingi silicet filiabus Petri & Hulmstani, Et Reliqua medietas succedat tribus suis fratribus viuis. De omnibus alijs bonis spectantibus ad prebendam suam, vult quod dominus archiepiscopus vpsalensis ordinet cum futuro successore suo, si ipsum .H. decedere contingat prout sibi videbitur expedire. Hoc saluo & excepto quod de molendinis in Huseby Lagheredhi, que per industriam suam edificata fuerunt, soluatur ad fabricam ecclesie vpsalensis annis singulis vna marcha denar. monete Sweuice, quia hoc propter deum se asserit vouisse & promisisse. Et ad premissa exequenda suos fecit, & constituit Executores dominum Hermannum Canonicum Lincopensem, et Andream dictum Calis antedictum. Jn quorum omnium testimonium sigillum Curie Parisiensis ad petitionem iamdicti Testatoris litteris presentibus duximus apponendum. Datum anno dominj. M°. CC°. Nonagesimo nono die Mercurij proxima ante Mediam Quadragesimam. Benedictus de Londis.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1272. 1299 d. 27 Mars.

Thomas Johanssons Intyg, att den jord i Sverige, som hans slägtinge Ragnfrid sålt till Ärke-Biskopen och Dom-Prosten i Upsala, var hennes dels arfvegods och dels morgongåfvogods, samt blifvit med hans och dess Frus tillstånd bortsåld.

A. 6. a. 2. 47.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis Thomas Johanson Salutem in domino sempiternam. Constare volumus euidenter per presentes quod terram quam domina Rangfrid consobrina nostra in partibus swecie vendidit venerabili domino .N. archiepiscopo ubsulensi et domino preposito andree eiusdem ecclesie. nam predictam terram post mortem dilecti filii sui andree. hereditauit pars illius terre erat iam dicte domine hindradaxsgefh & cum consensu nostro et uxoris nostre katherine . . eadem empcio

empcio promissa est. preterea volumus ut a nobis & ab heredibus nostris sit firmum & ratum Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum anno domini M°. CC°. XCIII°. .IX°. sexta feria post benedicti abbatis.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1273. 1299 d. 29 Apr.

Johannes Knutsons Bref, med tillkännagifvande, att han afstått gods i Wreta till Skenninge Nunnekloster, i utbyte mot Möhambra.

A. 3. s. 2. 4.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit Johannes Knutson salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, me commutacionem quandam legalem cum festom & køpom fecisse cum religiosis & honestis dominabus, sororibus, J, priorissa totoque conuentu sororum ordinis fratrum predicatorum in skiæningia, accipiendo ab ipsis tres attungos terre in møhambre cum omnibus aliis, que dicte sorores in uilla prefata & sibi adiacentibus possederunt & dimittendo eis vnum attungum & duas partes attungi terre in wretom cum omnibus que ibidem & in adiacentibus sibi villis possedi usque diem commutacionis predicte Jn cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum, Actum æno domini M° CC°, XCIX°. III°. kal. Maij.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1274. 1299 d. 3 Maj.

Johannes Knutssons intyg rörande de lägenheteter, som tillhörde hans gård i Wreta, förr än densamma till Skenninge Nunnekloster bortbyttes.

A. 3. s. 2. 3.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Johannes Knutson, Salutem in domino Notum facio quod subscripta pertinebant ad curiam meam in wretom antequam sorores de skiæningia ipsam de me habuerunt, videlicet vnus attungus & due partes attungi terre per totam villam absque omni diminucione dicta amnam, Juxta pomerium domini arnulphi vnus ager dictus flat, De bægo bose vna area dicta tompt Duo agri huar i sino giærpeno in hærræ arnolfs intæct in gyrgestorp vna area dicta tompt

jn gøtærboælunde dimidius attungus in bondælutenom. Jn cuius rei testimonium, sigillum meum duxi presentibus apponendum Datum æno domini M,° CC° XC° IX° in inuencione sancte crucis.

Sigillet på en ur brefvet klippt remsa mindre tydligt.

1275. 1299 d. 25 Juni.

Prestmannen Genjuts i Fryeled testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

A. 3, x. 1.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen Ego Geniutus sacerdos de frøale considerans humane fragilitatis miseriam . . . . . corporis destitutus animj tamen compos, testamentum meum disposui in hunc modum, Jn primis domino abbati & conuentuj Nouewallis apud quos eligo sepulturam viginti quatuor marchas denariorum confero ob remissionem meorum peccaminum pro quibus denariis, mansionem meam in sioaryth inpignoraui taliter, quod si fratres mej eam infra annum redimere voluerint pro diuersis rebus redimant marcharum tamen numero obseruato, Jtem de bonis meis in fundo ecclesie manentibus ad infirmitorium predictorum monachorum confero lectum meum suis coopertoriis preparatum, Jtem domino abbati confero specialiter equm meum, Domino, Giurdonj vnam marcham & fratri boecio monacho dimidiam marcham, Gøtoni fratri meo vnum porcum Ecclesie lincopensi, duas marchas, Ecclesie Topryth dimidiam marcham, Sacerdoti ibidem brunaticum capucium meum Sacerdoti de Haxsiohylto .III. oras Sacerdoti de Gellurÿth III oras vicario in Rythaholm III. oras Sacerdoti de tando. III oras. Sacerdoti de ouaxthorp III oras. Sacerdoti de Wernamo similiter, vicario ibidem .III. oras, Sacerdoti de Hangor .III. oras. Sacerdoti de Kærithum .III. oras. Sacerdoti de Kepsio .III. oras. Sacerdoti de Aker, III. oras, Sacerdoti de Bothengsthorp. III oras. Jtem fundum meum quod wlgo Hiwthbol appellatur, & vnum pratum cum pertinenciis suis in frøale Ecclesie frøale ad edificacionem confero iure perpetuo possidenda. (Jnsuper eidem ecclesie confero vnam vaccam cuius terciam partem prius habuit & possedit, *) Jtem willice mee Helgho & filie ipsius Jngigerthdi. quatuor solidos annone, sex oues, vnum fulcrum, & capam meam, Gyridi cognate mee vnum solidum annone & duas oues, Gytho sorori ipsius, similiter, Jtem sororî mee Aron, bronaticam tunicam meam Laurencio, Thorgotho, & hemolpho fratribus meis maiorem caldariam meam, Giurdonj cognato meo, vnum, Pecus, Jngigerdi sorori eius vnum coopertorium, kristine *thor*donis filie confero quatuor marchas Jtem Laurencio fratri meo con-

*) Hvad i detta bref blifvit inom ( ) inneslutet, är i originalet öfverstruket.

fero vnam ollam, (Jtem paruulo meo laurencio confero VI oras quas tenetur mihi Laurencius habramsón,) Jtem sacerdoti de byarum .III. oras, Jtem paruulis meis laurencio wlphonj, & katerine confero omnes res meas quas habet hemolphus frater meus in willicacione, confero inter se legaliter diuidendas, Jtem de fundo ecclesie eisdem paruulis duas oras annone & duos boues meos meliores similiter inter se omnia diuidenda, huic disposicioni siue donacionj presentes affuerunt Dominus abbas Nouewallis cum duobus monachis suis & frater meus Gøto, eciam iacobus de Horghum, Jn quorum omnium euidenciam & irreuocabilem firmitatem, sigillum dicti domini abbatis presentibus est appensum, Actum anno domini M°,CC°,XC°,IX°, in crastino sancti Johannis baptiste.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan. Brefvet skadadt af fugt.

1276. 1299 d. 2 Juli.

Konung Birgers stadfästelse på det af Biskopen i Skara Brynolf, rörande ersättning till Ragnwald Mule, den 13 Febr. d. å. gifna bref.

A. 6. a. 2. 27.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium notum facimus vniuersis quod nos litteras reuerendi patris, Domini Brỳniulphi dei gracia Episcopi scarensis, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, vidimus in hec verba, Omnibus &c. *Se föregående N:o* 1268. Nos igitur huiusmodi recompensacionem, ordinacionem, et eorundem bonorum assignacionem tam legittime factam per presentes auctoritate regia confirmamus volentes perpetuo et irreuocabiliter obseruari, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dilecti fratris nostri Domini Erici ducis et omnium consiliariorum nostrorum presentibus est appensum, Datum et actum anno domini, M°,CC°,XC°,IX°, sexto Nonas Julij.

Sigillen: 1, 3, 7 föga skadade, 2, 4—6, 8, borta, 9 Fullständigt, 10—13 något skadade, alla hängande på röda silkessnodder.

1277. 1299 d. 5 Juli. Nydala.

Abbotens i Nydala Bref, med tillkännagifvande, att han, emot en del i Hisinge, och ett bol i Fryeled samt 20 mark penningar, i utbyte afstått klostrets gods i Lemnhult till Carl Ragnhildsson.

A. 3. k. 1.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Frater, G, dictus abbas Noue vallis Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus

euidenter quod nos cum discreto viro Karolo Raghnild*is* filio concambium terrarum fecimus, accipiendo ab ipso partem suam de Hisingi, cum parte sua quam habuit in frøale que dicitur vnum bol. dantes eidem pro hoc, predium nostrum in Limandahult cum omnibus eidem predio iam pertinentibus, ita tamen quod idem Karolus viginti marchas den. addendas concambio nobis soluere teneatur, Jn cuius rei testimonium nos & dictus Karolus sigilla nostra huic cartule duximus apponenda, Actum in Noua walle anno domini M°,CC°,XC°,IX° in dominica qua historia deus omnium, inchoatur.

Sigillet, på en ur brefvet klippt remsa, mycket skadadt.

1278. 1299 d. 16 Juli. Ringshult.

Lagmannen i Wärend Nils Sigaidssons Testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

A. 4.

Jn nomine patris et filii & spiritus sancti amen. Ego nicolaus sigredæsun Legifer wærendie in infirmitate graui constitutus, sciensque morte nichil esse cercius et nichil incercius hora mortis. Jdeoque mortalibus nichil esse utilius, quam diem extremum misericordie operibus preuenire. testamentum meum condo & de rebus meis ordino in hunc modum. Monasterio sanctimonialium in askaby aput quas eligo sepulturam iuxta dilectam quondam uxorem meam lego viginti marchas puri argenti. quarum ordinacionem exequtoribus testamenti mei committo, sine quibus aliquid de eisdem viginti marchis ordinandi seu faciendi, abbatissa uel aliquis de monasterio nullam habeat facultatem. Ecclesie lincopensi curiam meam lincopie situatam, Ecclesie in vexio ad fabricam ipsius curiam meam Byrsyas, cum omnibus bonis que in ipsa continentur ad presens, tali condicione quod bondones qui seruant decimas ecclesie dicte, habeant potestatem omnes redditus, ex ea annis singulis prouenientes, colligendi, seruandi, & pro utilitate eiusdem prout ipsis placuerit, dispensandi, Quantum autem possum inhibeo, ne aliquis episcopus, canonicus, uel prepositus dictos bondones impediat, quin libere ualeant, prefatos redditus, recipere, tractare, & pro ipsius ecclesie utilitatibus ordinare, alioquin si secus facere attemptauerint, extunc heredes mei habeant liberam facultatem memoratam curiam cum omnibus bonis ipsius ad se reuocandi, & sub suum dominium redigendi. Super quo eciam ipsis ante mortem meam litteras apertas contuli sigilli mei munimine roboratas, Ecclesie in nidaros tres marchas puri argenti si ante mortem meam beati Olaui limina non potuero uisitare. Cuilibet claustro in dyocesi lincopensi vnam

marcham puri argenti, & cuilibet hospitali in eadem dyocesi vnam marcham puri argenti, hac condicione adiecta, quod exequtores testamenti mei eas distrahant & uestes & calceos inde emant, & pauperibus infirmis in hospitalibus existentibus distribuant, prout eis nouerint expedire, Fratribus predicatoribus in sigtunia unam marcham puri argenti. Fratribus minoribus in stocholm unam marcham puri argenti, Ecclesie in garzby duas marchas puri argenti pro uno calice faciendo, & unam paruam crucem de auro, quam de terra sancta mecum detuli, pro eodem calice deaurando, Ecclesie thorpom tres marchas den., Jtem pro solucione crucis mee, deputo viginti marchas puri argenti in subsidium terre sancte, quas exequtores testamenti mej, quando & per quos, deus eis inspirauerit, illuc mittant, Jtem omnibus seruis meis et ancillis confero libertatem, Jtem quadraginta marchas den. confero pauperibus, per manus exequtorum testamenti mei inter eos prout ipsis visum fuerit diuidendas, Ceterum ut sciatur, vnde supradicta omnia persoluantur, notum facio quod michi tenetur soluere Nicholaus swenikosun vna hora argenti minus quam sexdecim marchas puri argenti. Gødica dictus Junge ciuis sudærcopensis sex marchas & vnam oram puri argenti, Thorkillus ærringislæsun dictus dyacn duodecim marchas puri argenti, Sigmundus ærringislæsun quatuor marchas puri argenti. Sweno ømundæsun undecim marchas & duas oràs den. Dominus, th, knutsun domini regis marscalcus duas marchas ænone & duo talenta naualia lardi & totidem butiri, Monachi de noua ualle dimidiam marcham siliginis, & idcirco uolo ut per exequtores testamenti mei, primo omnia debita mea supradicta preter illam dimidiam marcham siliginis, quam michi tenentur monachi de noua ualle & quam ex nunc eis relaxo, exigantur & postea de ipsis testamentum meum quantum solui poterit, persoluatur, Jtem ne propter debita que ego aliis teneor anima mea periculum paciatur, similiter notum facio quod ego reddere teneor ecclesie lincopensi decem marchas den. Gødikino dicto Jungæ ciui sudærcopensi duabus oris minus quam sex marchas den. Hinzemanno dicto pægogha sex marchas den., Gerardo dicto vlf ciui wisbycensi duas marchas & duas oras den. gutniskæ, Heredibus hermanni dicti curæ quondam sudærcopie commorantis, de antiquo debito septem marchas den., si dicti heredes dictum debitum exegerint & recognoscere uoluerint, illud se iusto tytulo habituros, Jtem gøstauo karlsun vnum talentum nauale cupri pro octo marchis den. & aliud talentum cupri repositum est sudærcopie aput nicolaum kniuæsmid, quod ibi recipiat quando placet, Jtem uolo quod dicti executores testamenti mei potestatem habeant plenariam, cum nicholao guduastæsun super septem lestis ænone uersus lybech delatis computandi, & precium pro eisdem receptum exigendi, recipiendi, & ad libitum ordinandi, Huius testamenti mei exequtores constituo, uenerabiles & discretos viros, Dominum epi-

scopum lincopensem dompnum wimundum prepositum lincopensem Dominum Johannem cnutsun Dominum hulmwidum elefsun & thorkillum ærringislæsun dictum dyacn. quorum eciam sigillis, cum sigillo domini mei regis, domini th, knutsun marscalki, domini suantapulc & meo, ipsum postulo roborari. Actum aput ringshult anno domini Millesimo, ducentecimo, Nonagesimo Nono Decimoseptimo Kalendas Augustj.

Sigillen N:o 1, 4, 5, 7, 8, bortfallna, N:o 2, 3, 6, 9 mer och mindre skadade.

1279. 1299 d. 20 Aug.

Kaniken Christians i Lund testamentariska anordning om dess qvarlåtenskap.

B. 1: 233.

Testamentum domini cristiarni canonici super vna curiâ in parochia beati pauli pro anniuersario suo.

Jn nomine sancte & indiuidue trinitatis patris & filii & spiritus sancti Amen. Ego Cristiarnus presbiter canonicus lundensis mente & corpore sanus volens a deo de bonis mihi collatis. licet non digne tamen deuote deo & humîliter famulari Nichil enim habet homo vnde digne suo possit respondere creatori Ad anniuersarium meum singulis annis tenendum. do lego & scoto capitulo lundensis ecclesie curiam meam quam habeo lundis in parochia beati pauli iuxta cimiterium. jta quod fructus siue pensiones de eadem curia prouenientes. annis singulis taliter diuidantur primo videlicet deducatur dimidia marca ad offerendum in die anniuersarii mei Canonicis residentibus & non residentibus. qui vigiliis & misse interfuerint detur dimidia marca denar. jtem, ad pitanciam canonicorum dimidia marca denar. jtem vicariis qui similiter misse & vigiliis interfuerint. due ore denar. Pauperibus scolarjbus chorum frequentantibus II ore denar. jtem fratribus predicatoribus. II ore denar. ffratribus minoribus dimidia marca denar. jtem ad diuidendum inter pauperes publice mendicantes. dimidia marca denar. erogetur. totum vero residuum quod de redditibus dicte curie poterit prouenire. cedat fabrice ecclesie beati laurencij & mense canonicorum inter se equaliter diuidendum jta tamen quod procuratores bonorum dicte mense canonicorum sub quorum ordinacione volo dictam curiam post dies meos in perpetuum permanere debent reparacioni dicte curie prouidere. Concedo eciam & volo si capitulum lundense viderit & prospiciat expedire. de consensu domini archiepiscopi. predicta curia vendatur & pro aliis bonis commutetur vnde

maiores vel equales. poterint prouenire jtem confero fabrice ecclesie beati laurencij sex marcas denar. apud quam intencionis mee est sepeliri si deus dederit ante mortem meam interdictum relaxari Sed si nunc durante interdicto me mori contingat. apud minores eligo sepulturam quibus tunc sex marcas denar. confero. & fratribus duas marcas ad eorum recreacionem et ecclesie beati laurencij II marcas denar. jtem confero & lego monasterio de heriuado II marcas denar. Monasterio omnium sanctorum lundis II marcas denar. Monasterio dalby II marcas denar. Monasterio in asilo II marcas denar. jtem cuilibet monasterio premonstratensium in scania dimidiam marcam denar. jtem fratribus predicatoribus lundis II marcas denar. jtem fratribus predicatoribus in halmstathe et hælsinborgh cuilibet claustro eorum marcam denar. fratri swenoni *cin*copa socio meo condam dimidiam marcam denar. jtem fratribus minoribus in ystath & træleborgh cuilibet claustro eorum marcam denar. jtem claustro monialium lundis & claustro monialium in byrthinge. cuilibet marcam denar. jtem claustro sanctimonialium in bosø marcam denar. jtem priorisse & monialibus ibidem ad suam collacionem marcam denar. jtem hospitali sancti spiritus lundis II oras denar. Cuilibet hospitali leprosorum in scania. II oras denar. jtem confero ecclesie beate virginis in hælsingborgh curiam meam quam emi & construxi funditus. sub hac forma II oras det fabrice & II oras pauperibus et teneat anniuersarium meum annuatim sed si persona vel vicarius in dicta curia residere noluerit. tutores ecclesie ordinacionem predicte curie habeant cum condicionibus supradictis jtem lego ecclesie withingsløff II marcas denar. jtem ecclesie rethersløff. marcam denar. jtem ecclesie beati pauli lundis. marcam denar. jtem cuilibet ecclesie parrochiali ibidem oram denar. sacerdotibus earum cuilibet tantum jtem ministris ecclesiarum pro pulsacione cessante interdicto cuilibet dimidiam oram denar. Constituo exequtores testamenti mei dominos. jon litle. magistrum laurencium. aslonem. concanonicos meos *) vt ipsi de rebus meis ordinent bene et honeste. sicut anime mee viderint expedire Ad que soluenda. deputo decretales meas proprias. & denarios quos mihi tenetur dominus johannes hwith ripensis canonicus pro decreto inpignerato & pro aliis Si quis autem voluntatem meam hanc vltimam infringere vel contraire presumpserit. causa odii vel amoris iram dei omnipotentis & sanctorum apostolorum petri & pauli se nouerit incursurum Jn cuius rei testimonium presentem litteram. sigillis capituli lundensis abbatis monasterii omnium sanctorum. prioris ordinis predicatorum gardiani ordinis fratrum minorum & predictorum exsequtorum vna cum meo proprio facio communiri anno dominj MCCXCIX tercio decimo kalend. septembris.

*) Här följer ett litet tomt rum i Codex.

1280. 1299 d. 22 Aug. *).

Riksmarsken Thorkel Knutssons intyg, att Björn Nilsson och Ambjörn Sixtensson, hvilka deras slägtinge Orestes på sitt yttersta anmodat, att välja honom lägerstad och om begrafningen draga försorg, vitsordat, att denna begrafning med vederbörlig heder, i Konungens närvaro, blifvit förättad i Minoriterklostret i Stockholm, utan någon af Ordens medlemmar derom gjord intalan.

A. 7. a. 1: 34.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Thÿrgillus kanuti filius Jllustris domini Birgeri dei gracia, sweorum, Gothorumque regis marskalcus, salutem in domino. Notum facimus omnibus & singulis quorum interierit. Quod in presencia nostra constituti Nobiles domini, Bero Nicholai filius, & Abernus sixstani filius, confessi sunt, quod dilectus consanguineus ipsorum bone memorie Dominus Orestes, in extremis agens sanus mente. licet eger corpore, vltimam uoluntatem suam quoad locum sepulture, & ordinacionem funeralium ipsis plenarie commisit. presentibus testibus infrascriptis. videlicet domino karulo thÿdisca [1]), Saxone prefecto castri Stokholmensis, & fæia [2]), & aliis fidedignis qui parati sunt hoc probare prout tenentur cum fuerint requisiti. vnde racione dicte commissionis corpus eiusdem domini orestis, ad fratres minores in stokholm, sine ipsorum fratrum suggestione vel qualibet persuasione apportari fecerunt. ac ibidem Domino nostro rege presente sepulture, honorifice tradiderunt, Jn cuius rei testimonium presentes litteras, sigillo [3]) nostro fecimus communiri vna cum sigillis [4]) nobilium predictorum, Datum anno domini, M°, CC°, XC°, IX°, Jn octaua assumpcionis uirginis gloriose.

Sigillen N:o 1, 3, 4 skadade; 2, 5, 6 bortfallna.

1281. 1299 d. 23 Aug. Gåseholm.

Anunds af Steninge Enkefru, Catharinas intyg, att den kyrkotionde Ärkebiskopen i Upsala henne på lifstiden upplåtit, för det dels genom byte, dels mot betalning och dels i gåfva till Upsala Domkyrka upplåtna och genom laga fasta redan afhända godset i Amnö, blifvit henne af Ärkebiskopens blotta nåd, utan någon hennes rättighet, förunnad, hvarföre hennes arfvingar följaktligen på den samma icke kunde ega något anspråk.

A. 3. a. 4.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Katerina relicta Anundi de stenungum, salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo,

*) Finnes äfven af den 11 Nov. 1299 med här upptagne olikheter i stafsättet; [1]) Thÿdska. [2]) faia. [3]) sÿgillo. [4]) sÿgillis.

volo, me curiam meam in ampnø cui subiacent Duodecim ore terre in eadem villa, cum domibus & alijs pertinencijs suis, pro parte maiori per prediorum concambium, & permutacionem, partim per precij recepcionem, partim vero intuitu deuocionis & retribucionis diuine, ex voluntate & consensu expresso, dilecti filij mei & heredis olaui, Ecclesie vpsalensi dimisisse, & assignasse perpetuo possidendam, Et in premissorum robur & firmitatem, ac euidenciam pleniorem, per laurencium arnberni filium, ad hoc ex parte mea specialiter destinatum, feci dicto domino vpsalensi & eius ecclesie super dicta curia, firmarios, wlgariter dictos fastar in placito communi, apud øbolund, in parochia vilaberghum habito, legaliter assignari, Sed quia Reuerendus pater dominus Nicolaus diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis, sui gracia, fauore me prosequi volens speciali, ex voluntate & consensu capituli Ecclesie sue vpsalensis expresso, prout per litteras super hoc confectas euidenter apparet, fructus decimarum suarum de parochia lasza proueniencium, michi quoad vitam meam percipiendos liberaliter & integraliter assignauit, Ne heredes mei, quicumque michi post vitam meam, in bonis meis legittime succedentes, sibi Jus aliquod quoquo modo vendicare valeant, in decimis supradictis, per presentes recognosco me ex mera gracia domini archiepiscopi supradicti, & non alio quovis jure vel tytulo, decimas percipere supradictas, Jn premissorum igitur omnium euidens testimonium, vna cum sigillo meo, sigillum Religiosi viri fratris jsraelis prioris sictoniensis, ad meam peticionem & instanciam presentibus est appensum, datum apud gasaholm anno domini Millesimo. CC°. XC°. IX°, decimo kalend. septembris.

Bägge Sigillen något skadade.

1282. 1299 d. 27 Aug.

Lars Bosbergs Gåfvobref på en gård med 1 markland jord i Qvadowi till Fogdö kloster.

A. 3. k.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Laurencius bobyærgh, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus vniuersis nos curiam nostram propriam in quadowi videlicet illam que est ad meridiem, cum vna marca terre & omnibus attinencijs mobilibus & immobilibus, quanta attinent vni marce terre in hac villa vel fundo, claustro sanctimonialium, quod mons beate virginis dicitur, in fodø, vbi filiam nostram religioni tradimus contulisse, (reddendo eandem marcam terre filijs meis

& filie pro sex oris terre in*) hialmsætrom & duabus oris terre in fitiu, quas de matrimonio recepimus eorundem. Jn cuius rei noticiam sigillum nostrum, vna cum sigillo domini algoti jon son presentibus est appensum. Datum anno domini, M°, CC°, XC°, IX°, sexto kalendas septembris.

Bägge Sigillen skadade.

1283. 1299 d. 6 Sept. Telge.

Biskopen Lars's i Linköping och Magni i Åbo aflatsbref för Predikarebrödernas kyrka i Sigtuna.

A. 3. c. 1.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Laurencius lincopensis & Magnus aboensis dej gracia Episcopi, Salutem in domino sempiternam, Licet is &c. *såsom N:o* 435, *till* apciores, vt igitur ecclesia Religiosorum virorum fratrum predicatorum sictonie jn honore beate marie virginis dedicata congruis honoribus frequentetur. Omnibus vere penitentibus & confessis qui in die anniuersario dedicacionis dicte Ecclesie, seu per eiusdem sollempnitatis octavas dictam Ecclesiam cum deuocione & Reuerencia visitauerint, quilibet nostrum .XL. dies, dummodo Reuerendj patris dominj nostri metropolitanj ad hoc consensus accesserit, de jniunctis sibi penitenciis annis singulis**) jn domino misericorditer Relaxamus, Nos autem Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis locj dictorum fratrum dyocesanus, predictas fratrum nostrorum jndulgencias auctoritate qua fungimur Ratificamus & confirmamus, Jn Cuius Rei euidenciam sigilla nostra duximus presentibus apponenda, Datum apud telgis in concilio nostro***) prouincialj. anno dominj. Millesimo ducentecimo. XC°. IX. octauo jdus septembris.

Sigillen N:o 1, 2 bortfallna, N:o 3 skadadt.

1284. 1299 d. 6 Sept. Telge.

Biskoparne i Skara och Åbo Brynolfs och Magni aflatsbref för Predikarebrödernas kyrka i Sigtuna.

A. 3. c. 2.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Brynjulphus skarensis, Magnus aboensis dei gracia Episcopi &c *lika med foregående*, *till* marie virginis, &

*) Detta är i originalet genom radering utplånadt. **) annis singulis saknas i N:o 1284, och är utskrapadt i N:o 1285. ***) nostro saknas i N:o 1284 och 1285.

monasterium eorundam magnis sumptibus construatur, ad quorum complecionem & consumpmacionem fratrum dicti loci sine liberali fidelium subuencione proprie non suppetant facultates, Omnibus uere penitentibus & confessis qui ad edificium ecclesie predicte seu eciam monasterij manum porrexerint adiutricem quilibet nostrum XL dies, Dummodo Reuerendi &c. *lika med föregående N:o* 1283, *ända till slut.*

Alla 3 Sigillen mycket skadade.

1285. 1299 d. 6 Sept. Telge.

Biskoparne i Linköping och Strengnäs Lars's och Ysars likalydande aflatsbref.

A. 3. c. 3.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, LAURENCIUS Lyncopensis, YSARUS strengianensis dej gracia Episcopi &c *lika med nästföregående N:o* 1284, *ända till slut.*

Alla 3 Sigillen bortfallna.

1286. 1299. d. 6 Sept. Telge.

Biskoparne i Skara och Strengnäs Brynolfs och Ysars likalydande aflatsbref.

A. 3. c. 4.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, BRYNIULPHUS. skarensis, & YSARUS strengianensis dei gracia Episcopi, &c. *lika med N:o* 1283, *ända till slut.*

Sigillet N:o 1 bortfallet, N:o 2, 3, skadade.

1287. 1290 d. 30 Sept. Skenninge.

Bengt Petrssons Salubref på Haoahult, Botildaboda och Mykleboda i Wärend, hvilka Peter Öjarsson köpt och betalt med 22 marker silfver, sedan de förut, enligt bruket derstädes, varit slägten hembjudna.

J. 6. . 240. v.

Omnibus præsentes literas visuris uel audituris, BENEDICTUS PÆTHERSSON, salutem in Domino. Notum facio per præsentes, me bona quædam in siluis wärendiæ, in provincia opwidinga häradh dicta, videlicet, Haoähult, Botildaboda et Myklähult, cum siluis, piscationibus, pratis, agris, et omnibus alijs eisdem adiacentibus, quæ hactenus ibi possedi, et quos omnibus propinquis, secundum leges legiferatus wärendie, in Decem provincijs emen-

da exhibui, et pro quibus totum prædium, quod in Rosslöso habui, Dilectæ vxori meæ legaliter cum festum et kiöpum contuli, de beneplacito eiusdem ac filij sui, Haquini dicti Lämä, Discreto viro Petro Öyarsson, pro viginti duabus marchis, argenti puri, vendidisse. Quod supradicti propinqui emere noluerint. Et insuper me totum argentum recepisse. Testes huius venditionis qui præsentes fuerunt sunt hi Dominus Thuco Ionsson, Dominus K. plebanus de Linderäss, frater P. prior Skäningensis, Ciues Skäningenses, Vbsalensis, Esbernus Hänsa päho, peregrinus, et plures alij fidedigni. Ad cuius evidentiam et firmitatem pleniorem, sigillum Domini B. Regis Sveorum illustrissimj, et Domini Th. Knutzssons, Marscalchj eiusdem. necnon et sigilla, Domini Thuconis Ionssons, Fratris prioris P. Skäningensis, meum, Dilectæ vxoris meæ, Ingeburgis, et Haquini Lämä, filij sui præsentibus sunt appensa. Datum Skäningie. Anno Domini, M. CC. XC. IX. pridie Calendas Octobris.

Af sigillen hafva, enligt ritningarne, N:o 1, 2, 4, 6 varit borta, N:o 3, 5, 7 oskadade.

1288. 1299 d. 27 Oct. Westerås.

Westerås Domkapitels Fullmäkt för kanikerne Johan och Tideman, att såsom dess fullmägtige ombud hos Erkebiskopen i Upsala begära stadfästelse på Domkapitlets val af Domprosten Håkan till Biskop.

A. 2.

Vniuersis presentes Litteras inspecturis Capitulum ecclesie Arosiensis salutem in christo sempiternam. Nouerint vniuersi Quod nos discretos viros dominos Johannem et Tidhemannum concanonicos nostros ordinamus facimus et constituimus procuratores nostros et nuncios speciales ad comparendum coram reuerendo patre nostro et domino, Nicolao archiepiscopo vpsalensi et ad petendum confirmacionem eleccionis in nostra ecclesia nuper facte de uiro discreto domino Haquino preposito nostro, dantes eisdem procuratoribus plenam et liberam potestatem eleccionis dicte negocium prosequendi, ac defendendi, in animas nostras si necesse fuerit iurandi, et alia omnia et singula faciendi que veri et legittimi procuratores facere debent et possunt et que circa predicta necessaria fuerint ac eciam oportuna, promittentes nos ratum et gratum habituros quidquid per dictos procuratores nostros factum fuerit in premissis. Jn cuius rei euidenciam presentibus sigillum nostri capituli duximus apponendum. Actum anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo, Nono, Jn vigilia apostolorum symonis et Jude.

Sigillet bortfallet.

1289. 1299 d. 4 Nov. Calmar.

Prestmannen Henrics i Runsten gåfvobref på Hörninge å Öland, med dertill hörande lösegendom, utom åboens halfa andel i lösegendomen.

A. 3. b. 1.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum cernentibus, Henricus sacerdos de runæsten, salutem in virginis filio benedicto, Quoniam que racionabiliter acta sunt frequenter in dubium reuocantur & raro perueniunt ad puram noticiam posterorum, nisi litterarum testimonio pateat succedentibus quod aliter mors & obliuio aboleret, frequenter eciam prauitas & inuidia peruersorum, Jgitur constare volo omnibus euidenter me in honorem omnipotentis dei & beate virginis marie in meorum remissionem peccaminum conuentui sanctimonialium in sco, predia mea in Hyrninge cum domibus meis ibidem sitis nec non & rebus aliis mobilibus & immobilibus excepta tamen parte villici cui omnia mobilia ad dimidietatem succedunt, contulisse legaliter & assignasse, sed ne aliqua calumpnia super dicta donacione in posterum possit suboriri, presentes litteras cum sigillis reuerendorum dominorum videlicet domini thoriri kætilli, thorstani prepositi, prioris kalmarie vna cum sigillo meo proprio duxi roborandas, Datum kalmarie anno domini M° CC° XC° nono, in die sanctorum vitalis & agricole.

På frånsidan: supra hyringe.

Alla 4 Sigillen qvar, något skadade.

1290. 1299 d. 11 Nov.

Riks-Marsken Thorkel Knutssons förnyade intyg öfver Orestes begrafning hos Minoriterbröderne i Stockholm.

A. 7. a. 1. 28.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis Thyrgillus Kanuti filius &c. *såsom föregående N:o* 1280, *till* Datum Anno domini M°. CC°. XC°. IX. Jn festo sancti martini Episcopi et confessoris.

Sigillen: N:o 1, 2, skadade; N:o 3—5 bortfallna, remsorne till 3, 4 qvar.

1291. 1299 d. 15 Nov. Forn Sigtuna.

Margareta Göstafsdotters Gåfvobref på dess gård Norby i Nerike och en tomt, med tillhörande åbyggnader, i Calmar, hvilka, tillika med de af Benedicta Holmstens dotter donerade gods i Möre, Handbörd och Aspeland, upplåtas till underhållande af nödigt presterskap, med dess betjening, vid det af henne stiftade Nunnekloster af Predikareorden, som hon börjat anlägga på nämnde tomt i Calmar, hvartill hon erhållit Biskop Lars's i Linköping stadfästelse samt löfte om invigning af kyrkogård derstädes.

A. 3. y: 2.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Soror Margareta Gøzstaui quondam filia, salutem in domino sempiternam, Quia rite et raciona-

biliter acta sepe reuocatur in dubium et multociens a maliciis hominum impugnantur. nisi presencium prouidencia satagat rerum gestarum seriem ad noticiam deducere posterorum. Jdcirco tenore presencium notum facio quod cum venerabilis pater dominus Laurencius dei gracia lincopensis episcopus in presencia venerabilium patrum dominorum Nicolai vpsalensis archiepiscopi et aliorum suffraganeorum suorum, in concilio apud Telgis celebrato peticioni mee fauorabiliter annuens me et personas michi iunctas que mecum habitum sororum ordinis predicatorum jam assumpserant et inposterum sub eodem habitu coniungendas dimitteret cure et regimini ordinis supradicti et promiserit quod apud kalmariam in loco claustri quod in meorum remissionem peccatorum necnon & aliornm michi attinencium diuina fauente clemencia inhoaui construere. cimeterium benedicet, sine preiudicio, grauamine, et dampno domini episcopi lincopensis et ecclesie kalmarnie et parrochialis sacerdotis ibidem, necnon et alterius cuiuscunque, Ego prout ab ipso requisita fui cauere volens ne quod absit propter futuri temporis euentus varios et incertos ibidem cultum diuinum contingat aliqualiter deperire, Curiam meam in Norby in Nericia, in qua annuatim quadraginta Thynones seminantur et fundum monasterii cum omnibus edificijs in eo constructis que quingentas marchas denariorum constiterant nec non et omnia bona mobilia et inmobilia sororis benedicte de biergum filie quondam holmstani de biergum, sita in Møre, Andhbyrdia. Asbolandia, videlicet in biergum prope kalmarniam quinque oras terre, Jtem in biergum in andhbyrdia quatuordecim oras terre. Jn ysaacsgerde vnum colonum, Jn silua wlgariter dicta bøtaskogh tres colonos. Jn husaby dimidiam Marcham terre, Jn sindhrastadh decem oras terre, et duos colonos, Jn vfræhulm, sex oras terre, que iure possidet, et legaliter dicto loco et collegio sororum kalmarnie secundum leges terre deputauit de ipsius beneplacito et consensu plenario pro sustentacione vnius sacerdotis, qui ibidem diuina celebret perpetuo, et vnius clerici, et famuli ipsius assigno. proprietatem et dominium predictorum bonorum, retento duntaxat vsufructu apud sorores, ex nunc in locum transferens memoratum. Jta, quod nec ego nec sorores dicti collegii que pro tempore fuerint nec quicunque alius vllo vmquam tempore potestatem, seu facultatem habeat prefata bona permutandi, donandi, vendendi, distrahendi, seu quouis alio modo alienandi, sine dyocesani loci et eius capituli consensu et licencia speciali, ne si dictum collegium quod absit casu aliquo dissolui contingat, locus ad prophanos vsus redeat diuino cultui dedicatus, Hoc semper saluo quod redditus et prouentus durante collegio, apud sorores remaneant supradictas, nec se aliquis de eisdem prouentibus et redditibus colligendis et ordinandis intromittat, nisi ipse sorores vel quiuis alius de ipsarum mandato specialj, Jn cuius rei testimonium, sigilla domini .B. illustris re-

gis svecie, et venerabilis patris domini .N. vpsalensis archiepiscopi, et fratris Olaui prouincialis dacie. vna cum proprio presentibus sunt appensa. Datum apud antiquam sightoniam. Anno domini M° CC° Nonagesimo Nono. Dominica infra octauas beati Martini confessoris.

Sigillen: 1 borta; 2—4 skadade.

1292. 1299 d 27 Nov. Bærem.

Ärkebiskopen Nils Allessons intyg, att han emottaget 8 mark penningar af Priorn i Sigtuna Israel, för St. Petri kyrkas räkning, hvaremot en mark jord i Bildaby lemnas till nämnde kyrka.

A. 3. c. 5.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constare volumus per presentes, quod Nos Octo Marchas den. a Religioso viro fratre jsraele, priore sictoniensi recepimus in vtilitatem ecclesie beati petri sictonie cuius jdem quandocunque Rector fuerat, conuertendas, Sed quia dictas octo marchas in vsus nostros conuertimus, Nos vtilitati ecclesie predicte videlicet beati petri, & commodo rectoris eius intendere cupientes vnam oram terre in villa bildaby sub incola nostro benone sitam assignamus & appropriamus pleno jure per presentes prouentus seu redditus de dicta ora terre in posterum annis singulis prouenientes, equaliter inter personam & fabricam ipsius ecclesie debere diuidi declarantes, jn horum igitur euidens testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud Bæremi anno domini Millesimo, CC°. XC° Nono, Quinto kal. Decembris.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1293. 1299 d. 5 Dec. Upsala

Carl Gregerssons Bytesbref på gods i Walla m. fl. st., som lemnas till Ärkebiskopen Nils, emot gods i Bergby och flera ställen.

A. 6. a. 2. 30.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Karolus gregorisson, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium facio manifestum, me cum Reuerendo patre domino Nicolao diuina miseracione, archiepiscopo vpsalensi prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, videlicet quod habuit, de me, duodecim oras terre, in villa vallum parochie skieptunum, jtem in Runø parochia aker duos solidos terre cum dimidio, jtem in ipsa villa östunum vnam oram terre, jtem in bierghum parochie aker, quatuor soli-

dos terre, Pro quibus omnibus mihi & meis heredibus, dimisit vnam Marcham terre in bierghby parochie Giristum, jtem in lenum in ipsa villa, Decem solidos terre cum dimidio, jtem in somarengium parochie wixstathum Tres oras terre, quinque denariis minus, jtem in Grytobæk parochie Tensta, vnam oram terre, jn kniuestum, parochie lenum, duos solidos terre, & in Diupuwijk parochie aker, vnum solidum terre, Huius autem permutacionis fastones siue firmarij, fuerunt hij, videlicet vlpho laghmansson, johannes ingimarsson, styrbernus thorstenson, jarlerius de vestby, petrus de heslibý Gislo de goluastum, sighuardus de karlebý, Johannes de bæling, Bero de sýltum, Gregorius de bodhum, Ketilmundus de bæling, Nicolaus vicinus suus, benedictus de lyttum, Olauus de arby, Bero de Malmum, Manne de thorkalebý, haluardus, Ringvidus, haraldus de fuldrethum, Laurencius haghthorn, Bero de skutungi, sighuastus de bodhum, johannes knøs, & istorum prolocutor fuit Laurencius dictus bruun, Actum vpsalie anno domini M°. CC°. XC° Nono, jn vigilia beati Nicolai Episcopi & confessoris, Quia vero supradicta prediorum permutacio nomine vxoris mee Rangburgis facta est, vna cum sigillo Magistri andree canonici ecclesie vpsalensis, patrui dicte mee vxoris qui huic facto presens fuit & consensit, sigillum meum proprium presentibus est appensum.

Bägge sigillen bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna.

1294. 1299 d. 7 Dec. Upsala.

Sigrids, Ingewalds enkas, Salubref på 2 öreland jord i Werdedhi, hvilka varit pantsatta till Upsala Domkyrka för 12 mark penningar, men icke inom föreskrifven tid blifvit återlösta.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Sigridis relicta domini Jngiualdi de brumasteni, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volo euidenter me ab ecclesia vpsalensi Duodecim marchas den. mutuo recepisse, pro quibus obligaueram predium meum, videlicet duas oras terre, in villa wardh edhi parochie skiepthamer sitas, datis ad hec firmarijs wlgariter dictis fasta, terminis legittimis redimendas, verum quia predictum predium, terminis michi pluries ad hec datis, redimere non potui, supradictas duas oras terre, pleno jure soluo & assigno eidem ecclesie vpsalensi, dans ad hec firmarios wlgariter dictos fasta, jn communi placito vpsalie secundum terre leges & patrie consuetudinem approbatam, jnsuper vt de situacione huius predij, omnis error remoueatur, specifico duas oras terre predictas, in fine ville supradicte Wardh ethi, ad orientem juxsta predium

dium meum quod ibidem retineo esse situatas Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini. M°. CC°. Nonagesimo Nono, Jn crastino beati Nicolai episcopi & confessoris

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1295. 1299 d. 7 Dec.

Abbedissans i Wårfruberga kloster Salubref på 2 örtugland och 3 penningland jord i Skytla, hvilka aflåtas till Sko kloster, mot nöjaktig betalning.

A. 3. k.

Vniuersis presentes litteras cernentibus K de monte beate uirginis, abbatissa salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare uolumus nos cum nostri conuentus consilio duos solidos cum tribus denariis terre quos in skytla habuimus sororibus de sko pro precio condigno uendidisse transferentes in ipsas ius & dominium possidendi predictam terram, uendendi seu quoquo alio modo ordinandi uoluerint pro sue libito uoluntatis in cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum, Scriptum anno domini M° CC° nonagesimo nono in octaua beati andree.

På baksidan: supra skitzla.

Sigillet, på en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1296. 1299 d. 9 Dec. Upsala.

Folke Johanssons Bytesbref på jord i Baldingstad och Fors, som lemnas Ärkebiskop Nils och Domkyrkan i Upsala, mot jord i Linö och 20 mark penningar.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Fulcho Joanson, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, quod uenerabili patri ac domino reuerendo, Domino nicolao miseracione diuina archiepiscopo vpsalensi ac eius ecclesie, assigno dimidiam marcham terre in ballingstathum, & duas oras terre in fors in olandia, & ex nunc in ipsum & ejus ecclesiam proprietatem & plenum ius dicte terre transfero, pro qua terra habui a dicto patre tres oras terre in Linø & .XX. Marchas den. quas pro me soluit racione testamenti dilecti auunculi mei domini karoli canonici vpsalensis, jn cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum vpsalie anno domini .M°. CC°. XC. IX°, feria quarta proxima post festum beati Nicolai confessoris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1297. 1299 d. 12 Dec. Bäling.

Kaniken Andreas's Intyg, att han blott på sin lifstid fått tillåtelse af Ärkebiskopen och Domkapitlet i Upsala, att uppbära inkomsterna af ett markland jord i Säby i Danmarks socken, samt att han till nämnde kyrka gifver ett markland jord i samma by.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Andreas canonicus ecclesie vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognosco me de speciali gracia Reuerendi patris domini mei Nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis, ac honorabilium virorum dominorum concanonicorum meorum, habere & tenere quoad vitam meam vsufructum vnius marche terre in villa sæby parochie danemarkum site, jta quod vsufructus dicte marche terre pleno jure redeat post mortem meam ad ecclesiam vpsalensem, Jnsuper intuitu multorum beneficiorum que de ipsa ecclesia vpsalensi frequencius perceperam, confero & assigno fabrice eiusdem ecclesie vpsalensis vnam marcham terre, in predicta villa sæby sitam, post mortem meam pleno jure sicut nunc ipsam cum omnibus pertinencijs possideo perpetuo possidendam, retento mihi quoad uixero vsufructu predicte marche terre, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud ecclesiam bæling Anno domini Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo Nono, pridie jdus Decembris.

Sigillet skadadt.

1298. 1299 d. 13 Dec. Rackaby.

Konung Birgers Dom i en jordatvist mellan Biskop Ysar i Strengnäs och Dan Jonsson, angående egande rätten till gårdarne Tegnaby och Mundestorp.

A. 3. g. 3. 7.

Birgerus dei gracia, sueorum Gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus vniuersis quod constituti coram nobis, Reuerendus pater dominus . ÿ. . dei gracia episcopus strengenensis & dominus Dan Jonson super causa que inter eos vertebatur de duabus curijs videlicet thÿagnabÿ, & Mundisthorp, quas dominus Anundus episcopus bone memorie ecclesie strengianensi in suo contulit testamento, in venerabilem patrem dominum .B. episcopum scarensem taliter compromittere decreuerunt, quod qualitercumque ipse in eadem causa fuisse processum assereret, veritati testimonium perhibendo, hoc pro rato & firmo tenere deberent domini supradicti, Nos igitur audito testimonio eiusdem domini Episcopi scarensis, &

plenius intellecto quod eedem curie prefate ecclesie strengenensi iusto titulo pertinebant, ipsas sibi adiudicauimus pleno Jure, perpetuo possidendas, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum Rakkaby anno domini .M°. CC. XC. IX, die sancte lucie.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1299. 1299 d. 13 Dec.

Ambjörn Petersson Salubref på en qvarn i Atastum i Nerike, samt sin arfvedel i Ulfveboda, och Streckiboda, hvilka upplåtas till Erik, Decanus i Linköping, för tillsammans 60 Mark penningar.

A. a. 6. 2. 29.

Omnibus presentes litteras inspecturis, ABERNUS, PÆTARSSON salutem in domino, tenore presencium constare volo euidenter, quod quoddam molendinum in Nericia in atastum situm cum suis pertinenciis quod Birgero filio bryniulfi genero meo legaliter habui domino Erico, decano lincopensi pro quatraginta marchis vsualis monete vendidi perpetuo possidendum pleno iure, & similiter quicquid habui iure hereditario in opidis dictis vlwabodhum & streckibodhum, post patrem meum eidem domino Erico vendidi pro viginti marchis vsualis monete secundum leges danorum et scotaui perpetuo possidendum, transferens in ipsum dominium & possessionem molendini & prediorum premissorum. Jn cuius rei euidenciam sigillum meum vna cum sigillo domini Tholuonis de Rydhaholm presentibus est appensum. Datum, anno domini M°.CC°.XC°.IX°. die sancte lucie virginis.

På frånsidan: Adristum qwarn & wlffua bodha & streckibodum.

Sigillet N:o 1 nästan oskadadt; N:o 2 bortfallet.

1300. 1299 d. 15 Dec. Näs.

Ärkebiskopen Nils Allesson Bytesbref, deri han lemnar af Ärkebiskopsbordets jord 2 öresland i Gremambra och 2½ örtugland i Sundby till Kaniken, Magr. Laurencius, mot 8½ örtugland af kanonikatets jord i Ärlöghasund.

A. 6. a. 2: 31.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in christo. Notum facimus per presentes

Nos cum Discreto viro Magistro Laurencio canonico ecclesie nostre vpsalensis prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, Habuimus enim ab eo predia canonie sue attinencia, videlicet in ærløghasund, parochia ethi, octo solidos terre cum dimidio, pro quibus sibi dedimus & assignauimus, de predijs mense archiepiscopali attinentibus, videlicet in gremambri juxsta ternasund in parochia Riudh duas oras terre, & in sundby eiusdem parochie duos solidos terre cum dimidio. adhibitis ex vtraque parte firmarijs wlgariter dictis fastar, secundum terre leges & patrie consuetudinem approbatam, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud Næs anno domini Millesimo. Ducentesimo Nonagesimo Nono, Decimo VIII°. kal. januarij.

För att med lätthet kunna efter vårt vanliga dateringssätt igenfinna den tidsbestämmelse, som anvisningar mot rörliga Sön- och Högtidsdagar innehålla, har jag uppgjort de här bifogade Tabellerna I och II.

Tab. I upptager årets Söndagar i den ordning de följa på hvarandra, i kanten till venster med Svenska, och till höger med Latinska benämningar, samt deremellan de dagar, på hvilka de kunna inträffa, ordnade i vissa columner. Hvarje column innehåller de Söndagar, som höra till ett helt år, och är öfverst utmärkt med sin serskildta bokstaf (årsbokstaf, hvartill den förut *sid. III.* nämnda, i Upsala begagnade Littera Tabularis blifvit antagen).

Tab. II anvisar med en af dessa bokstäfver vid hvarje årtal, att den Columnen på Tab. I, som utmärkes med samma bokstaf, angifver datum för samma års Söndagar. Så t. ex. är N årsbokstaf för år 1302, hvarföre på Tab. I i columnen N finnes datum för hvarje söndag år 1302, midt för söndagens i kanten anförda namn.

För Januari och Februari månader finnas i hvarje column 2:ne olika dato-beteckningar, af hvilka den ena, med större siffror angifna, gäller under vanliga år, och den andra, med mindre siffror antydda, gäller endast för Skottår, hvilka på Tab. II utmärkas med en efter bokstafven stående stjerna, t. e. N*, d. ä. att för åren 1044, 1128, 1492, m. fl., vid hvilka denna stjerna finnes efter årsbokstafven, gäller bemälda mindre sifferbeteckning, men år 1302 m. fl., betecknade med N, gälla de vanliga större siffrorna i columnen.

Vill man vika den i kanten stående förteckningen på Söndagarna intill bemälte column, så finner man ännu lättare datum för hela årets Söndagar, då ock i följande column finnas årets Måndagar, i den derpå följande Tisdagarne, o. s. v. (utom vid de 2:ne första columnerna *a* och a, hvilka angifva några den äldre tidräkningen ej vidkommande egenheter).

10. *Helgondagar och andra orörliga fester.*

Abdon et Sennen Mart. *30 Juli.*
Achatius et Soc. M. *22 Juni.*
Achilleus et Nereus, M. *12 Maj.*
Adalbertus, Episc. M. *23 Apr.*
Adauctus M. *30 Aug.*
Adelgundis, Virg. *30 Jan.*
Adelheidis *16 Dec.*
Ado Episc. *16 Dec.*
Adoratio magorum, *6 Jan.*
Adrianus M. *8 Sept.*
— miles *4 Mars.*
Adventus Spiritus sancti *15 Maj.*
Ægidius, Abbas *1 Sept.*
Ælinarmessa *31 Juli.*
Aflelse, J. Mariæ *8 Dec.*
Afra, Virg. et Soc. M. *7 (5) Aug.*
Afton, *dagen före en fest.*
Agape, Chionia, Irene, M. *3 Apr.*
Agapetus, M. *18 Aug.*
— Pap. Transl. *20 Sept.*
Agatha, Virg. M. *5 Febr.*
Agnes, Virg. M. *21 Jan.*
— 2:do *28 Jan.* (*27 i Westerås*).
Agricola, *se* Vitalis.
Albanus, M. *21 Juni.*
Albinus, Episc. *1 Mars.*
Aldegundis, Virg. *30 Jan.*
Alexander, Episc. *26 Febr.* (*18 Mars*).
— M. *30 Jan.*
— et Epimachus, *12 Dec.*
— Pap., Eventius et Theod. *3 Maj.*
Alexius, Conf. *17 Juli.*
Alla Helgons dag *1 Nov.*
Alla Själars dag *2 Nov.*
Alricus, Episc. *10 Oct.*
Amandus, Episc. *4 Nov.*
— translatio *26 Oct.*
Amantius, Episc. *4 Nov.*
Amaranthus, M. *7 Nov.*
Amatus Abb. *13 Sept.*
Ambrosius, Episc. *4 Apr.*
Ammon, *4 Oct.*
Anacletus, Pap. *26 Apr.*
Anastasia, Virg. M. *25 Dec.*
Anastasius, Pap. *27 Apr.*
— M. *22 Jan.*
Anatolia, Virg. M. *9 Juli.*
Andreas, Apostol. *30 Nov.*
Angelorum festum, *29 Sept.*
Anianus, Episc. *17 Nov.*
Anicetus, Pap. *17 Apr.*
Animarum dies, *2 Nov.*
Anna, mater Mariæ *26 Juli, intill år 1436, då den flyttades till 9 Dec. Jfr. Diar. Wadst. sidd. 79, 85.*
Anniversarius dies, *årsmot, årsbegängelsedag efter en afleden.*
Annunciationis dies, *25 Mars.*
Annunciatio Mariæ V. *25 Mars.*
Ansgarius, *(3 Febr.) Ups. 4 Febr.*
Anshelmus, Episc. *18 Mars.*
— Abb. *21 Apr.*
Anthimus, Episc. *27 Apr.*
Antoninus M. *3 Sept.*
Antonius Erem. *17 Jan.*
— Conf. *13 Juni.*
— M. *10 Apr.*
Apollinaris & Timotheus, *23 Aug.*
Apollinaris, Episc. M. *23 Juli.*
Apollonia, Virg. M. *9 Febr.*
Apollonius, Presb. *10 Apr.*
Apostlarnas delning *15 Juli.*
Apostolorum divisio, — festum *15 Juli.*
Apparitio Domini, *6 Jan.*
Aquila et Priscilla *8 Juli.*
Arcadius, M. *12 Jan.*
Arnolphus Episc. *18 Juli (16 Aug.)*
Assumtio Mariæ V. *15 Aug.*
Athanasius, Episc. *2 Maj.*
Augustinus, Episc. *28 Aug.*
— Episc. Cantuar. *26 Maj.*
Aurelius, Episc. *10 Juli.*
Aureus et Justina, M. *16 Juni.*
Aurea, M. *4 Oct.*

Avitus, Abb. *17 Juni.*
Aygulfus, Abb. *3 Sept.*
Babylas Episc. *24 Jan.*
Barbara Virg. M. *4 Dec.*
Barnabas Apost. *11 Juni.*
Barnadagr, Menl. barns dag, *28 Dec.*
Bartholomæus, Apost. *24 Aug.*
Basilides, Cyrinus, Nabor, Nazarius, M. *12 Juni.*
Basilius, Episc. *14 Juni.*
Bathildis (Bothild), *30 Jan.*
Beatrix, Felix, Simplicius, M. *29 Juli.*
Bebudelse, J. Mar. *25 Mars.*
Beda, *27 Maj.*
Benedictus, Abb. *21 Mars.*
— Transl. *11 Juli.*
Benignus, Abb. *1 Nov.*
Bernhardus, Abb. *20 Aug.*
Bers-, Bertillsmässa *24 Aug.*
Bertinus, Abb. *5 Sept.*
Bertrandus, Episc. *3 Juli.*
Bibiana, Virg. M. *2 Dec.*
Birgitta, Vidua *7 Oct.*
— Transl. *28 Maj.*
Blasius, Episc. *3 Febr.*
Bonaventura *14 Juli.*
Bondeknut *10 Juli.*
Bonifacius, Episc. *5 Juni.*
Botulfus, Abb. *17 Juni.*
Botwidus *28 Juli.*
Briccius, Episc. *13 Nov.*
Brigida, Virg. *1 Febr.*
Bruno *6 Oct.*
Brynolfus *16 Aug.*
7 Brödradag *10 Juli.*
Burckardus Episc. *14 Oct.*
H. Bönders dag, *se* Nereus.
Cæsarius, *se* Cesarius.
Cajus, Pap. *22 Apr.*
Calendæ, *första dagen i Månaden.*
Calixtus, Pap. *14 Oct.*
Campanarum festum *25 Mars.*
Candelarum festum *2 Febr.*
Cantius, Cantianus et Soc. M. *31 Maj.*
Caprasia, M. *20 Oct.*
Canutus, Dux, M. *7 Jan.*
— Transl. *25 Juli.*
— Rex, M. *10 Juli.*
Cara cognatio, Caristia, } *22 Febr.*
Carolus Magnus *28 Jan.*
— Bonus *2 Mars.*
Cassianus, Episc. *5 Aug.*
— M. *13 Aug.*
Catharina, Virg. M. *25 Nov.*
— Senensis *19 Apr.*
Cathedra Petri *22 Febr.*
Cecilia, Virg. M. *22 Nov.*
Celestinus, Pap. *6 (7) Apr.*
Cesarius, M. *1 (2) Nov.*
Cholomanus M. *13 Oct.*
Christina, Virg. M. *24 Juli.*
Christophorus *25 Juli.*
Chrysantus et Daria, M. *25 Oct.*
Chrysogonus, M. *24 Nov.*
Chrysostomus (Joh.) *27 Jan.*
Chunegundis, Virg. *3 Mars.*
Chunradus, Episc. *26 Nov.*
Circumcisio Domini *1 Jan.*
Ciriacus et Soc. *8 Aug.*
Cirianus, *se* Basilides.
Clara Virg. *12 Aug.*
Clemens Pap. *23 Nov.*
Cleophas *25 Sept.*
Coecilia, Coelestin., *se* Cecilia, Celestin.
Columbanus, Abb. *21 (23) Nov.*
Commemoratio A Episc. Ups. *12 Juli.*
— benefactorum, eccl. Ups. *25 Sept.*
— Canonicor. Ups. *20 Juni.*
— fidelium defunct. *2 Nov.*
— S. Pauli *30 Juni.*
— sacerdot. dioces. Ups. *12 Oct.*
Conceptio b. Virg. Mariæ *8 Dec.*
Conradus Episc. *26 Nov.*
Constantius, Episc. *29 Jan.*
Conversio, S. Pauli *25 Jan.*
Corbinianus, Episc. *8 Sept.*
Cornelius, Pap. *14 Sept.*

Corona *20 Febr., 8 Maj (Run.) jfr.* Victor.
Coronati, quatuor *8 Nov.*
Crastinum *dagen efter en fest.*
Cosmas et Damianus, M. *27 Sept.*
Crisantus et Daria *25 Oct.*
Crisogonus M. *24 Nov.*
Crispinus et Crispinianus, M. *25 Oct.*
Crispus et Cajus *4 Oct.*
Crucis exaltatio *14 Sept.*
— inventio *3 Maj.*
— messa, *3 Maj, 14 Sept.*
Cucufatus, M. *25 Juli.*
Cunibertus, Episc. *12 Nov.*
Cunigunda *3 Mars.*
Cuthbertus, Episc. *12 Nov.*
— Transl. *4 Sept.*
Cyprianus, Episc. M. *14 Sept.*
— et Justina *26 Sept.*
Cyriacus et Soc. M. *8 Aug.*
Cyricus et Julitta *16 Juli.*
Cyrillus et Methodius *8 (9) Mars.*
Cyrinus (Cirianus) *m. fl. 12 Juni.*
Damasus Pap. *11 Dec.*
Damianus miles M. *12 Febr.*
Damianus et Cosmas, M. *27 Sept.*
Daniel, Propb. *21 Juli.*
Datius, Episc. *14 Jan.*
David, Abb. *25 Juni.*
— Rex *(29) 30 Dec.*
Decem millia Mart. *22 Juni.*
Decollatio Joh. Bapt. *29 Aug.*
Dedicationis dies, *invigningsdagen för altare, kloster eller kyrka.*
— Eccl. Arosiens. *16 Aug.*
Demetrius M. *8 Oct.*
Depositio, *en Confessors dödsdag.*
Desiderius, Episc. *23 Maj*, Transl. *11 Febr.*
Desponsatio Mariæ V. *23 Jan.*
Dimissio Apostolor. *15 Juli.*
Dionisius et Soc. M. *9 Oct.*
— Episc. *17 Nov.*
Discipulorum 72 Christi festum *15 Juli.*
Divisio Apostolorum *15 Juli.*
Dominicus Conf. *5 Aug.*
Domitianus dux et Maria *5 Febr.*
Domitius, Erem. *5 Juli.*
Domninus, M. *9 Oct.*
Donatianus et Rogatianus, M. *24 Maj.*
Donatus, Episc. (& Afra) *7 Aug.*
— M. *1 Mars.*
Dormientes, septem, M. *27 Juli.*
Dormitio Mariæ *15 Aug.*
Dorothea, Virg. M. *6 Febr.*
Dunstanus, Episc. *19 Maj.*
Dyre vårfrudag *15 Aug.*
Eadmundus AEpisc. *16 Nov.*
— Rex. *20 Nov.*
Ebbo, Episc. *27 Aug.* Transl. *15 Febr.*
Ebrulfus, Abb. *26 Juli.*
Edelburgis, Virg. *7 Juli.*
Edeltrudis, Epeltrud, Reg. *23 Juni.*
Edmundus, Episc. *26 Nov.*
— Rex *20 Nov.*
Edvardus, Rex *5 Jan. (18 Mars).*
— Transl. *18 Febr., 13 Oct.*
Egbertus, Presb. *24 Apr.*
Egidius, Abb. *1 Sept.*
Eleutherius, Episc. *17 Apr.*
— Pap. M. *26 Maj.*
Elevatio S. Crucis *14 Sept.*
Elfva tusende jungfrur *21 Oct.*
Eligius, Episc. *1 Dec.*
Elin, Elinsmessa *31 Juli.*
Eliphius (Elof) *16 Oct.*
Elisabeth, Vidua *19 Nov.*
Emmeramnus, Episc. *22 Sept.*
Emerenciana, Virg. *23 Jan.*
Engelbertus, AEpisc. *7 Nov.*
Epimachus et Gordianus M. *10 Maj.*
Epipanti *2 Febr.*
Epiphanius, Episc. *12 Maj.*
Epiphania domini *6 Jan.*
Epularum S. Petri, festum *22 Febr.*
Erasmus, Episc. *(2) 3 Juni.*
Erhardus, Episc. *8 Jan.*
Ericus, Rex, M. *18 Maj.*
— Transl. *23 Jan.*
Erndrudis, Abb. *30 Juni.*

Eschillus, Episc. M. *12 Juni.*
— Transl. *6 Oct.*
Ethmundus, Episc. *16 Nov.*
Eucharius, Episc. *8 Dec.*
Eucherius, Episc. *20 Febr.*
Eugenius, M. *15 Nov.*
— Episc. *13 Juli (13 Nov.)*
Eugenia, Virg. M. *25 Dec.*
Eulalia, Virg. M. *12 Febr.*
Eulogius *13 Sept.*
Euphemia, Virg. M. *16 Sept.*
Euphrasia, Virg. M. *13 Mars.*
Euphrosyne, M. *7 Maj.*
Eusebius, Episc. *1 Aug.*
— Pap. *26 Sept.*
— Presb. *14 Aug.*
Eustachius et Soc. *3 Nov.*
Evaldi, fratres M. *2 Oct.*
Evaristus, Pap. *26 Oct.*
Everardus, AEpisc. *22 Jan.*
Exaltatio sancte Crucis *14 Sept.*
Ezechiel, Proph. *10 Apr.*
Fabianus et Sebastianus, M. *20 Jan.*
Faustinus et Jovita, M. *15 Febr.*
Felicianus et Primus, M. *9 Juni.*
Felicitas, Virg. M. *23 Nov.*
— et Perpetua *7 Mars.*
Felicula, Virg. M. *13 Juni.*
Felix et Adauctus, *30 Aug.*
— et Eusebius *5 Nov.*
— Episc. M. *15 Nov.*
— Fortunatus et Achilleus *23 Apr.*
— Pap. *30 Maj.*
— in Pincis *14 Jan.*
— Presb. *4 Jan.*
— et Regula *11 Sept.*
— Simplicius, Faustinus et Beatrix *29 Juli.*
Fidelis, M. *28 Oct.*
Fides, Virg. M. *6 Oct.*
— Spes et Charitas *1 Juli.*
Firminus, Episc. *25 Sept.*
Florentius, M. *27 Oct.*
Florianus, M. *4 Maj.*
Florus, Episc. *3 Nov.*
Fortunatus *(21) 26 Febr. (21 Apr.) m. fl.*
Frambaldus *16 Aug.*
Franciscus, Conf. *4 Oct.*
Fratres septem, M. *10 Juli.*
Fyratio Martyrer, Riddare *9 Mars.*
Gabriel, *26 Mars.*
Gajus, *se* Cajus.
Gallus, Abb. *16 Oct.*
Gangulfus, M. *(11) 13 Maj.*
Gelasius, Pap. *21 Nov.*
Genesius M. *25 Aug.*
Genovefa, Virg. *3 Jan.*
Genuinus et Albinus Episc. *5 Febr.*
Georgius, M. *23 Apr.*
Geraldus *13 Oct.*
Gereon et Soc. *10 Oct.*
Gerhardus, Episc. *(23) 24 Sept.*
Germanus, Episc. Antisiod. *31 Juli (Ups.).*
— Episc. Paris. *28 Maj.*
— Episc. Cap. *30 Oct.*
— Presb. *23 Apr.*
Gertrudis, Virg. Abb. *17 Mars.*
Gervasius et Prothasius, M. *19 Juni.*
Gilbertus, Presb. *4 Febr.*
Gildardus et Medardus, M. *8 Juni.*
Godhardus, Episc. *5 Maj.*
Gordianus et Epimachus, M. *10 Maj.*
Gorgonius, M. *9 Sept.*
Gregorius, Pap. *12 Mars.*
— Episc. *9 Maj.*
Gudula, Virg. *8 Jan.*
Guido *12 Sept.*
Gångdag, lille, *25 Apr.*
Gökdagen *25 Apr.*
Halvardus, M. *15 Maj, 13 i Norge.*
S:t Hans dag *25 Juni.*
Hedvigis, Duc. *15 (17) Oct.*
Hegesippus, *7 Apr.*
Helena Regina *5 Apr. (Sthlm).*
— Mater Const. *15 Apr. (18 Aug.)*
— de Schedwi *31 Juli.*
— Virg. *22 Maj.*
Helgedomadag, *se* Reliquiarum festum.

Helgonamessa *1 Nov.*
Henricus, Episc. M. *19 Jan.*
— Imp. *13 Juli.*
Herbarum festum, *15 Aug.*
Herculanus, Episc. *7 Nov.*
— Transl. *1 Mars.*
Heribertus, AEpisc. *16 Mars.*
Hermagoras et Fortunatus *12 Juli.*
Hermes, Digna et Soc. M. *28 Aug.*
Hieronymus, Presb. *30 Sept.*
Hilaria, M. *12 Aug.*
Hilarion, Abb. *21 Oct.*
Hilarius, Episc. *13 Jan.*
— Pap. *21 Febr.*
Hilarinus, M. *16 Juli.*
Hildebertus, Episc. *27 Maj.*
Hildegardis, Abb. *17 Sept.*
Hindersmässa *19 Jan.*
Hippolitus et Soc. *13 Aug.*
Hirineus (Irenæus) et Soc. *8 Juli.*
Honoratus Episc. M. *16 Maj.*
Hubertus, Episc. *3 Nov.*
Hugo, Abb. *29 Apr.*
Hyacinthus et Protus, M. *11 Sept.*
Hyginus, Pap. *11 Jan.*
Hypanti, Hypapanti *2 Febr.*
Hypolitus et Soc. *13 Aug.*
Iacinctus, *se* Hyacinthus.
Jacobus, Apost. *25 Juli.*
— Alphæi *22 Juni.*
— et Philippus, Apost. *1 Maj.*
Januarius et Soc. *19 Sept.*
Ida, Comit. *13 Apr.*
Jeronymus, *se* Hieronymus.
Ignatius Episc. *1 Febr.*
— Transl. *17 Dec.*
Iliansmässa *1 Sept.*
Innocentes pueri *28 Dec.*
Innocentius Pap. et Nazarius *28 Juli.*
Inventio S. Crucis *3 Maj.*
— S. Stephani *3 Aug.*
Joachim *20 Mars.*
Jodocus, Presb. *13 Dec.*
Johannes ante portam latinam *6 Maj.*
Johannes Bapt. nativitas *24 Juni.*
— — decollatio *29 Aug.*
— — capitis inventio *24 Febr.*
— in captivitate *6 Maj.*
— Chrysostomus *27 Jan.*
— Evang. et Apost. *27 Dec.*
— Nepomucenes *19 Maj.*
— Pap. M. *28 Maj.*
— et Paulus *26 Juni.*
Jon, Jonas, Jonius *5 Aug.*
Josephus, Nutrit. D:ni *19 Mars (15 Jan.)*
Ipolitus, *se* Hypolitus.
Irene, Agape *m. fl. 3 Apr.*
Ireneus et Soc. *8 Juli. (Ups.)*
Isidorus, M. *15 Maj.*
Judas, Apost., *se* Simon.
Juldag *25 Dec.*
Julia, Virg. M. *22 Maj.*
Juliana, Virg. M. *16 Febr.*
Julianus et Basilissa, M. *9 Jan.*
— Episc. *27 Jan.*
— et Soc. *27 Febr.*
Julius, M. *27 Maj.* — Pap. *12 Apr.*
Justina et Aureus *16 Juni.*
— et Cyprianus, M. *26 Sept.*
— Virg. M. *7 Oct.*
Justinus, Presb. M. *4 Aug.*
— Philos. *13 Apr.*
Justus (Justinus *Run.*) Episc. *2 Sept.*
Juvenalis, M. *7 Maj.*
Kanutus *19 Apr. (Run.)*
— Dux, M. *7 Jan.*
— — Transl. *25 Juni.*
— Rex, M. *10 Juli.*
Karinsmessa, *25 Nov.*
Ketillus, Conf., Kieldsdag *11 Juli.*
Kilianus et Soc. M. *8 Juli.*
Konungar, Helige tre *6 Jan.*
Korsmässa om hösten *14 Sept.*
— om våren *3 Maj.*
Kulbjörn med laxen *11 Juni.*
Kunigunda, Virg. *3 Mars.*
Kvincianus (Qvincianus) *1 Apr. (Run.)*
Kvirinus (Quirinus) *30 Mars (4 Juni.)*

Kyndelsmessa 2 *Febr.*
Kyrkmessa, *en kyrkas invigningsdag.*
Ladislaus, Rex 27 *Juni.*
Lætus 5 *Nov.*
Lambertus Episc. M. 17 *Sept.*
Larsmessa, Laufrinsmessa, Laurentius, M. } 10 *Aug.*
Lazarus, Episc. 16 *Dec.*
Lebvinus 12 *Nov.*
Leander, Episc. 27 *Febr.*
Leo, Pap. M. 14 *Mars.*
— I Pap. M. 11 *Apr. (10 i Westerås).*
— II Pap. M. 28 *Juni (Ups.).*
Leocadia, Virg M. 9 *Dec.*
Leodegarius Episc. M. 2 *Oct.*
Leonardus, Abb. 6 *Nov.*
Leonegisilus, Abb. 13 *Jan. (2 Apr.).*
Leopoldus, 15 *Nov.*
Lethania Major 25 *Apr.*
— Minor, *se* Gångdagar.
Leutfridus, Abb. 21 *Juni.*
Liberius, Pap. 24 *Sept.*
Liborius, Episc. 23 *Juli.*
Licerius, Episc. 7 *Aug.*
Licinius, Episc. 13 *Febr.*
Lille Gångdagen 25 *April.*
Lille S:t Hans dag 6 *Maj.*
Linus, Pap. M. 26 *Nov. (23 Sept.)*
Liphardus, Abb. 3 *Juni.*
Litania Major 25 *Apr.*
Longinus, miles M. 15 *Mars.*
— — 2 *Dec. (Run.)*
Lucas, Evang. 18 *Oct.*
Lucia, Virg. M. 13 *Dec.*
Lucianus, Presb. Antioch. M. 7 *Jan.*
— — Bellovac. M. *(Run.)* 8 *Jan.*
— M. 7 *Juni.*
Lucius, Episc. 15 *Mars.*
— Pap. M. 4 *Mars.*
Lucius 12 *Apr. (Run.)*
Ludgerus, Lyder, 26 *Mars.*
Ludovicus, Episc. 19 *Aug.*
— Rex 25 *Aug.*
Lullus, Episc. 16 *Oct.*
Luminum festum 2 *Febr.*
Lupus, Episc. *(29 Juli)* 25 *Sept.*
Macarius M. (Ægypt.) 15 *Jan.*
— M. (Alexandr.) 2 *Jan.*
Machabæi fratres, M. 1 *Aug.*
Machutus, Episc. 15 *Nov.*
Magdalena, 22 *Juli.*
Magnus et Soc. M. 19 *Aug.*
— Comes, Orcad. 16 *Apr.*
Majolus, Abb. 11 *Maj.*
Malachias, AEpisc. 3 *Nov.*
Mamertus, Episc. 11 *Maj.*
Mansuetus, Episc. 3 *Sept.*
Marcellinus et Petrus et Soc. M. 2 *Juni.*
Marcellus, M. 4 *Sept.*
— Pap. M. 16 *Jan.*
Marcus Evang. 25 *Apr.*
— Pap. M. *(7 Oct. Run).* 8 *Oct. Ups.*
— et Marcellinus 18 *Juni.*
— Marcianus et Soc., M. 4 *Oct.*
Margareta, Virg. 20 *Juli.*
Maria ad Martyres 13 *Maj.*
— ad Nives 5 *Maj (5 Aug.).*
— Ægyptiaca 9 *Apr.*
— Cleophæ 9 *Apr.*
Mariæ Aflelse 8 *Dec.*
— Annuntiatio 25 *Mars.*
— Assumtio 15 *Aug.*
— Bebudelse 25 *Mars.*
— Besökelse 2 *Juli.*
— Cerealis 2 *Febr.*
— Conceptio 8 *Dec.*
— Desponsatio 23 *Jan.*
— Dormitio 15 *Aug.*
— Himmelsfärd 15 *Aug.*
— Nativitas 8 *Sept.*
— Offring 21 *Nov.*
— Præsentatio 21 *Nov.*
— Purificatio 2 *Febr.*
— Renselse 2 *Febr.*
— Salutatio 25 *Mars.*
— Visitatio 2 *Juli.*

Mariumessa yfri *8 Sept. (Run.)*
Maria & Martha *19 Jan.*
— Magdalena *22 Juli.*
Marianus et Jacob. M. *30 Apr.*
Marina, Virg. *18 Juni.*
— Transl. *17 Juli.*
Marinus, miles M. *3 Mars.*
Marius, Martha et Soc. M. *19 Jan.*
Martha, hospita Christi *27 Juli.*
— Virg. *26 Aug. (Ups.) 27 (Westerås).*
Martialis, Ep. *30 Juni. (17 Juli Run.).*
Martina, Virg. M. *1 Jan.*
Martinianus et Processus *2 Juli.*
Martinus, Episc. *11 Nov.*
— Transl. *4 Juli (Run.).*
Martyres X (decem) millia *22 Juni.*
— XL (quadraginta) *9 Mars.*
Maternus, Episc. *14 Sept.*
— Transl. *18 Juli.*
Mathilda, *se* Mechtildis.
Matthias, Apost. *24 Febr.*
— Episc. *30 Jan.*
Mattheus, Evang. et Apost. *21 Sept.*
Maura et Britta *13 Juli.*
Maurilius, Episc. *13 Sept.*
Mauritius et Soc. *22 Sept.*
Maurus, Abb. *15 Jan.*
Maximilianus, Episc. *12 Oct.*
Maximinus, Abb. *15 Dec.*
— Episc. (Transl.) *29 Maj.*
Maximus Episc. *19 Nov. (29 Maj, m. fl.)*
Mechtildis *14 Mars.*
Medardus, Episc. *8 Juni.*
Meinardus, Livon. Apost. *14 Aug.*
Mennas, M. *11 Nov.*
Methodius, Episc. *18 Sept. (11 Maj).*
Michael, Archangelus *29 Sept.*
— — Apparitio *8 Maj.*
Midsommarsdag *24 Juni.*
Milites (XL) quadraginta *9 Mars.*
Modestus et Vitus *15 Juni.*
Monica, mater Augustini *4 Maj.*
Mormessa, *8 Sept.*
Mårtensmessa *11 Nov.*
Nabor et Felix, M. *12 Juli, m. fl.*
Nabor, Nazarius, *m. fl.* M. *12 Juni.*
Narcissus, Episc. *29 Oct.*
Natalis, *en martyrs dödsdag; äfven en Regents eller Prelats invigningsdag.*
— S. Petri *22 Febr.*
Nativitas Christi *25 Dec.*
— Domini *25 Dec.*
— Johannis Baptist. *24 Juni.*
— Mariæ *8 Sept.*
Nazarius, Basilides, *m. fl.* M. *12 Juni.*
Nazarius et Celsus, M. *28 Juli.*
Nereus et Achilleus, M. *12 Maj.*
Nicasius, Episc. et Soc. M. *14 Dec.*
Nicetas, Abb. *2 Apr.*
Nicolaus, Episc. *6 Dec.*
Nicomedes, Presb. M. *1 Juni (Run.).*
— — *15 Sept. (Ups.)*
Norbertus, AEpisc. *6 Juni.*
Octava, *eller* Octavæ, *åttonde dagen efter Helgedagar.*
Odilo, Abb. *1 Jan.*
Olaus, Rex, M. *29 Juli.*
Omnium Animarum dies *2 Nov.*
— Sanctorum dies *1 Nov.*
Optatus, Episc. *4 Juni.*
O sapientia *16 Dec.*
Oswaldus, Rex *5 Aug.*
Othilia, Abb. *13 Dec.*
Othmarus, Abb. *16 Nov.*
Otho, Episc. *2 Juli.* — Transl. *30 Sept.*
Pachomius *14 Maj.*
Pancratius, *m. fl., se* Nereus, *12 Maj.*
Pantaleon, et Soc. M. *28 Juli (Run.).*
— *18 Febr. (Run.).*
Passio Apost. Petri et Pauli. *29 Juni.*
Paternianus, Episc. *10 Juli.*
Paternus, Episc. *16 Apr.*
Patricius, Episc. *17 Mars.*
— Transl. *9 Juni.*
~~Pauli commemoratio *30 Juni.*~~
— Conversio *25 Jan.*

Paulinus, Episc. (Nolan.) 22 *Juni.*
— Episc. (Trevir.) *31 Aug. (Run.).*
Paulus Eremita *10 Jan.*
— et Johannes M. *26 Juni.*
Pausatio Mariæ *15 Aug.*
Pehr i Stolen } *22 Febr.*
Pehrs dag om vintern }
Pelagia, Virg. M. *8 Oct.*
Pelagius, M. *28 Aug.*
Peregrinus, Episc. *16 Maj.*
Perpetua et Felicitas, M. *7 Mars.*
Perpetuus, Episc. *8 Apr. (30 Dec.)*
Petri et Pauli commemoratio *29 Juni.*
— cathedra, — dies *22 Febr.*
— Epularum festum *22 Febr.*
— Vincula *1 Aug.*
Petronella, Virg. M. *31 Maj.*
Petrus et Paulus, Apost. *29 Juni.*
Petrus Diacon. *17 Apr.*
— (Exorcista) *2 Juni (Run.).*
— Martyr. *29 Apr.*
Philibertus, Abb. *20 Aug.*
Philippus et Jacobus, Apost. *1 Maj.*
Pius, Pap. *11 Juli.*
Placidus et Soc., M. *5 Oct.*
Polycarpus, Episc. *26 Jan.*
Pontianus, Pap. M. *19 Nov.*
Poppo, Abb. *25 Jan.*
Potentiana, Virg. M. *19 Maj.*
Præsentatio b. Virg., Mariæ, *21 Nov.*
— domini, Christi, *2 Febr.*
Praxedes, Virg. M. *21 Juli.*
Primitiarum, Primitivum festum *1 Aug.*
Primus dies seculi *18 Mars.*
Primus et Felicianus, M. *9 Juni.*
Prisca, Virg. M. *18 Jan.*
Priscus, M. *1 Sept.* — cum Soc. *28 Mars.*
Privatus, Episc. *21 Aug.*
Processus et Martinianus, M. *2 Juli.*
Projectus, Episc. *25 Jan.*
Protasius et Gervasius M. *19 Juni.*
Protus et Hyacinthus, M. *11 Sept.*
Pudentiana (Potentiana), Virg. M. *19 Maj.*
Puerorum innocent. fest. *28 Dec.*
Pulcheria, *10 Sept.*
Purificatio b. Virg., Mariæ, *2 Febr.*
Quadraginta Martyres *9 Mars.*
Quatuor Coronati, M. *8 Nov.*
Quintinianus et Anastasius, M. *1 Apr.*
Quintinus Episc. *6 Sept. (Sthlm).*
— M. *31 Oct.*
Quirinus, Episc. *4 Juni.*
— M. *30 Mars.*
Ragnildis *16 Juli.*
Regina, Virg. M. *7 Sept.*
Relatio pueri J. Chr. de Ægypto *7 Jan.*
Remigius, Episc. *1 Oct.*
Riddare, 10,000 *22 Juni.*
Robertus, Abb. *29 Apr.*
Rochus, Conf. *16 Aug.*
Rogatianus et Donatianus, M. *24 Maj.*
Romanus, Abb. *28 Febr.*
— Diac. *18 Nov.*
— miles M. *9 Aug.*
Ruffina et Secunda, Virg. M. *10 Juli.*
Ruffinus et Valerius M. *14 Juni.*
Rufus M. (Capuæ) *27 Aug.*
— M. (Romæ) *28 Nov.*
Rupertus, Episc. *27 Mart.*
Sabas, Abb. *5 Dec.*
Sabina, Vidua M. *29 Aug.*
Sabinus Episc. et Soc. M. *7 Dec.*
— Transl. *30 Dec.*
Saturninus, Episc. *29 Nov.*
Scholastica, Virg. *10 Febr.*
Sebaldus, Eremit. *19 Aug.*
Sebastianus et Fabian. M. *20 Jan.*
Selio, Sancti in *8 Juli.*
Septem Dormientes *27 Juli.*
— Fratres Mart. *10 Juli.*
— Macchabæi fratres *1 Aug.*
Serapion Episc. *30 Oct.*
Servatius, Episc. *13 Maj.*
Severinus, Episc. *23 Oct.*
Severus, Episc. *1 Febr.*
— Presb. M. *22 Oct.*
Sigfridus, Episc. *15 Febr.*
Sigismundus, Rex, M. *2 Maj.*

Silverius, Pap. M. *20 Juni.*
Silvester, Pap. *31 Dec.*
Simeon Episc. *18 Febr.*
— Episc. cum Soc. *21 Apr.*
Simeonis festum *2 Febr.*
Simon et Judas, Apost. *28 Oct.*
Simplicius, Pap. *2 Mart.*
— Felix et Faustinus M. *29 Juli.*
Sisinius et Alexander, M. *29 Maj.*
Sju Brödra dag *10 Juli.*
— Sofvare dag *27 Juli.*
Sixtus Pap. Felicissimus et Agapetus M. *6 Aug.*
Själadagen *2 Nov.*
Sophia, M. *(15 Maj) 1 Aug.*
Sother, Virg. M. *10 Febr.*
— Pap. et Cajus, M. *22 Apr.*
Staffansmessa *26 Dec.*
Stanislaus, Episc. *8 Maj.*
Stellæ festum *6 Jan.*
Stephanus Protomart. *26 Dec.*
— Pap. M. *2 Aug.*
Stephani inventio *3 Aug.*
Strena, strenna *1 Jan.*
Sunniva, cum sanctis in Selio *8 Juli.*
Susanna, Virg. M. *11 Aug.*
Swidbertus, Episc. *1 Mars.*
Swithuni, Episc. Transl. *15 Juli.*
Symphorianus et Timotheus, M. *22 Aug.*
Symphorosa et 7 Filii, M. *18 Juli.*
Syrus, Episc. *(12 Sept.) 9 Dec.*
Tertullianus, Presb. *31 Juli (4 Aug.)*
Thecla, Virg. *23 Sept.*
Theobaldus, Presb. *1 Juli.*
Theodardus Episc. *10 Sept.*
Theodora, M. *1 Apr.*
Theodoricus, Abb. *1 Juli.*
Theodorus, AEpisc. *19 Sept.*
— Mart. *9 Nov.*
Theodosia, Virg., *2 Apr.*
Thomas, Apost. *21 Dec.*
— de Aquino *7 Mars.*
— AEpisc. Cantuar. *29 Dec.*
— — Transl. *7 Juli.*
Thorlacus, Episc. *23 Dec.*
Tiburtius, Mart. *11 Aug.*
— et Valerianus, M. *14 Apr.*
Timotheus et Apollinaris, M. *23 Aug.*
— Episc, *24 Jan.*
— et Symphorianus, M. *22 Aug.*
Tio tusende Martyrer, Riddare, *22 Juni.*
Tjugonde dag Jul *13 Jan.*
Torpes, Torpetius, M. *17 Maj.*
Transfiguratio Domini *6 Aug.*
Translatio, *ett helgons bens flyttning.*
Trettondedagen *6 Jan.*
Trium Regum festum, *6 Jan.*
Trudbertus *26 Apr.*
Trypho et Respicius, M. *10 Nov.*
Tychicus, Tyche, Episc. *29 Apr.*
Udalricus, Episc. *4 Juli.*
Undecim millia virginum *21 Oct.*
Urbanus, Pap. M. *25 Maj.*
Ursula, Virg. M. *21 Oct.*
Valborgsmessa, Valburgis, Abb. *1 Maj.*
Valdetrudis, Vidua *9 Apr.*
Valentinus, Presb. M. *14 Febr.*
Valerianus Episc. *15 Dec. (18 Apr.)*
Valerius Episc. *29 Jan.*
— et Rufinus M. *14 Juni.*
Valfridus, Episc. *12 Oct.*
Vedastus et Amandus, M. *6 Febr.*
Venantius M. *18 Maj.*
Venceslaus, Dux, M. *28 Sept.*
Verena, Virg. *1 Sept.*
Veronica, *(4 Febr.) 17 Aug.*
Vicbertus, Abb. *13 Aug.*
Victor, M. *20 Apr. (28 Juli, m. fl.)*
— M. (Mediolan) *8 Maj.*
— et Soc. M. (Massil.) *21 Juli.*
— — M. (Thessal.) *30 Mars.*
— — M. (Ægypt.) *25 Febr.*
— et Corona M. *14 Maj.*
— Saturninus et Thyrsus, M. *31 Jan.*
— et Victorinus *6 Mars.*
Victoria, Virg. M. *23 Dec.*
Victorinus, Episc. M. *5 Sept. (25 Febr.)*
Vigilia *dagen för en fest.*

Vigilius, Episc. *31 Jan.*
Vilhelmus, Abb. *6 Apr.*
— Dux *28 Maj.*
Villibaldus, Episc. *7 Juli.*
Villibrordus, Episc. *7 Nov.*
Villehadus, Episc. *8 Nov.*
Vincentius, Diac. M. *22 Jan.*
— et Benignus, M. *6 Juni.*
Vincula Petri *1 Aug.*
Vindicianus, Episc. *11 Mars.*
Virgilius, Episc. *27 Nov.*
Visitatio b. Virg. Mariæ *2 Juli.*
Vitalis et Agricola, M. *4 (27) Nov.*
— et Felicula, M. *14 Febr.*
— Mart. *28 Apr.*
Vitus et Modestus, et Crescentia, M. *15 Juni.*
Volfgangus, Episc. *31 Oct.*
Vulfilaicus, Diac. *21 Oct.*
Vulmarus, Abb. *20 Juli.*
— Transl. *17 Juni.*
Vårfrudag, i fastan, Annunciat. *25 Mars.*
— conceptionis, *8 Dec.*
— dyre *15 Aug.*
Xystus, *se* Sixtus.
Ylarius et Remigius, M. *13 Jan.*
Yliansmässa *1 Sept.*
Ypapanti, Ypolitus, *se* Hypop., Hypolit.
Yrjan, *se* Georgius *23 Apr,*
Zacharias, Pap. *15 Mars.*
— Proph. *6 Sept.*
Zeno, Episc. *12 Apr.*
— et Kilianus et Soc. *8 Juli.*
Zephyrinus, Pap. M. *26 Aug.*
Örjan, *se* Georgius *23 Apr.*

1301. 1300. odat. Westerås.

Domkapitlets i Westerås skrifvelse till Ärke-Biskopen i Upsala, om förrättadt Biskopsval, med anhållan om stadfästelse för Kaniken i Linköping Nicolaus, hvilken, sedan 2:ne andre förut valde män afsagt sig detta förtroende, förklarat sig villig att kallelsen emottaga.

A. 7.-a.

Reuerendo in christo patri ac domino suo Domino N diuina prouidencia vpsalensi Archiepiscopo Capitulum ecclesie Arosiensis se ipsos cum omni reuerencia & honore Paternitati vestre ea qua decet reuerencia, Tenore presencium intimamus Quod nos venerabili patre pie memorie Domino P quondam episcopo nostro in Norvegia defuncto, Anno domini M°CC°XC°IX° VIII° ydus Maij & eius corpore apud Nidharosiam tradito sepulture prout nobis postmodum sabbato infra octauas apostolorum p, & p certitudinaliter innotuit volentes tam spiritualibus quam temporalibus nostre viduate ecclesie precauere dispendijs ac infra tempus statutum a canonibus eidem de pastore preuia dej gracia prouidere in aduincula sanctj petri in vnum conuenimus & quartam feriam infra octauas assumpcionis beate virginis statuimus ad eleccionem futuri pontificis celebrandam, Deinde predicta die veniente in loco capituli ex more conuenientes presentibus omnibus qui debuerunt voluerunt & potuerunt commode interesse Jnvocata spiritus sancti gracia per viam decreuimus procedere compromissi, Et compromissarij nostri, Reuerendum virum dominum ǿarum ecclesie vpsalensis canonicum concorditer elegerunt, Qui eleccione sibi infra tempus debitum presentata & elapsis quas sibi ad deliberandum prefixerat inducijs Jn octaua natiuitatis beate virginis apud vpsaliam ex humilitate laudabili consentire eleccionj de se facte penitus recusauit, super quo plena noticia habita, Nos quarta feria proxima post mathej ad locum capituli nostri jterato conuenientes diem beati kalixti pro eleccione pontificis duximus statuendum, Die igitur prefixa in loco capituli ex more conuenientes invocata spiritus sanctj gracia, prout prius placuit omnibus per viam procedere compromissi & compromissarij nostri Dominum haquinum prepositum nostrum concorditer in episcopum elegerunt, qui eleccioni de se facte primo consensit & postmodum apud vpsaliam in presencia vestra aç capituli vestri nulla iuris necessitate compulsus sed sponte renunciauit omni Juri sibi ex predicta eleccione competenti postmodum vero Anno domini. M°.CCC° in octaua epyphanie iterato conuenientes predicto loco capituli ad tractandum de eleccionis negocio prefiximus diem sextam feriam proximam post conuersionem beati pauli cum continuacione dierum sequencium ad eleccionem in ea futuri pontificis celebrandam, & ad omnia

alia facienda que eleccionis negocium pertingere dinoscuntur Die igitur prefixa conuenientes in predicto loco capituli presentibus omnibus qui debuerunt voluerunt & potuerunt commode interesse Jnvocata spiritus sancti gracia prout antea per viam decreuimus procedere compromissi, & discretos viros, Dominos haquinum prepositum nostrum Johannem & Thidemannum concanonicos nostros compromissarios deputantes eis plenam potestatem dedimus de episcopo nobis & ecclesie nostre de se ipsis de gremio, vel extra aliunde, prout eorum discrecioni videretur libere prouidendi, vsque ad tempus vespertinum eiusdem diej tantummodo duraturam Promittentes nos illum recepturos in episcopum nobis & pastorem de quo ipsi omnes ducerent prouidendum, Hoc adiecto quod postquam deo inspirante de persona eligenda concordassent, vnus illorum de aliorum compromissariorum consensu vice sua & ipsorum ac tocius capituli personam illam eligeret, ac pupplicaret in communi, Porro prefati compromissarij potestatem sibi per nos traditam acceptantes & seorsum ad partem secedentes & ibidem habita collacione plurium personarum prout nobis postmodum retulerunt finaliter omnes simul conuenerunt, in reuerendum virum Dominum Nicholaum canonicum ecclesie lincopensis, personam ecclesie beate virginis skeningie virum vtique prouidum & discretum sciencia moribus approbatum in sacris ordinibus & matura etate constitutum ac de legittimo matrimonio procreatum, nec non & spiritualibus & temporalibus circumspectum, Deinde reuersi ad capitulum predictus H vice sua ac aliorum compromissariorum de ipsorum mandato sibi facto ac spiritualiter ab eisdem ac vice tocius capituli eundem dominum Nicholaum infra terminum in compromisso prefixum elegit sollempniter in hunc modum Jn nomine patris & filij & spiritus sancti amen Ego haquinus prepositus arosiensis de consensu & voluntate sociorum meorum compromissariorum dominorum Johannis & Thithemanni concanonicorum meorum vice mea & ipsorum ac tocius capituli Dominum Nicholaum canonicum ecclesie lincopensis, personam ecclesie beate virginis skeningie eligo in episcopum & pastorem ecclesie nostre arosiensis, & eleccionem dictam in scriptis pupplico in communi, Nos vero eleccionem sic sollempniter celebratam omnes approbauimus nullo penitus renuente Postmodum vero predictam eleccionem per dictum dominum H. clero & populo fecimus pupplicari Deinde domini Johannes concanonicus noster ac thobias persona ecclesie køpung pro eleccione presentanda dicto electo nostro procuratores nostri die purificaciónis beate virginis iter arripuerunt & dicto domino electo nostro eleccionem predictam in presencia venerabilis patris Domini L. episcopi lincopensis apud ecclesiam vndariuth die lune proxima post dominicam LXe presentabant consensum ipsius instantissime requirentes, Jpse vero quo deliberandi tempus haberet mensem sibi prefigebat Verumpta-

men circa quindenam prima dominca XLe in presencia dicti domini lincopensis ac domicelli waldemari ac domini, Th, marscalcj ac aliorum dominorum de consilio domini nostri regis predictus dominus. N in villa ethristath in finnithia assensum prebuit eleccioni de se facte, Quo circa reuerencie vestre vnanimiter & humiliter supplicamus quatinus vtilitati ecclesie nostre paterna pietate fauentes ac votis nostris beniuolo concurrentes assensu eleccionem sepe dictam rite ut supponimus & de persona ydonea factam auctoritate metropolitana qua deo fauente fungimini dignemini confirmare eique consecracionis munus pro tempore impertiri, Vt deo auctore nobis & nostre dyocesi velud pastor ydoneus vtiliter preese valeat & prodesse, Nosque vna cum subditis alijs sub ipsius regimine possimus regi regum omnium salubriter militare Ceterum vt vnanimitas votorum nostrorum circa sepius memorate eleccionis negocium vestre paternitatis circumspeccioni euidencius innotescat, presens eleccionis nostre decretum vestre reuerencie per procuratores capituli nostri transmittimus siggillis tam capitulj quam nostris personalibus roboratum, necnon ivxta kanonum statuta singulorum subscripcionibus annotatum, Ego Haquinus prepositus ecclesie arosiensis predictis omnibus interfui & in dictum dominum Nicolaum consensi & huic decreto manu propria subscripsi .⊙. ego Johannes canonicus arosiensis ecclesie predictis omnibus interfui et in dictum dominum nicolaum consensi et huic decreto manu mea propria supscripsi .3. Ego *Gama*liel canonicus ecclesie arosiensis predictis omnibus interfui & in dictum dominum Nicholaum consensi & huic decreto manu mea propria subscripsi .+. Ego thidemannus canonicus arosiensis ecclesie predictis omnibus interfui & in dictum dominum Nicholaum consensi & huic decreto manu propria subscripsi τ^{9}. Ego petrus canonicus arosiensis predictis omnibus interfui & in dictum dominum Nicholaum consensi & huic decreto per manum domini thidemani subscripsi φ.

Sigillen N:o 1, 3, 5, 6, 7 bortfallna; N:o 2, 4 mycket skadade.

1302. 1300 d. 23 Jan. Nürnberg.

Romerska Konungen Albrekts bref till Konung Birger, med anhållan, att Lybecks borgare må tillåtas fri resa till Newa, så väl genom hans länder, som på sjön.

L. c. 193. *)

Excellenti et magnifico principi, Domino Birgero, Regi Swecie, Amico suo dilecto, ALBERTUS, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, Regium et sincerum in omnibus complacendi affectum.

*) Orginalet i Lybeck.

Super graciosa promocione, quam prudentibus viris, Ciuibus de Lubeke, dilectis nostris fidelibus, frequenter, prout publica fama nos edocet, impenditis et hactenus impendistis, excellencie vestre cum graciarum accionibus inclinamus. Affectuosa precum sollicitudine vos rogamus, quatenus eosdem Ciues nostros Lubicenses versus Nu, tam per terras vestras, quam per aquas ire secure et libere permittatis iuxta quod honestus vir, lator precencium, vestram excellenciam plenius informabit. Scientes, quod iidem Ciues honori vestro et profectui, vt audiuimus, intendunt totis viribus atque posse. Datum apud Nuerembergam IX Kln. Feb. regni nostri Anno secundo.

Påskrift: Excellenti et magnifico principi domino Birgero, Regi swecie, amico nostro karissimo.

1303. 1300 d. 12 Febr. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla, med tillstånd för Predikare- och Minoriter-Ordens bröder, att i sina kyrkor och egande ställen samt på gator få offentligen predika för folket, så ock att i alla städer och stift få afhöra bigt, ålägga bot och gifva aflösning, mot det att 4:dedelen af deras derföre erhållna inkomster meddelas församlingens kyrkoherde, samt att de måga hos sig inom sina kloster och å deras egande platser begrafva dem, som der välja sig lägerstad.

B. 9: 72 *).

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam, super cathedram preeminencie pastoralis, diuina prouidencia [1]) constituti et si multis et arduis que in amplum Romane curie alueum vndique confluunt, quasi torrens, pregrauemur negociis, curis excitemur innumeris, cogitacionibus plurimis distrahamur, circa id tamen feruentibus votis intendimus, vacamus instancius, ac operose sollicitudinis studium inpertimur [2]), vt ad diuini nominis gloriam exaltacionem catholice fidei, et perpetuum [3]) fidelium animarum, precisis radicitus dissidiorum vepribus, et litigiorum anfractibus omnino subductis, inter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis [4]) dominici deputatos, ceterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis exestuet, inualescat concordie vnitas, et animarum indempnitas perseueret, Scimus enim et [5]) ex euidencia facti colligimus quod non nisi pacis in tempore bene colitur pacis actor [6]), nec ignoramus quod dissensiones et scandala, prauis actibus aditum preparant, li-

*) *Finnes i* B. 2: 192. *med denna öfverskrift:* Bonifacius statuit papa quod predicatores in ecclesiis parochialibus vel locis horum predicare non possunt nisi de licencia sacerdotis, nec ea hora in locis propriis quando prelatus predicat in ecclesia sua et quod tenentur dare quartam de funeralibus; *samt följande olikheter:*

1) diuina disponente clemencia 2) impertimur 3) perfectum 4) regis 5) quod 6) auctor

tes [7]) et odia suscitant, illicitis motibus ausum prebent, Olim siquidem jnter prelatos et rectores seu sacertotes [8]) ac clericos parochialium ecclesiarum, per diuersas mundi prouincias constitutos ex parte vna et predicatorum ac minorum ordinum fratres ex altera, pacis emulo, satore zizanie procurante, grauis et periculosa discordia extitit suscitata, super predicacionibus fidelium populis faciendis, audiendis eorum confessionibus, penitenciis iniungendis eisdem, ac [9]) tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ecclesias noscuntur [10]) eligere sepulturam, nos autem pii patris more laudabilj moleste ferentis jncommoda filiorum reducentes ad exacte consideracionis examen ac infra pectorum claustra sollicite reuoluentes quam sit plena periculis quam onusta dispendiis, quamque in diuine maiestatis conspectu reddatur exosa discordia supradicta, et propterea intendentes paterne sollicitudinis studio illam prorsus euellere ac omnimode submouere nullis vnquam futuris temporibus actore domino suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, vt huiusmodi negocium, quod potissime insidet cordi nostro finem salubrem et scelerem [11]) per apostolice sollercie studium consequatur, et [12]) diligenti cum fratribus nostris deliberacione prehabita super eo, ad honorem dei, exaltacionem fidei quietum statum parcium predictarum, ac [13]) animarum fidelium incrementum de ipsorum fratrum consilio apostolica auctoritate statuimus et [14]) eciam ordinamus, vt dictorum ordinum fratres, in ecclesiis et locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero et populo predicare ac proponere verbum dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum prelati predicare voluerint vel coram se facere sollempniter predicari, jn qua predicare cessabunt, preterquam si aliud de prelatorum ipsorum voluntate processerit, ac licencia speciali Jn studiis vero [15]) generalibus, vbi sermones ad clerum [16]) fieri solent diebus illis, in [17]) quibus predicari sollempniter consweuit ad funera eciam mortuorum et in festis specialibus seu peculiaribus eorundem fratrum, possint iidem fratres et liceat eis libere predicare nisi forsan [18]) illa hora, qua solet ad clerum jn predictis proponi locis seu studiis verbum dei, episcopus vel prelatus superior clerum ad se generaliter conuocaret, aut ex aliqua racione vel causa vrgente clerum ipsum duceret congregandum Jn ecclesiis vero parochialibus, fratres ipsi nullatenus audeant vel [19]) debeant predicare, vel proponere verbum dei, nisi fratres predicti a parochialibus sacerdotibus inuitati vel vocati fortassis extiterint, aut de ipsorum beneplacito et assensu, seu petita licencia fuerit et optenta, siue episcopus vel prelatus superior per eosdem fratres predicari mandaret, Statuimus eciam et ordinamus auctoritate pre-

---

7) rancores 8) sacerdotes 9) et 10) eccclesia siue loca nuscuntur 11) celerem 12) et *är uteslutet.* 13) salutis *är tillsatt.* 14) ac 15) autem 16) ex more *tillsatt.* 17) in *utesl.* 18) forsitan 19) nec

dicta, vt [20]) in ciuitatibus singulis et dyocesibus in quibus fratrum ipsorum loca consistere dinoscuntur, vel in ciuitatibus vel [21]) dyocesibus, locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, magistri priores prouinciales predicatorum, aut eorum vicarii, et generalis minister, ac prouinciales ministri, et custodes minorum, ordinum predictorum ad presenciam prelatorum eorundem locorum se conferant, per se vel fratres, quos ad hoc ydoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint, in eorum ciuitatibus et [22]) dyocesibus confessiones subditorum suorum confiteri volencium, audire libere valeant et huiusmodi confitentibus prout secundum deum expedire cognouerint, penitencias imponere salutares et eis beneficium absolucionis inpendere, de licencia, gracia et beneplacito eorundem, ac deinde prefati magistri, ac [23]) priores prouinciales, et ministri ac prouinciales ministri, ordinum predictorum, eligere studeant personas suffi-cientes, ydoneas, vite probate, discretas, modestas, atque peritas, ad tam salubre ministerium et officium exsequendum, quas sic ab ipsis electas, representent vel faciant presentari prelatis, vt de ipsorum licencia, gracia et beneplacito, in ciuitatibus et dyocesibus eorundem, persone huiusmodi sic electi, confessiones confiteri volencium audiant, imponant penitencias salutares, ac beneficium absolucionis inpendant, prout superius est expressum, extra ciuitates et dyoceses, in quibus deputate fuerint [24]) per quas volumus et non per prouincias deputari, confessiones nullatenus audiure, Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi exercendum officium esse debet, prout numerositas cleri et populi, aut [25]) multitudo vel paucitas exigit eorundem et si iidem prelati petitam licenciam confessionum [26]) huiusmodi audiendarum concesserint, illam prefati magistri ministri ac alii cum graciarum accione recipiant, dicteque persone sic electe commissum sibi officium exsequantur, quod si forte iam dicti prelati quemquam ex huiusmodi fratribus presentatis eisdem, ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto vel subtracto loco ipsius similiter eisdem presentandus prelatis possit et debeat alius subrogari, Si vero iidem prelati prefatis fratribus, ad confessiones vt premittitur audiendas electis huiusmodi exhibere licenciam recusarent [27]), nos ex nunc ipsis, vt confessiones sibi confiteri volencium, libere valeant liciteque audire, eisque penitencias inponere salutares atque eis [28]) absolucionis beneficium inpertiri, graciose concedimus de apostolice plenitudine potestatis, per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis, seu fratribus [29]), ad id totaliter deputatis potestatem [30]), inpendere pleniorem [31]), quam in eo curatis seu paro-

---

20) quod 21) et 22) et *utesl.* 23) ac *utesl.* 24) fuerint deputate et 25) ac 26) confessionis 27) recusarint 28) eisdem 29) ipsis *tillsatt.* 30) in hoc *tillsatt.* 31) ampliorem.

chialibus sacerdotibus est a iure concessa, nisi forsan eis ecclesiarum prelati vberiorem in hac parte graciam specialiter ducerent faciendam, huiusmodi quoque statuto et ordinacioni nostris adicimus, vt fratres dictorum ordinum in ecclesiis et locis suis vbilibet constitutis, liberam vt sequitur habeant sepulturam, videlicet quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint, in locis et ecclesiis memoratis, Verum ne parochiales ecclesie et [32]) ipsarum curati siue rectores, qui ministrare habeant [33]) ecclesiastica sacramenta quibusve noscitur de iure competere predicare seu proponere verbum dei, et confessiones audire fidelium, debitis et necessariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibicio debeatur, auctoritate statuimus et ordinamus eadem vt fratres ordinum predictorum, de obuencionibus omnibus tam de funerálibus quam quibuscunque et quomodocumque relictis, indistincte vel distincte ad quoscumque certos vel determinatos vsus de quibus eciam quarta seu canonica porcio dari siue exigi non consweuit vel non debet de iure, necnon de datis vel qualitercumque donatis in morte vel [34]) mortis articulo aut [35]) infirmitate donantis seu [36]) dantis de qua decesserant [37]) quomodocumque indirecte vel directe fratribus ipsis vel aliis pro eisdem, quartam partem, quam apostolica auctoritate taxamus et eciam limitamus parochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur, facturi et curaturi, quod nec alii vel aliis a quibus quarta huiusmodi minime debetur [38]) ad ipsorum fratrum vtilitatem vel commodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant seu quoque [39]) in morte vel ab infirmis huiusmodi dandum vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorum [40]) dancium vel donancium sanitate sibi dari vel donari procurent, In quibus per ipsos vitandis, eorum intendimus consciencias onerare, vt si quod absit, per fratres ipsos dolo vel fraude, quicquam in hac parte agi fortasse contigerit, preter id quod eos propterea dictis sacerdotibus rectoribus et curatis teneri volumus, eciam districta racio in extremi iudicii requiratur examine ab eisdem, vltra porcionem autem huiusmodi nil valeant parochiales sacerdotes rectores et [41]) curati et prelati exigere supradicti, neque illis amplius dicti fratres inpendere sint astricti neque ad id a quoquam possint aliquatenus coherceri, Nos autem [42]) vt in cunctis equaliter et pacifice fauente domino procedatur vniuersa priuilegia indulgencias, gracias, verbo seu scripto sub quacumque forma vel expressione seu concepcione verborum a nobis vel predecessoribus nostris romanis pontificibus, cuicunque ordinum predictorum concessa necnon conswetudines, conuenciones statuta et pacta, in quantum sunt premissis seu alicui

---

32) ac 33) habent 34) seu 35) in *tillsatt.* 36) vel 37) decesserint 38) deberetur 39) quid 40) eorundem 41) et *utesl.* 42) etenim.

premissorum contraria, penitus reuocamus vacuamus, cassamus et irritamus, quinymo cassa vacua et irrita nunciamus et nullius prorsus existere firmitatis, Ceterum vniuersos ecclesiarum prelatos cuiuscunque preeminencie, status [43]), dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales et curatos siue rectores predictos, presencium tenore rogamus et hortamur attente nichilominus eis districte precipiendo mandantes, quatenus pro diuina et apostolice sedis reuerencia predictos ordines et professores eorum, habentes affectu beneuolo commendatos fratribus ipsis non se difficiles graues, duros, aut asperos sed pocius fauorabiles, propicios, et benignos piaque munificencia liberales studeant exhibere, sic eos in predicacionis officio et proposicionibus verbi dei ac aliis omnibus supradictis tamquam cooperatores eorum ydoneos, et laborum suorum participes prompta benignitate [44]), ac affectuose admittere non omittant, vt proinde illis eterne beatitudinis premium augeatur et animarum salutis incrementa felicia procurentur, nec ipsos lateat quod si secus ab ipsis [45]) agi contingeret in hac parte apostolica sedis benignitas, que ordines et professores eosdem vberi fauore prosequitur et gerit in visceribus caritatis contra eos non inmerito turbaretur, nec eadem equanimiter posset pati, quin super hoc prouisionis optime remedium adhiberet, ipsosque nichilominus celestis indignacio principis, digna pro meritis rependentis, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime preteriret, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinacionis, concessionis, taxacionis, limitacionis, reuocacionis [46]) cassacionis et irritacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacioni omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum Lateran. .XII°. kal. Marcii pontificatus nostri anno sexto.

1304. 1300 d. 15 Febr. Riseberga.

Lagman i Nerike Sunes intyg, att han, enligt vederbörandes samtycke, hade till Riseberga kloster med Fröken Cecilia, Werner Brunkes dotter, gifvit Alma gård samt 40 mark penningar, hvilka han föreskrifver Brunkes arfvingar att inom ett års förlopp utbetala.

A. 3. n.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Suno Legifer nærichiensis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus vniuersis, Quod nos ex consensu & voluntate venerabilis Patris Domini Ysari Episcopi strengenensis

43) vel *tillsatt.* 44) recipere *tillsatt.* 45) ab eis 46) vacuacionis *tillsatt.*

nensis nec non & filiorum quondam domini Werneri dicti brunk contulimus claustro Risæbergh curiam dictam almo cum agris, pratis, colonis, molendinis ac ceteris attinenciis suis racione Prebende Nobilis Domicelle cecilie filie quondam dicti Domini werneri brunko quam ibidem religioni tradidimus, nec non et XL. marchas den. racione eciam dicte Prebende et expensarum ibidem factarum, quas de bonis Heredum sepedicti Domini werneri Brunko esse volumus a festo Pasche nunc instante infra annum integraliter persolutas. jn cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dominorum Gerardi Prepositi nærichie, et Johannis plebani de øræbro presentibus est appensum, scriptum Risebergh. Anno Domini M°.CCC°. jn die Beati sigfridi confessoris.

3 sigill skadade, de 2:ne sista andeliga.

1305. 1300 d. 2 April.

Kaniken i Linköping Boses testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

B. 3: 62. v.

Testamentum magistri bosonis canonici lincopensis qui ecclesie legauit curiam aby cum condicionibus jn littera hac contentis.

Jn nomine domini Amen Anno eiusdem Millesimo CCC sabbato ante dominicam palmarum Ego boso canonicus lincopensis jn infirmitate graui constitutus. sciensque morte nichil esse cercius et nichil incercius hora mortis jdeoque mortalibus nichil esse vtilius quam diem extremum pietatis operibus preuenire Nomine testamenti de rebus meis ordino in hunc modum Primo videlicet fabrice ecclesie lincopensis cui racione perceptorum ab eadem tempore. quo eius amministractionem gessi me in multis obligatum recognosco. Curiam meam in aby videlicet sextenario minus quam IIII:or attungos cum omnibus attinenciis mobilibus et immobilibus confero et refundo hac condicione irrefragabiliter adiecta quod nec episcopus nec prepositus nec archidyaconus. nec decanus nec canonici dictam curiam siue quicquam de bonis eius ad suos uel quoscunque vsus alios applicandi facultatem aliquatenus babeat seu eciam conuertendi. Quod si a quoquam attemptatum fuerit. preposito archidyacono et decano qui pro tempore fuerint dictam curiam cum bonis eiusdem pro vsibus dicte fabrice vendendi. plenam et liberam concedo auctoritate presencium facultatem Jtem ad altare beati petri martiris in ecclesia lincopensi tria vasa argentea vna cum septem cocleariibus argenteis. pro vno calice faciendo Jtem ad sacristiam vnum agrum situm in awange. Preterea breuiarium meum vendi volo et de precio eiusdem vnam casulam comparari ecclesie in skrukuby conferendam Jtem domino W. pre-

posito lincopensi VII iumenta wlgariter dictum løsbiukh cum pullis si qui fuerint. duo puluinaria. duo mensalia et vnam ollam assigno, Domino birghero canonico duo puluinaria, Magistro kanuto I mensale duo puluinaria et vnam ollam Jtem domino Marco sacriste III marchas denariorum jn quibus michi tenetur dominus Røricus birgersson — — — — —

Det öfriga fattas, emedan följande bladet i Codex blifvit bortskuret.

1306. 1300 d. 8 April. Upsala.

Bengt Bosons Stadfästelse på Nils Ubbesons enka, Julianas Testamente, af den 25 April 1298. (Se föregående N:o 1232).

A. 4.

Ego BENEDICTUS BOOSSON nunc proximus heres dicte Juliane ex parte mea et heredum meorum predictum testamentum ratifico, sub condicione quam venerabilis pater dominus meus archiepiscopus super terra in sæby legata expresserit secundum dicte Juliane et meum beneplacitum et consensum. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum vpsalie anno domini Millesimo. Trescentesimo, Jn die parasceues.

Är tillskrifvet vid slutet af ofvannämnde orginal-testamente.

1307. 1300?

Johan Litles af Myrby intyg om den öfverenskommelse, som Bengta af Berga, innan hon gick i kloster, uppgjort med sina slägtingar om hennes fädernegods.

A. 6.

Omnibus presencia visuris vel audituris JOHANNES dictus PARWS de Myrby salutem in domino. Vniuersitati vestre notum facio per presencia quod cum soror benedicta de biergum religionis habitum vellet assumere ego ex parte ipsius suos veros heredes secundum leges terre et consilium domini mei benedicti legiferi rite atque legaliter citaui, vt ad ipsam conuenirent ac eius bona patrimonialia iusto precio iure empcionis sibi vendicarent, qui prefata bona emere non sufficientes a predicta sorore benedicta petebant humiliter et attente quod ipsa de suis bonis aliquam partem diuine remuneracionis intuitu eis daret, consencientes vt de reliquis bonis suis mobilibus et inmobilibus libere secundum velle proprium et beneplacitum ordinaret, Supradicta vero soror .B. verorum heredum suorum videlicet sororis patris sui, que vocatur øa, et filiorum ipsius thoriri et holmstani precibus inclinata, eis partem quandam de suo patrimonio in bøthaskogh possidendam assignauit, memoratique øa et filii eius thorirus et holmstanus, quicquid iuris in hereditate sepedicte sororis habuerunt in manus eiusdem, presentibus hemmingo sunasun. gerdaro thanne ærinwardo de biergum, birgero de stafby, et karulo de bier-

gum, legaliter resignarunt spontanee, consencientes plenarie vt ipsa sua bona mobilia et inmobilia daret vel venderet libere secundum sue beneplacitum voluntatis huic assignacioni et resignacioni ego personaliter interfui, ac eam rite secundum consuetudinem et leges terre publice promulgaui Jn cuius rei testimonium sigilla dominorum Nicolai legiferi werendie et Nicolai sestridisson cum meo proprio presentibus sunt appensa.

På frånsidan: aff Böta skogh.

Sigillen N:o 1 och 2 skadade; N:o 3 borta, remsan qvar.

1308. 1300 d. 13 April *).

Grefve Jacobs af Halland Förpantningsbref på Herlef i Grimmeton, Jonsryd och Straksryd till Henrik Morijn för 500 lödig mark silfver, med vilkor, att dem när som helst mot samma summa kunna återlösa, äfven om de af honom till någon annan under tiden förpantas.

E. 80. c. 5.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Jacobus Dei gratia Comes Hallandiæ eternam in Domino salutem. Noverint universi tam posteri qvam præsentes, qvod dilecto nobis in Christo Domino Henrico Moryn **) et Hæredibus suis omnia bona nostra infrascripta, videlicet in Grymätunä herleef qvæ habuimus de Thyrberno Swenson Ionsryth et Straksryth, cum omnibus et singulis prædictorum bonorum adjacentijs scilicet colonijs, inqvilinijs molendinis silvis agris, pratis, pascuis et piscaturis cæterisque alijs suis casibus nominatis et innominatis nullo exempto pro qvingentis marchis puri argenti, ponderis colonijensis inpignoramus per præsentes pro proprijs suis usibus, usque ad dicti argenti totalem solutionem libere ordinanda, ita qvod idem Henricus Moryn et ipsius Heredes incumbente eis necessitate possint ea deinceps, cui voluerint pro tanta Summa argenti ut præmittitur, exponere titulo pigneris et non perpetue alienationis præconditionaliter per excluse pro eo tantum qvod nobis et Hæredibus nostris post nos debitum jus et plenaria auctoritas reserventur et salventur, prænominata bona omnia cum omnibus suis suprascriptis pertinencijs a qvocunque cui dicta bona pro memorata qvantitate argenti exposita fuerint, et qvandocunque nobis placuerit redimendi, prohibitus et firmiter et præconditionaliter subseqvens articulus et subscriptus fiat omnibus Successoribus nostris in dictum Dominium Hallandie, principibus vel Dominis qvalibuscunque vel qvibuscunque utputa, qvod se de dictis bonis, cuicunque persone impigneratis pro eorum aliqva impetione vel revocatione nullatenus intromittant anteqvam pro qvingentis marchis puri argenti ponderis colonijensis a qvocunque cui impignorata fuerint redimentur. Datum sub testimonio Sigilli nostri, nec non et Sigillorum

*) Skulle kunna vara 1304 den 29 Mars.

**) Kallas hos Suhm, Hist. af Danmark, Tom. II, pag. 360, Monyn.

dilecti filij nostri . . . . . et Domini Petri Iacobson in cautelam firmiorem. Anno Domini Millesimo tricentesimo Qvarto die Pasche.

1309. 1300 d. 18 April. Husaby.

Westgöta Lagmannen Bengts intyg, att Brynolf Herljun tillstått, det han för egarens räkning sålt gården Höstena till Biskop Brynolf i Skara, för 20 mark.

B. 6: 7. v.

Omnibus quibus presens scriptum innotuerit Benedictus legifer vesgotorum salutem jn domino ihesu christo Constitutus jn presencia nostra Brwnnolphus herliun super tængiem recognouit se predium quod petrus brynnolffsson habuit et possedit jn høsteen domino Brynnolffo dei gracia scarensi episcopo pro viginti Marcis nomine dicti petri vendidisse. Jn cuius rei euidenciam pleniorem Sigillum domini tolueri vnacum sigillo nostro presentibus est appensum Datum Hosaby Anno domini M°CCC° die Lunæ proxima Quasimodogeniti.

1310. 1300 d. 1 Maj. Linköping.

Biskopen i Linköping Lars II:s vidimation och stadfästelse af sin företrädares, Biskop Henriks Stadga af den 26 April 1272.

B. 3: 13. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus Laurencius dei gracia episcopus lincopensis salutem in omnium saluatore Noueritis nos litteras venerabilis patris predecessoris nostri episcopi henrici non Rasas. non abolitas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba. He. dei gracia &c, *Se N:o* 561. Predictas igitur litteras quas ex zelo deuocionis nouimus emanasse ex consensu et consilio capituli nostri auctoritate presencium confirmamus Jn cuius rei euidenciam pleniorem sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri pretentibus duximus apponendum Datum lincopie Anno domini Millesimo CCC. Jn die apostolorum philippi et Jacobi.

1311. 1300 d. 1 Maj.

Carl Dagssons Bref om förändring af en punkt i dess år 1297 utgifna testamente.

B. 3: 114.

Jn nomine dominj amen, Anno eiusdem M°CCC° die apostolorum philippi et Jacobi Ego Karl dictus dagsson sciens voluntatem testatoris ambulatoriam usque ad mortem, testamentum meum quod anno dominj M°CC°XCVII°. vigilia assumpcionis condidi quod vnum duntaxat articulum immuto quod

videlicet V. marche quas olauo nepotj meo nomine testamenti contulj pro anima mea et aliorum fidelium iuxta ordinacionem discreti virj dominj Wymundi prepositi Lincopensis Jn missis vigiliis psalteriis et aliis piis operibus expendantur. Aliis omnibus in dicto testamento contentis in suo robore duraturis Jn cuius rei testimonium Sigillum capituli ecclesie lincopensis vna cum sigillo ciuitatis eiusdem presentibus est appensum.

1312. 1300 d. 2 Maj. Fånö.

Folke Jonssons Förpantningsbref på 6 öresland jord i Telge i Frötuna socken, till Upsala domkyrka, för 50 mark gängse mynt, dem han blifvit skyldig för låntagne 10 läster spannemål, med tillstånd att fastigheten lagfara, derest skulden ej inom d. 25 derpå följande Nov. blifvit betald.

B. 2: 28.

Omnibus presentes litteras inspecturis, FULCO JONSSON salutem in domino sempiternam Notum esse volumus per presentes Nos mutuo recepisse et habuisse ab ecclesia vpsalensi decem lestas annone pro quinquaginta marchis denariorum monete currentis, pro quibus predium nostrum in villa telgium, parochie frøtunum, videlicet sex oras terre exponimus & obligamus per presentes sub hac forma, quod si predicte sex ore terre, pro quinquaginta marchis denariorum in moneta nunc currenti, in quindena post festum sancti martini nunc proxima integraliter apud vpsaliam redempte non fuerint, ex tunc dictum predium, videlicet sex ore terre cadant in precium et solucionem debiti memoratj et domino ac possessioni dicte ecclesie vpsalensis approprientur pleno iure, resignantes in hoc longioris termini prorogacioni, ac omni excepcioni seu legum auxilio que nobis vel quibuslibet personis ad nos pertinentibus competere posset ad inpediendam seu contractandam obligacionem supradictam per nos factam, vt autem hec obligacio secundum terre leges et patrie consuetudinem sufficiens fiat in communi placitacione apud fulclans thingstad, super hiis dedimus fastones in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, datum fanø Anno domini M°CCC° in crastino apostolorum philippi et iacobi.

1313. 1300 d. 3 Maj. Arnö.

Ärkebiskopen Nils Allessons Vidimation af Påfliga Legaten Johans bref af den 22 Juli 1286.

A. 2. d.

Vniuersis presentes litteras Jnspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Noueritis nos vi-

disse, et diligenter perspexisse infrascriptas litteras, non abolitas, non cancellatas, non rasas, nec in aliqua sui parte viciatas, quarum tenor per omnia talis erat, JOHANNES &c. *Se föregående N:o* 942. Datum apud arnø, anno domini. M°,CCC°, quinto Non. Maij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1314. 1300 d. 3 Maj. Arnö.

Ärkebiskopen NILS ALLESSONS vidimation af ett annat bemälde Påfliga Legats bref.

A. 2. d.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos vidisse et diligenter perspexisse infrascriptas litteras, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, quarum tenor per omnia talis erat, JOHANNES &c. *Se föregående N:o* 952. Jn cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud arnø. anno domini. M°.CCC°. Quinto Non. Maij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1315. 1300 d. 21 Maj. Sigtuna.

Provincial-Vicarien NILS's Förordnande, att det Breviarium, hvilket Thorer från Huddunge, såsom Munk, skänkt Sigtuna kloster, af honom i hans lifstid fick begagnas, men efter hans död, ehvar det fanns, skulle, utan att kunna afhändas, klostret tillfalla.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis, ffrater NICOLAUS vicarius prouincialis, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium notum facio quod frater thorirus de huddungi cum adhuc esset conuentualis siktunie, breuiarium suum ex quibusdam causis, assignauit communitati conuentus siktunensis, de licencia et approbacione fratris Jsraelis tunc prioris ibidem, jta quod quocumque loco eum assignari contingeret vel vbicumque mori, dictum breuiarium ad sepedictum conuentum pertineret et ad ipsum redire deberet, Ego igitur premissum factum cum beneplacito dicti fratris thorriri et eo presente approbans, et actoritate prioris prouincialis qua fungor ratificans et confirmans, Testificor quod dictum breuiarium simpliciter absque potestate alienandi illud per fratrem thorirum, pertinet ad conuentum siktunensem, sed, dicti breuiarij vsus ad sepedictum fratrem thorirum pertinet, tempore

vite sue, datum siktonie anno domini. M.CCC sabbato infra, octauas ascensionis domini.

Sigillet från den ur brefvet klippta remsan bortfallet.

1316. 1300 d. 27 Maj. Stockholm.

Biskopen Lars II:s i Linköping Förordnande om ändring i Biskop Henriks Stadga angående utgörandet af tionde från församlingarne i Östra härad i Niudunge och Östbo härad till Nydala kloster.

A. 2.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras Jnspecturis. Laurencius dei graeia episcopus lincopensis. salutem in domino sempiternam. Cum omnium habere memoriam et in nullo peccare. non humane, sed pocius angelice sit virtutis, Jdeo ne res gestas in tempore propter labilem hominum memoriam, et mutabilem quorundam voluntatem, abolere valeat processus temporis longioris, cautum est, vt eas conseruet perhennis viuacitas litterarum. Hinc est, quod cum dilecti nobis in christo filii. viri religiosi, abbas et conuentus noue vallis, cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, quasdam decimas episcopales, in trium quadrancium ecclesiis, in prouincia que østrahæradh Nyudungie dicitur, que ecclesie hiis nominibus appellantur. skyri. alsydha. Myrisbodhe. Limandahult. Nessyohult. Myrisyo. Næuilsyo. sketha. et in trium quadrancium ecclesiis in prouincia que dicitur østbohæradh. que ecclesie sic vocantur. vernamo. Tando. owaxthorp. Gællurydh. Frøale. haxsyohult. Toftrydh. kæppsyo. aker. nostre dyocesis habuissent, et occasione earundem decimarum secundum ordinacionem felicis recordacionis, domini henrici, quondam predecessoris nostri nobis, et episcopis lincopensibus, qui pro tempore fuerint, a prima dominica aduentus, vsque ad vigiliam natalis domini. Jn Monasterio suo, si tanto tempore ibidem pro deuocione stare decreuissent, cum certo personarum et equorum numero, jdem abbas et conuentus, prouidere in expensis competentibus tenerentur. quod et semper promto sollicitudinis studio faciebant. verum quia crescente hominum malicia, quod prouisum est ad remedium, jam tendit ad noxam, Nos considerantes quod huiusmodi ordinacione et procuracione, multa tedia, grauamina, et incommoda hinc et inde euenirent, ac euenire possent amplius in futurum. volentesque tam nobis et nostris successoribus, quam eciam, dictis, abbati et conuentui, super premissis salubriter prouidere. communi consilio et assensu capituli nostri. cum prefatis, abbate et conuentu taliter duximus ordinandum. videlicet quod nos, successoresque nostri. pro expensis et procuracionibus, nobis,

nostrisque successoribus, ac canonicis faciendis, decimas de ecclesiis, videlicet, skyri. Nessyohult. vernamo. Tando. owaxthorp. Gællurydh. frøale. haxsyohult. Toftrydh. kæpsyo. aker. decetero recipiemus, aliis decimis tam nouis quam antiquis, in Ecclesiis videlicet, alsydha. Myrisbodhe. limandahult. Myrisyo. Næuilsyo. sketha. integraliter et inconcusse, predictis, abbati et conuentui, noue vallis remanentibus in perpetuum pleno jure. eosdem, abbatem et conuentum, ab expensis predictis, stipulacione sollempni, et legittima absoluentes. ac renunciantes, nostro, ecclesie nostre, successorumque nostrorum, nomine, omni excepcioni, doli. mali. fraudis, decepcionis, alienacionis, seu alio quocunque beneficio, vel auxilio, canonici juris vel ciuilis, quod nobis, ecclesie nostre, et successoribus nostris, in premissis prodesse. ac predictis, abbati et conuentui, noue vallis obesse valeat in futurum. Ne igitur predicta ordinacio, de cetero ab aliquo inficiari valeat, aut quomodolibet violari. ipsam in scriptis redactam. sigillo Magnifici principis. domini byrgeri dei gracia illustris Regis swechie, et sigillo reuerendi patris domini Nicolai diuina miseracione vpsalensis ecclesie archiepiscopi. vna cum sigillo nostro, et capituli nostri in testimonium et munimen perpetuum fecimus roborari. Datum stokholmis. anno domini. Millesimo. Triscentesimo. feria sexta proxima, post octauam ascensionis domini.

Sigillen, utom ett fragment af N:o 1., alla bortfallna; hafva hängt, de 3 första på röda, det 4:de på gula silkestrådar.

1317. 1300 d. 29 Maj.

Konung Birgers Bref på hela Fjerhundraland med Enköpings stad, till morgongåfva för des Gemål, med förbindelse, att, enligt förut träffad öfverenskommelse, öka samma gåfva med andra gods, om denna skulle befinnas vara mindre än den Konungens syster Ingeborg af Konungen i Danmark erhållit.

L. d: 2. a. 72.

Omnibus præsentes litteras inspecturis, Birgerus, Dei gratia, Sueorum, Gothorumque Rex, salutem in Domino sempiternam. Rationi consonum arbitramur, ut ea, quæ per Principes provida deliberatione pro bono pacis, et mutuæ dilectionis vinculo gesta sagaciter fuerint et statuta, ipsorum successores stabiliant et observent. Hinc est, quod inter Magnificos Principes ac Dominos, Ericum quondam Regem Danorum, et dilectum patrem nostrum, Magnum, Regem Sueciæ, felicis recordationis, tempore sponsalium inter Dominum Ericum, nunc regem Daciæ illustrem, et dilectam sororem nostram Dominam Ingeburgem ex una parte, et Nos et Consortem nostram ex altera con-

contractorum, placitatum exstitit in hunc modum: Quod quicunque nostrum, scilicet Dominus Ericus nunc rex Daciæ præmissus, vel Nos, prius matrimonium consummaret contractu, rite suas nuptias celebrando, quantacunque donatione propter nuptias suam uxorem honoraret, ad tantam donationem ille nostrum qui subsequenter suas nuptias celebraret, suæ uxori teneretur assignare. Nos igitur eandem Consortem nostram dilectam omni honore et dilectionis privilegio, quo poterimus prosequi cupientes, ut tenemur, sibi totam Fiedrundiam cum suis obventionibus et reditus dedimus et assignavimus, pleno jure perpetuo possidendam, ratione donationis propter nuptias supra dictæ, una cum villa forensi Enecopia, in eadem terra sita, conditione servata eadem et consimili, qua donatio Sorori nostræ prædictæ, ab ipso Rege Daciæ fuerit assignata. Si vero præmissi reditus de prædicta terra et villa Enecopensi provenientes, quo minus valuerint seu minores fuerint, quam quod præclarus princeps Dominus Ericus, rex Danorum prædictus Sorori nostræ dignoscitur contulisse, Nos de bonis nostris aliis defectum hujusmodi, in locis ipsi Uxori nostræ aptioribus et utilioribus, ita supplebimus, quod eadem donatio nostra tanta sit penitus in reditibus, quanta donatio facta ipsi Sorori nostræ per Dominum Regem Daciæ supradictum. Datum anno Domini MCCC. die Pentecostes.

1318. 1300 d. 30 Maj *). Stockholm.

Konung Birgers Bref till Höfvidsmannen i Finland Nils Andersson, med tillstånd för några hemmansägare, att fortfarande få till odling begagna skogarne i Tavastland.

K. i. 188.

Bergerus Dei gratia Swenorum Gothorumqve Rex, discreto viro Domino Nicolao Andersson Præfecto Finlandiæ, salutem in Domino sempiternam. Accedentes ad nos præsentes exhibitores Michael de Lappafærd, Andar de Sastamell et Tobbe de Tenka nobis sua propositione de sylvis in Tawastia qverulosa monstrarunt, qvod secundum qvorundam prædiorum culturam de qvibus sylvis in Tawastia qvas ex speciali concessione et licentia Domini Haraldi qvondam ibidem advocati nostri hactenus excoluerant, nunc ut asserunt molestantur et impetuntur nimis injuste. Qvare cum Fratri carissimo Duci Waldemaro mage proficuum esse dinoscitur qvod terra sua per homines discretos ydoneos excolatur et inhabitetur qvam deserta relinqvitur, volumus et mandamus itaqve, qvatenus super præmissis homines prædictos a

*) Skulle kunna vara 1303 den 1 Juni.

modo nullatenus molestare velitis, sed potius ipsos terram per eos cultam pacifice et qviete de cætero sicut hactenus habere permittatis, dummodo non obstiterit aliqvid, qvod adhuc intelligere non potuimus de prædiis supradictis.

Datum Stockholm Anno Domini MCCC. III. Kalend. Junii.

1319. 1300 d. 17 Juni.

Sigmund Keldorssons och Philip Björnssons Stadfästelse å deras faders, Björn Sångares gåfva af 5 öresland jord i Grytby och Olafsta till sin tjenarinna Christina eller hennes son Ingevald, för trogen tjenst.

A. 6. a. 3.

Omnibus presentes litteras inspecturis Sighmundus kældorsson et Philippus biornsson salutem in omnium saluatore Quia dilectus pater noster bero quondam dictus sangari memorie recolende famule sue dilecte Cristine seu filio suo Jngiualdo racione sui fidelis seruicii pariter et laboris legauit quinque horas terre in villis que dicuntur grytby et olafstæ situatas Tenore presencium constare volumus omnibus euidenter quod nos donacionem predictam nominate Christine suisque heredibus factam legaliter in presencia discretorum virorum videlicet domini Michaelis vlfson domini Johannis de tælghium Morchari de alsno ac aliorum fide dignorum ratam gratam firmam fecimus et acceptam ac irreuocabiliter stabilitam Jn cuius rei testimonium presentes litteras siggillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum anno domini .M°.CCC° Jn die beati botulfi.

Två Sigill bortfallna, remsorna qvar.

1320. 1300 d. 29 Juni. Linköping.

Abboten i Nydala Germunds Bref om afståendet af en del af den klostret förlänta Biskopstionden af Östra härad i Njudinge och Östbo härad, mot befrielse från skyldigheten, att under Adventet i klostret underhålla ett visst antal personer och hästar åt Biskopen.

A. 2.

Vniuersis christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Frater Germundus dictus abbas, Totusque Conuentus Noue uallis Cysterciensis ordinis Lincopensis dyocesis, salutem in domino sempiternam. Cum omnium habere memoriam et in nullo peccare, non humane, sed pocius angelice sit virtutis, idcirco ne res gestas jn tempore propter labilem hominum memoriam, et mutabilem quorundam voluntatem abolere valeat processus temporis longioris, Cautum est, vt eas conseruet perhennis viuacitas litterarum, Hinc est,

quod tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod cum nos ac predecessores nostri quasdam decimas episcopales jn trium quadrancium ecclesijs, jn prouincia que østrahæradh Niuthungie dicitur, que ecclesie hijs nominibus appellantur, Skiri. alsidh, Myrisbothi, limandahult, Nessiohult, Myrisio, Neuilssio, Sketha, Et in trium quadrancium ecclesijs jn prouincia que østbohæraht dicitur, que eciam ecclesie sic vocantur, warnamo, Tando, owaxthorp, Gellorÿth, frøale, haxiohult, toptryd, kæpsio, aker, lincopensis dyoeesis pro sustentacione nostra habuissemus, et occasione earundem decimarum secundum ordinacionem reuerendi patris domini Hynrici felicis recordacionis quondam dei gracia Lincopensis ecclesie episcopi, Sibi, suisque successoribus qui pro tempore fuerint, a prima dominica aduentus vsque ad vigiliam natalis domini jn monasterio nostro, Si ibidem pro deuocione tanto tempore stare decreuissent, cum certo personarum et equorum numero prouidere jn expensis decentibus teneremur, Nos pensatis diligenter huiusmodi expensis, et tedijs, grauaminibus, ac multimodis jncommodis et jnsolencijs, que crescente hominum malicia, occasione predictarum expensarum jn predicto monasterio nostro hinc et inde euenirent, et euenire possent amplius in futurum, volentesque tam expensas et vexaciones predictas redimere, quam eciam paci et tranquillitati nostre super premissis salubriter prouidere, communi et concordi consilio, cum reuerendo patre domino Laurencio, dei gracia predicte lincopensis ecclesie episcopo super predictis decimis et expensis taliter duximus ordinandum, videlicet, quod nos predicto domino laurencio, episcopo, suisque successoribus, ac ecclesie Lincopensi, decimas de ecclesijs videlicet Skiri, Nessiohult, warnamo, Tando, owaxthorp, Gellorÿth, frøale, haxiohult, Toptryd, kapsio, aker, pro expensis sibi suisque successoribus, ac canonicis de cetero faciendis, resignauimus, et presentibus resignamus, alijs decimis tam nouis, quam antiquis, jn ecclesijs videlicet alsid, Myrisbothi, limandahult, Myrisio, Næuilsio, Sketha, nobis sine omni grauamine et molestia remanentibus jntegraliter, jnconcusse et in perpetuum pleno jure, promittentes eidem domino Laurencio, episcopo et suo capitulo sollempni et legitima stipulacione, nos et successores nostros predictam ordinacionem perpetuo et irrefragabiliter Seruaturos, ac renunciantes nostro et successorum nostrorum nomine omni exceptioni doli mali, fraudis, decepcionis, alienacionis, seu alio quocunque beneficio vel auxilio canonici juris vel ciuilis, quod nobis, successoribusque nostris prodesse jn premissis, ac predictis domino Laurencio, episcopo suisque successoribus ac ecclesie Lincopensi, obesse valeat jn futurum, Ne igitur predicta ordinacio ab aliquo inposterum jnficiari valeat aut quomodolibet violari, jpsam jn scriptis redactam, Sigillis magnifici principis domini Erici dei gracia ducis Swecie, et illustris militis domini swantepolk, et Nos frater Germundus

abbas predictus, Sigillo nostro, Nos vero conuentus, quia secundum jnstituta nostri ordinis Sigillo autentico non vtimur, Sigillo venerabilis patris domini abrahe abbatis aluastrensis jn testimonium et munimen perpetuum fecimus roborari, Datum Lincopie anno domini M°,CCC°, jpso die apostolorum petri et Pauli.

Sigillet N:o 1 bortfallet; N:o 2—4 skadade.

1321. 1300 d. 3 Juli. Strengnäs.

Biskop Ysars i Strengnäs Bytesbref, hvarigenom jordar i Mora och Thör, jemte mellangift, lemnas åt Holmstanus af Grodunge, emot hans gård Älfvestad i Östergötland.

A. 6. a.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Ysarus dei gracia episcopus Strænginensis, salutem in domino sempiternam, acciones rite gestas confirmare debet perhennitas litterarum, ne corrumpantur jn posterum per fallaciam peruersorum. Noscant igitur tam posteri quam moderni, Nos cum domino homlstano de Grodungy tale fecisse concambium prediorum videlicet, quod eidem curiam in Morum cum omnibus suis attinenciis, ac Centum viginti marchas denariorum necnon et vnam dimidiam marcham terre in Thør commisimus et soluimus, pro curia sua ælwistadæ jn østgocia quam nobis iure perpetuo dimisit integraliter et expresse. scilicet. cum tribus attungis terre quarta parte vnius attungi minus cum pecoribus, agris pratis, siluis, piscariis, et ceteris que pertinent ad eandem, huius facti testes sunt, Dominus Nycholaus ingimundæ son *ericus* østenssøn, confirmatores vero qui wlgariter dicuntur fastær sunt isti, Jon brunco, hæmingus thorstensson, Remboldus, sigwidus østensson, Jngimarus de Rifsum Radulphus de bogasten, elardus. Rangwaldus sibbæson Laurencius de wic, Jngeldus de halspang, Jngulphus, petrus Thomasæ son Jnter hos eciam presenti commutacioni dominus Johannes prepositus et totum capitulum nostrum necnon et alii discreti viri plurimi affuerunt, Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum et sigillum capituli nostri necnon et sigilla discretorum virorum, dominorum Efrardi decani vpsalensis et Nicholai Jngimundæ son, et discreti viri Erici østensson vna cum sigillo domini holmstani supradicti, presentibus sunt annexa. Datum strængines anno domini .M°. CCC°. in dominica proxima post apostolorum petri et pauli.

Sigillen N:o 1, 3, 4, 5, 7 mer eller mindre skadade, N:o 2, 6, 8 bortfallna.

1322. 1300 d. 1 Aug. Linköping.

Borgerskapets i Linköping Intyg om Kyrkoherden Finvids gåfva och slutliga upplåtande af dess andel i Hildehult till Linköpings Biskopsstol.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis VNIUERSITAS CIUIUM lincopensium. salutem in domino. Constare volumus euidenter quod dominus finuidus rector ecclesie de hæsleby. in nostra presencia constitutus. Recognouit et confessus est quod tempore venerabilis patris Episcopi henrici felicis recordacionis. quicquid iuris habuit in hyldæhult cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus ad eandem curiam pertinentibus ob anime sue remedium, contulit liberaliter et mere sedi lincopensis ecclesie. ab eo qui eidem Sedi prefuerit perpetuo possidendum. Cum autem idem dominus .ff. dictam curiam usque ad hec tempora pro usibus suis retinuerit eandem exnunc cum omnibus bonis ut superius est expressum. fructibus duntaxat anni instantis exceptis. libere . . . nat in manus domini Episcopi lincopensis, ad horum igitur euidenciam pleniorem sepe dictus dominus .ff. presentes litteras Sigillo ciuitatis . . . e petiit communiri. Datum et actum lincopie anno domini. Millesimo. CCC°. in aduincula Sancti petri.

Sigillet, hängande vid en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1323. 1300 d. 11 Aug.

ÖJAR NILSSONS Bref, med tillkännagifvande, att han gifvit sina i Wreta kloster ingående döttrar en fastighet, nemligen halfva Clypsna, samt att hans syster, till ersättning för denna hennes fädernejord, erhåller i stället fullgod andel i Yxissjöhult.

D. 8: 1563.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris øyarius NICLISSON . . . . . Salutis omnibus repromissam . . . . . illud quod cum racione debita fiat . . . . . ceremoniis congruis . . . . . Ideo ego øyarus . . . . . intellexissem dilectas michi filias . . . . . spiritus sancti gracia ad religionis habitum suscipiendum inflammari . . . . . ex deliberacione et consensu cognatorum et amicorum meorum ipsas ad religionis cultum Wretis Christo deo meo . . . . . Sponso ipsarum presentari, cum proventu, sicut moris est et consvetudinis antiquæ, tali videlicet dimidia villa in Clypsnæ, h. e. una marcha terræ cum omnibus suis attinentiis, et quia ista proventa specialiter est assignata de matrimonio dilectæ filiæ meæ ca . . . . . rum hæredibus meis, ne in post mihi aliqua occasio querimoniæ et dissensionis pravæ oriatur, de patrimonio sororis meæ

sæpedictæ restituo æquipollens in Yxissiohult. Anno domini M.CCC. 3. Idus Augusti. cum testimoniis et sigillis nobilium et nominatarum personarum, domini Svantepulk, domine K. Abbatissæ, mei ipsius, nec non dominorum Canonicorum Lincopensium Kanuti et Olavi, scilicet et Gardiani Lincopensis.

Bref̃vet är afskrif̃vet med Örnhjelms hand och vidfogad anmärkning: "Coll. med Orig. permebr. Var på många ställen oläsligit af væto."

Fem sigill hafva funnits.

1324. 1300. d. 11 Sept.

Margaretas af Selnum testamente af penningar till åtskilliga kloster och kyrkor, för hvilka summor en gård sättes i pant, samt diverse lösören till enskilda personer.

A. 3. c.

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Ego Margareta de Selnum. jn Remissionem meorum peccatorum meum in hunc modum Condo et ordino Testamentum, Apud Religiosos viros fratres predicatores siktonie michi Eligo sepulturam, Quibus lego decem marchas denariorum Ecclesie vpsalensi vnam marcham den. Monasterio Sko duas marchas den. ffratribus minoribus stokholm vnam marcham den. Ecclesie Skanald vnam marcham den. et alteram eiusdem ecclesie sacerdoti, Ecclesie loghø vnam marcham den. Ecclesie valenda thunum vnam marcham den. Pro soluendis autem premissis legatis deputo quinque solidos terre de patrimonio meo in villa sorma. Margarete filie andree de loghø, confero Scrinium meum, vnum annulum aureum et vnam fibulam argenteam, Cecilie vnum mantellum brunaticum. et aliud Rubeum. Notifico eciam quod Ego tuli mecum de curia mea selnum ad curiam dilecti filij mei in loghø. vnam kaldariam magnam. duas ollas magnas. et vnam olam paruam. Tres cortinas, tres culcidras. vnam cistam magnam. vnum torale dictum akledhi. Exequtores autem testamenti mei presentis, constituo dominum thomam presbiterum et dilectum generum meum Olauum de norusum. Testes eciam huius mee ordinacionis fuerunt. dominus thomas. Bero de valastum. Margareta de norusum, Ragnildis de lindasund. Ragnfridis. Johannes puki. Jarlerius. Martinus. asmundus, gilløgh, Thyrgillus. ketilgerus, Cristina. ketiluastus, Quia autem sigillum proprium non habeo, sigillum domini thome presbiteri presentibus apponi peto in euidenciam Rei geste. Actum anno domini Millesimo trecentesimo, dominica infra octauas natiuitatis virginis gloriose.

Sigillet bortfallet.

1325. 1300 d. 24 Sept. Linköping.

Biskopen i Linköping Lars II:s Vidimation och stadfästelse på Biskopen Lars I:s bref angående tionde från Slaka socken.

B. 3: 146. v.

Laurencius dej gracia episcopus lyncopensis Omnibus presentes litteras jnspecturis salutem jn domino sempiternam Constare vobis volumus nos vidisse litteras venerabilis patris ac dominj laurencij dej gracia quondam lyncopensis episcopi non rasas non abolitas non cancellatas nec jn aliqua parte suj viciatas Jn hec verba, Laurencius dej gracia lyncopensis &c. *Se föregående N:o* 346. Nos jgitur dictas litteras confirmantes easdem sub sigillo nostro et capituli duximus renouandas Datum lyncopie anno dominj M°CCC° sabbato proximo post mathej.

1326. 1300 d. 25 Sept.

Biskopen i Linköping Lars II:s Vidimation och stadfästelse på Biskopen Henriks bref angående tionde af Wårdsbergs socken.

B. 3: 143. v.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis Laurencius dej gracia episcopus lyncopensis. salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras venerabilis patris ac dominj He dej gracia quondam episcopi lyncopensis non rasas non abolitas, non cancellatas nec jn aliqua suj parte viciatas vidisse jn hec verba. Omnibus ad quos &c. *Se föregående N:o* 752. Nos igitur predictarum annexionem decimarum ratam et gratam habentes eandem duximus confirmandam Vnde sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri memorati presentibus appendi fecimus ad maiorem euidenciam premissorum Anno dominj M°CCC° die dominica proxima post mathej.

1327. 1300 d. 6 Oct. Paris.

Offentligt intyg från Paris, att Domprosten i Upsala Israel uppgifvit, det han af Ärkebiskopen Nils i Upsala till låns erhållit 108 Parisiska mark, med förbindelse för egen person och sina arfvingar, att detta af hans egendom återgälda.

A. 2.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Officialis Curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presencia constitutus discretus vir dominus Jsrael Prepositus Ecclesie vpsalensis in Regno swecie, Re-

cognouit et confessus est in iure coram nobis se debere, et soluere legitime teneri Reuerendo in christo patri domino .N. dei gracia vpsalensi Archiepiscopo Centum et Octo Libras parisienses ex causa puri et veri Mutuj, sibi a procuratoribus dicti domini archiepiscopi facti nomine procuratoris dicti domini archiepiscopi et pro ipso in pecunia numerata. De quibus se vocauit et tenuit coram nobis pro bene pagato et contento. Quam quidem pecunie summam prefatus dominus Jsrael tenetur et promisit bona fide reddere et integre persoluere prenominato domino Archiepiscopo, vel eius certo et legitimo procuratori, ad voluntatem et requisitionem ipsius seu dicti eius certi et legitimi procuratoris presentes litteras deferentis, absque custu dampno, dilatione, et difficultate quibuscunque Obligans quantum ad hec se et heredes suos, omniaque bona sua mobilia et immobilia ecclesiastica et mundana presentia et futura vbicunque existentia usque ad integram satisfactionem debiti memorati. Seque jurisdiccioni parisiensis Curie et cuiuslibet alterius Curie et judicii ecclesiastici vbicunque se duxerit transferendum supponens. Et in hoc facto bona fide Renuntians omni exceptioni doli mali, et non numerate, et non recepte pecunie predicte Reique sic non geste, fori priuilegio, Juri reuocandi domum appellacionis remedio, et omni alij juris et facti auxilio canonici et ciuilis juri etiam dicenti generaliter Renuntiationem non valere. Jn cuius rei testimonium sigillum Curie parisiensis ad petitionem jamdicti dominj jsraelis litteris presentibus duximus apponendum. Datum anno dominj Millesimo. Trecentesimo. die jouis proxima ante festum sancti Dionisij. — — — Benedictus de lond.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1328. 1300 d. 9 Oct. Linköping.

Biskopen i Linköping Lars IIts Bref om Biskopstiondens ifrån Kisa, Tirserum och Oppeby anslående till 2:ne kanonikater i Linköping.

B. 3. 131. v.

Vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam posteris presentes litteras jnspecturis Laurencius dei gracia episcopus lyncopensis salutem in domino sempiternam Cum antecessores dilectorum canonicorum nostrorum dominorum kanuti de vllawi et jngonis de flydisby. temporibus venerabilium patrum predecessorum nostrorum laurencij, henrici, bononis, et benedicti episcoporum, decimas episcopales de parochiis kysa, tydhisrum, et vppeby habuerint, memorati canonici nostri nobis humiliter supplicarunt, vt dictas decimas prebendis ipsorum propter tenuitatem earundem annectere dignaremur

Nos

Nos igitur peticioni eorum quam ex iusta et euidenti necessitate nouimus processisse fauorabiliter annuentes ex consensu et voluntate capituli nostri decimas episcopales supradictas prebendis ipsorum exnunc duximus jure perpetuo annectendas Ne quis ergo ipsos aut successores ipsorum canonice jnstituendos super dictis decimis molestare, aut ordinacionj nostre jn hac parte contraire attemptet sigillum nostrum vna cum sigillo capituli presentibus litteris appendi fecimus ad maiorem euidenciam premissorum Datum lincopie Anno domini M°CCC° die beati dyonysij.

1329. 1300 d. 9 Oct. Linköping.

Biskopen i Linköping Lars II:s Skrifvelse till Kisa, Tirserum och Öppeby församlingar rörande samma ämne.

B. 3. 131. v.

Laurencius dei gracia episcopus lyncopensis dilectis filiis presbiteris et parrochianis de kysa. tydhisrum et vppeby. salutem in domino sempiternam Vobis constare volumus euidenter quod nos dilectis canonicis nostris. dominis kanuto et jngonj ac successoribus ipsorum decimas episcopales de parrochiis vestris dederamus jure perpetuo possidendas Vnde volumus et mandamus quatenus ipsis super decimis supradictis justiciam et obedienciam omnimodam faciatis Datum lyncopie anno domini M°CCC°. die beati dyonisij.

1330. 1300 d. 14 Nov.

Konung Birgers Gåfvobref på 5 öresland saköre gods i Jureby i Lislena socken, till dess Fogate Christiern.

B. 2: 109.

Byrgerus dei gracia sweorum gothorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino Tenore presencium constare volumus vniuersis nos quinque oras terre in jureby in parochia litlene quas racione emende acquisiuimus cristiarno aduocato nostro dilecto dedisse scotasse et corporalem in possessionem tradidisse sibi et suis heredibus perpetue possidendas transferentes in ipsum et suos heredes plenum dominium et potestatem predictam terram possidendj vendendj seu quocumque modo voluerit ordinandj pro sue libito voluntatis Jn cuius rei euidenciam sigillum nostrum vna cum sigillo dilecti marscalchi nostri presentibus duximus apponendum Datum anno domini M°CCC° die lune post martini episcopi et confessoris.

1331. 1300 d. 25 Nov. Spånga.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Allessons Stadfästelse på en ny Kyrkmässodag för Skokloster kyrka med löfte om 40 dagars aflat för botgörare, som vid den tiden besöka densamma.

A. 3. b.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Cum diuina nobis cooperante clemencia Ecclesiam monasterij sko, anno domini .M°.CCC°, quinto kalendas septembris dedicassemus, Maiori altari eiusdem ecclesie prius per venerabilem fratrem, dominum Johannem olim Episcopum aboensem consecrato, accedentes ad nos Dilecte in christo filie, Domina abbatissa et conuentus memorati monasterij, nobis humiliter supplicarunt, vt cum dicta dies, pro ipsarum aniuersario dedicacionis die minus congrueret, tum propter festa, que ab ipsis, propter earum constituciones sunt illo in tempore celebranda, Tum eciam quia necessarias parochianorum eiusdem ecclesie operas non modicum impediret, aniuersarium diem predicte dedicacionis in pridie nonas septembris transferre dignaremur, Nos humilibus earum supplicacionibus jnclinati, predicte dedicacionis celebritatem aniuersariam in predicta Ecclesia statuimus et ordinamus in posterum pridie nonas septembris perpetuo sollepmniter celebrari, Jnsuper omnibus vere penitentibus et confessis, qui memoratam Ecclesiam in supradicto aniuersario dedicacionis die, cum deuocione, et Reuerencia visitauerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum, laurencij et Erici martirum eius, auctoritate confisi, quatraginta dierum jndulgencias, annis singulis misericorditer in domino Relaxamus, Jn cuius Rei testimonium, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum, Datum apud Ecclesiam spangar anno domini Millesimo, Trecentesimo, jn festo beate katerine virginis et martiris.

Sigillet skadadt i kanterna.

1332. 1301. Odat. Telge.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Allessons Intyg, att Herr Dan Jonsson nedlagt tvisten med Biskopen Ysar i Strengnäs om Mundristorp, samt Norra och Södra Thegnaby och afstått från sina anspråk på nämnde gods, hvarjemte frågan om Börringe skog lemnas till Biskopens afgörande.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. Nicholaus Dei gracia archyepiscopus wpsalensis. Salutem jn domino sempiternam. Nouerint vniuersi Quod dominus dan jons .son. coram nobis personaliter constitutus, presenti-

bus venerabilibus patribus suffraganeis nostris, et discretis alijs actioni cuilibet, ac liti omnino cessit, que jnter venerabilem patrem dominum ysarum strængenensem Episcopum ex vna parte, et ipsum dominum Dan ex altera, super curijs mundisthorp, et Nyrræthægnæby, et predio jn sydræthægnæby renuncians penitus et expresse omni juri siquod ei jn dictis curijs, et earum pertinencijs competebat, Litteras omnes eciam reuocauit, quecumque, et sub qualicumque tenore jnuente fuerint, confecte super hijs vel bonis alijs de quibus jnter ipsos litigium extitit, earumque renunciauit quibuslibet munimentis. Super silua vero byrringi se sue commisit gracie quamcunque sibi facere voluerit, super hoc fidedignorum testimonio requisito. Jn cuius testimonium vna cum sigillo nostro, sigilla predictorum suffraganeorum nostrorum, et ipsius Domini Dan presentibus sunt appensa. Datum et actum tælghis, Anno Domini M°,CCC°, primo, jn concilio nostro prouinciali.

Sigillen N:o 1—3, 7 skadade; 4—6 bortfallna; remsorna qvar.

1333. 13o1 d. 5 Jan. Stockholm.

Konung Birgers Stadfästelse på Herr Ambjörn Sixtenssons och Carl Gregerssons byte af Sydralystra mot Salesta, med vilkor, att den som förlorar på bytet, får ersättning i Norunda.

A. 6. a *).

Birgerus dei gracia sueorum Gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod in presencia nostra nobiles viri, dominus abernus sixtensson, et karolus gregorison commutacionem [1]) possessionum fecerunt in hunc modum, videlicet quod ipse dominus abernus insulam sydhralustra [2]) cum omnibus suis pertinencijs quam sibi dedimus eidem karolo assignauit, recipiens ab eo predium suum in sialastum [3]) cum suis [4]) pertinencijs quibuscunque perpetuo possidendum, ea condicione adiecta, quod si redditus prouenientes de predicta insula excesserint redditus predij dicti [5]) in sialastum, ipse karolus domino aberno iuxta estimacionem discretorum tantum in redditibus in prouincia norunde [6]) refundere teneatur, Si vero premissum predium in sialastum plus soluerit annuatim quam predicta insula sydralystra [7]), idem dominus abernus ipsi karolo consimili racione in eadem prouincia satisfacere teneatur, Nos igitur commutacionem huiusmodi ex mero consensu vtriusque partis tam rite factam, ratam et irreuocabilem esse volentes, ipsam auctoritate regia confirmamus, Jn cuius testimonium et euidenciam ple-

*) *Ett annat Original finnes af samma bref, med följande olikheter:* 1) prediorum et possessionum 2) Sydralustra 3) Syalastum 4) suis *utesl.* 5) predicti predij 6) norrunde 7) Sydraliustra.

niorem [8]) sigillum nostrum vna cum sigillis, dilecti fratris nostri, domini E. ducis, domini Th. marscalci nostri, domini aberni et karoli predictorum presentibus est appensum, Datum stokholmis [9]) Anno domini .M°.CCC. primo, in vigilia epiphanie domini.

På frånsidan: Nota littera hec est super salista.

Sigillen 10) N:o 1—4 mer och mindre skadade, det 5:te borta, remsan qvar.

1334. 1301 d. 15 Jan. Örebro.

Konungens Fogate Christiernus Bref om utbyte af Juraby, till Upsala och Waxala kyrkor, emot Almby.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Cristiernus aduocatus illustris Regis suecie, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volo euidenter, me cum venerabili patre domino vpsalensi prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, Habui enim ab ecclesia vpsalensi decem solidos terre in villa almby parochie vengium et quatuor solidos terre in eadem villa almby de ecclesia vaxald pro quibus quatuordecim solidis terre supradictis ecclesijs restitui et reassignaui in villa jurabÿ parochie litleni Quindecim solidos terre, cum domibus in fundo eiusdem predij constructis, computatis ad valorem trium marcharum denariorum vel circa, super premissis adhibiti sunt firmarij wlgariter dicti fastar in placito communi secundum terre leges et patrie consuetudinem approbatam, Datum apud ørabro anno domini Millesimo Trescentesimo primo, Dominica post octavas epiphanie proxima.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1335. 1301 d. 21 Jan. Lund.

Johanna, Gudmund Litles enkas Gåfvobref på Krumhult i Harlösa socken inom Frosta härad, till Domkapitlet i Lund.

B. 1: 213.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johanna. relicta quondam dominj gudmundj dicti litle. Salutem in domino sempiternam. Dum corpus sanitate viget. mens interior in semetipsam collecta pleniorj vtitur racione. et salubrius disponit judicium sue voluntatis Quapropter ego johanna presenti pagina omnibus constare volo tam presentibus quam futuris quod opidum krumholt in frosteheret in parochia hardløse situm Molendino. agris. pascuis. siluis et aquis. necnon coloniis et villicis cum omnibus attinenciis suis

8) rei testimonium. 9) Stokholm *utesl.* 10) sigillen 1, 2, 5 bortfallna 3, 4 skadade.

tam mobilibus quam immobilibus. capitulo lundensis ecclesie. do. lego. scoto et manutrado in perpetuum possidendum Tali condicione adiecta quod de redditibus ex dictis bonis prouenientibus post mortem meam deducantur due marche denariorum. vna marcha ad pictanciam canonicorum. dimidia marcha denariorum pauperibus scolaribus distribuatur. et alia dimidia marcha de eisdem redditibus ad oblaciones in missis animarum in die anniuersarij mei deputentur. Reliqua vero bona prefati opidj cedant mense canonicorum supradictorum in perpetuum. Jn cuius rei testimonium. sigilla discretorum virorum dominorum Nicolai magnusson. petri prefecti. johannis karlson andree nicleson. militum jacobi jon litleson armigeri et nicolai twesson vna cum sigillo meo. presentibus sunt appensa. datum et actum lundis anno domini MCCC primo. kalend. februarij XII.

Öfverskrift: De oppido krumholt de quo fit mencio apud registrum in littera .K. vnde teneatur anniuersarium domine johanne de stamsthorp.

1336. 1301 d. 20 Febr. Finstad.

Margareta, Lagman Birger Perssons tjensteqvinnas testamente, hvarigenom Werstad i Tuna socken tillfaller Sigtuna kloster, Tuna och Lagga kyrkor.

A. 3. c.

Jn Nomine patris et filii et spiritus sancti amen, Ego Margareta villica Domini Byrgeri legiferi vplandie, sana corpore per dei graciam et mente, de patrimonio meo testamentum dilecti mariti mei Ragneri et meum condo et ordino in hunc modum, Jn primis fratribus predicatoribus sictunie, apud quos nostram eligimus sepulturam lego quatuor solidos terre in verstadum que est in olandia parochie Tunum, Ecclesie Tunum dimidium solidum terre ibidem perpetuo possidendum, Ecclesie in lafgeredi dimidium solidum terre ibidem perpetuo possidendum, sacerdoti in cuius parochia me mori contigerit: vtrumque pro dono et sepultura vnam marcham denariorum nunc vsualis monete, huius ordinacionis testes presentes fuerunt, Domina Jngiburgis dilecta vxor domini byrgeri legiferi, et domina Ragnildis vxor dilecta domini Egardi, Domicelle Cecilia et Margareta, Fratres predicatores petrus et folkmarus, Ragnerus maritus meus dilectus, Nicolaus procurator, laurencius elinuson uicinus noster, Jacobus camerarius domini mei, bero dagson, et alii plures, Exequtores huius mei testamenti peto dominum meum byrgerum petærson legiferum vplandie, dominum Egardum et petrum strala, quorum sigillis et presentes supplico Roborari, vna cum sigillo Domine mee Jngiburgis Actum in Finstadum Anno domini M°C°C°C° primo, X. kalend marcii.

På frånsidan: Testamentum per fratrem Petrum lyend*um* procurat*um*.

Sigillen: N:o 2 skadadt, de öfriga bortfallna, remsorna qvar.

1337. 1301 d. 26 Febr. Stockholm.

Philip Finwidssons af Rumby Salubref på 8 örtugland jord i Hammarby i Edebo socken, till S:t Clara kloster i Stockholm.

E. 73: 50.

Universis præsentes literas inspecturis, Phylippus Fynwidhæsun, de Rumby, salutem in Domino sempiternam. Notum esse cupio modernis pariter et futuris, quod octo solidos terræ in villa quæ vocatur Hamarby in parochia Ebo hæred cum omnibus attinentiis sine ulla exceptione pro legittimo precio vendidi Monasterio sororum sanctæ Claræ in Stokholm perpetuo possidendos. Jn cujus rei euidentiam, sigillum meum præsentibus est appensum. Datum Stokholm Anno. Domini M°.CCC°. primo Dominica secunda in Quadragesima.

Teckningen af sigillet visar, att det varit till hälften skadadt.

1338. 1301 d. 1 April.

Carl Dagssons testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap, och deribland äfven om användningen af de genom försäljning af den till Dom-Prosten Wimund i Linköping pantsatta gården Westerby erhållne penningar, till skulds betalning m. m., samt till mässor för hans själ och till vaxljus för Jungfru Marie beläte i Linköpings Domkyrka.

B. 3: 116. v.

Jn nomine dominj amen Anno dominj M°CCC°I° dominica quasi modo genitj Ego Karulus dagson testamentum meum condo in hunc modum primo lego ecclesie lincopensi equm meum rubeum in qua mihi eligo sepulturam Deinde predium meum in westerby videlicet dimidium octonarium ad ordinacionem discreti virj dominj .W. prepositi Lincopensis volo vendi tali condicione, quod idem dominus W. prepositus cuj idem predium pro VI marcis inpigneratum est, primo easdem sex marcas recipiat, postea de filiabus meis in færingæøom X marcas de pecunia eadem Residuum vero pro anima mea in missis psalteriis et vigiliis erogarj volo prout, melius expedire videbitur, preposito memorato Jtem volo quod idem dominus .W. prepositus recipiat, VI oras denariorum de johanne Jngason de predio supradicto cum quibus fiat, vnus cereus ad nouam ymaginem beate virginis in ecclesia lincopensi Jtem confero domino .W. preposito armaturam meam cum torace platæ et lædæner Jtem domino Jngimaro in kyætalstadhum sellam meam frenum et calcaria Horum igitur testes sunt, dominus Marchus sacrista Dominus ødbernus et Hemmingus susanne, ad horum eciam euidenciam pleniorem sigilla ciuitatis lincopensis et dominj marci sunt appensa datum anno et die supradicto.

1339. 1301 d. 24 April. Upsala.

CARL GREGERSSONS testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap, hvarigenom han gifver Nontuna till Upsala Domkyrka, der han önskade blifva jemte Lagman Israel begrafven, samt åtskilliga bestämda summor till kloster och kyrkor för hvilkas utbetalning han upplåter Ekby i Östergöthland och Salta i Theda socken och skulle öfverskottet tillfalla hans här uppgifna arfvingar.

A. 4 *).

Jn nomine domini amen, Anno eiusdem M°.CCC° primo, octauo kalend. Maij, Ego KAROLUS GREGERSSON per graciam ihesu christi mente et sensu sanus, licet aliquali corporis debilitate grauatus, desiderans quamdiu racio regit mentem, ordinacionibus oportunis, et disposicionibus saluti anime proficuis, ineuitabile condicionis humane debitum preuenire, Testamentum meum facio, condo, et ordino in hunc modum, Jn primis dilectos mihi, fratrem meum Dominum Magnum, et greger knutson, et dominum philippum ingiualdson eiusque consortem sororem meam, et liberos sororum mearum, Dummodo prolem legittimam non habuero mihi superstitem, meos instituo legittimos heredes, Jtem sepulturam meam eligo apud ecclesiam vpsalensem, in capella, in qua dominus jsrael bone memorie quondam legifer est sepultus, Cui ecclesie lego et confero curiam meam Nanætunir cum bonis omnibus immobilibus ad dictam curiam attinentibus, et mobilibus vniuersis que ibidem fuerint tempore mei obitus, ad vsus, ad quos, Reuerendus pater Dominus Nicolaus diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis, et vna cum eo, discreti viri, Magister Andreas quondam prepositus ecclesie vpsalensis, et dominus Benedictus Booson, et frater jsrael prior fratrum predicatorum domus sictonensis, vel illi ex hiis, qui tempore vocacionis mee superstites fuerint, dictam curiam cum suis pertinentibus duxerint deputandam, prout saluti anime mee magis iudicauerint expedire, Si autem eosdem ante exitum mee vocacionis migrare contigerit, Tunc apud dominum Archiepiscopum vpsalensem, qui pro tempore fuerit, ordinacio remaneat supradicta, Jtem fratribus minoribus vpsalie, apud quos pater meus, et plures mei propinqui sepulti sunt, lego viginti marchas denariorum, Jtem ecclesie Beate virginis vpsalie quatuor marchas den., Jtem cappelle beati Erici ibidem iuxta scolas site tres marchas den., Jtem domui dei vpsalie tres marchas den., Jtem sanctimonialibus in sko tres marchas den., Conuentui fratrum predicatorum sictonie octo Marchas den., fratribus Minoribus stokholmie tres marchas den., Monasterio sancte Clare ibidem tres marchas den., Domuj sancti spiritus ibidem tres marchas den., Fratribus predicatoribus in strengiænes tres Marchas den., Fratribus minoribus Enecopie tres marchas den., Jtem hospitali ibidem tres marchas den., Fratribus predicatoribus in vestra aros duas marchas den.,

*) Finnes äfven i en vidimerad afskrift af den 1 Maj 1308.

fratribus minoribus in aarbugha duas Marchas den., Fratribus minoribus Nycopie duas Marchas den., Sanctimonialibus in fodhø duas Marchas den., Sanctimonialibus in Risibergum duas marchas den., fratribus hospitalis beati johannis baptiste in Eskilstunum duas marchas den., Jtem cuilibet ecclesie in cuius parochia curiam possideo, et ipsius ecclesie rectori, similiter lego vnam Marcham den., inter ipsos equaliter diuidendam, Ad solucionem autem predictorum debitorum meorum, pro quorum solucione certum pignus per meas litteras non obligaueram, vel alio modo de solucione certitudinem non feceram, et ad faciendum restituciones, si post mortem meam inuentum et ostensum fuerit, Me iniuste aliquid ab aliquo habuisse, et ad satisfaciendum, si compertum et probatum fuerit, Me aliquem lesisse, et ad solucionem predictorum legatorum deputo vnum attungum in curia mea Ekby in gotia prope skæningiam situm, Quem ex speciali beneuolentia ad karissimum fratrem meum Dominum Magnum, volo per ipsum pro octoginta marchis den. redimi ab exsequtoribus testamenti mei infra annum a tempore obitus mei computandum, Alioquin anno elapso volo dictum attungum per exequtores ipsos vendi cuilibet amplius offerenti, Jtem ad faciendum et implendum premissa, deputo et obligo et assigno curiam meam saltæ in parochia Thedhom sitam, cum omnibus bonis immobilibus ad dictam curiam pertinentibus et similiter mobilibus omnibus, tempore mortis mee existentibus in eadem, volens, quod dictus attungus in Ekby, a domino Magno fratre meo, et dicta curia saltæ non adeantur, nec occupentur a meis heredibus cum decessero, Sed sint per annum sub cura, custodia, et disposicione exsequtorum testamenti mei, et si infra annum predictum exsequtoribus meis heredes mei tradiderint, vnde et debita soluantur plenarie, et fiant restituciones et satisfactiones, et legata integraliter persoluantur, Tunc dicta curia redeat ad heredes meos, Si autem heredes mei infra annum non tradiderint exsequtoribus meis, vnde premissa perficiantur, Ex nunc, ut ex tunc, possessionem et proprietatem dictorum bonorum in meos exsequtores transfero, et ipsis committo, ut cui uoluerint libere vendant ea, ad implendum omnia et singula premissa, et hijs perfectis, quidquid superfuerit precij, volo heredibus meis tradi ab exequtoribus memoratis, Hanc igitur meam vltimam voluntatem et ordinacionem valere volo iure testamenti, quod si iure testamenti non valet, valeat saltem iure cuiuslibet vltime voluntatis, Huius autem testamenti mej exsequtores facio, et constituo, venerabilem patrem, Dominum Nicolaum diuina miseracione archiepiscopum vpsalensem, Magistrum Andream quondam prepositum ibidem, Dominum Benedictum booson, et fratrem jsraelem priorem sictoniensem, quod si non omnes premissis exsequendis et implendis commode potuerint vel uoluerint interesse, volo, et ordino, quod ille vel illi

ex

ex eis, qui voluerint, et commode potuerint eis intendere, ea exsequendi et implendi per omnia liberam et plenariam habeant potestatem, et generaliter omnia et singula faciendi, que veri et legittimi exsequtores facere possunt et debent in premissis, et circa quodlibet premissorum, Per hoc autem testamentum meum, reuoco, casso, irrito, adnichilo, et euacuo, quecunque per me prius disposita, facta, seu eciam condita testamenta, volens istud testamentum meum, valere iure ordinacionis et expressionis mee finalis et vltime voluntatis, Donacioni autem per me de dicta curia Nanætunir ecclesie vpsalensi facte firmarij wlgariter dicti fastar, in placito seu pretorio puplico vpsalie per me adhibiti et assignati, sunt qui subscribuntur, videlicet, Thiægnerus filius thidrici, Botolphus pætarson, Johannes væsand, Lidmundus, Nicolaus bryggiare, Engilbertus sartor, vædscellus frater loduici, Johannes bildinbek, Olaus frater aasgoti, Gotica sutor, kætiluastus mule, Nicolaus jacopson, Laurencius brun, Johannes de granbergom, Siggo gener domini kanuti, Jngolphus de brunnum, Jouar de berby, holmuastus de hialmastum, Jacobus de Malmum, Andreas de hildingi, Jngiuastus in sæfhiom, Jarlerus de juristum, Jouar de haghe, Qui eciam testes in testimonium specialiter uocati, et a me rogati sunt in testificacionem veritatis, ad euidenciam, robur, et pleniorem certitudinem tocius testamenti mei prescripti per me facti, Jn cuius rei testimonium sigillum meum appositum est presentibus, et sigillum Reuerendi patris, domini Nicolai diuina miseracione archiepiscopi vpsalensis, et honorabilis viri, Magistri andree, et sigilla gardiani et Conuentus fratrum minorum vpsalie instanter peto apponi, Jnsuper eciam rogo karissimum fratrem meum, Dominum Magnum, et alios heredes meos, ut huic ordinacioni mee uoluntatis extreme, siue Testamento meo suum beneuolum velint adhibere consensum, et in euidenciam consensus ipsorum adhibiti dignentur presentem litteram sigillorum suorum apposicione roborare, Actum et datum vpsalie, in puplico placito, Anno dicto, et kalendis prenotatis.

Sigillen N:o 1, 5, 8, 9, 10, 11, 13 nästan oskadade; en del af de öfriga remsorna qvar.

1340. 1301 d. 14 Maj.

Konung Birgers förordnande för Uplands Lagmannen Birger Persson, att afgöra tvisten mellan Håtuna kyrka och Junker Waldemar, Grefve Gerhards af Holsten son, om dennes möderne gods, medelst gränsernas bestämmande mellan kyrkans och Junkerns gods.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Birgerus dei gracia sweorum gothorumque rex, salutem in domino sempiternam, accedens ad presenciam

nostram dilectus consanguineus noster domicellus waldemarus filius domini gerardi comitis holzacie conquestus est coram nobis quod bona sua et possessiones que post matrem suam in hattunum jure hereditario acquisiuit a quibusdam occupantur minus iuste, Nos vero nullius ius in aliquo diminuere volentes sed iusticiam prosequi pocius ut tenemur, taliter inter ecclesiam ibidem et ipsum domicellum duximus ordinandum, quod eadem ecclesia bona et possessiones, que sibi debentur habeat libereque possideat discretis terminis certisque limitibus wulgariter dictis fiællaland antiquitus habitis et seruatis jure ipsius domicelli in nullo penitus diminuto, prout dilectus patruelis noster dominus waldemarus quondam rex easdem possessiones post matrem suam acquisiuisse dinoscitur et postmodum pacifice possedisse, Hoc autem arbitrio domini birgeri legiferi vplandie et aliorum discretorum quos secum ad hoc deputauerit, relinquimus per ipsos fine debito terminandum, sicut coram deo et nobis voluerint respondere, Datum anno domini .M°.CCC° primo dominica proxima post assensionem domini.

På frånsidan: actoritas Regia commissa domino birgero pætærson diuidendi predia in hatunum inter ecclesiam ipsam & filium comitis gerardj.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1341. 1301 d. 25 Juni. Fanö.

Folke Jonssons förklaring, att han till Ärkebiskopen och Upsala domkyrka afstått den för lånfången spannemål pantsatta fastigheten i Telge, så väl sin egen, som hans broders, Peter Magnussons andel, hvilken sednare han lofvar med annan jord ersätta.

B. 2: 28.

Omnibus presentes litteras inspecturis FULCO JONSSON, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, quod terram in telgium quam venerabili patri domino vpsalensi et eius ecclesie pro decem lestis annone, valentibus tunc quinquaginta marcis denariorum inpigneraui, et tempore debito non resolui, et ideo legittime deuoluta est ad ecclesiam vpsalensem eidem ecclesie iterato libere pleno iure assigno tam eam que mea erat quam eciam illam de beneplacito domini magni gregorii que erat karissimi fratris mej petri magnusson, promittens me dicto fratri meo petro equiualentem terram secundum placitum et arbitrium domini M. predicti redditurum Jn cuius rei robur et euidenciam sigillum meum presentibus est appensum et sigillum predicti domini magni in euidenciam sui consensus peto presentibus apponi. Datum fanø anno domini M°CCC° primo. in crastino beati iohannis baptiste.

1342. 1301 d. 8 Juli.

Konung Birgers Gåfvobref på 8 örtugland jord i Finstad, till Lagmannen Birger Persson, för trogen tjenst.

A. 6. s.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Birgerus dei gracia sueorum gothorumque rex, salutem jn domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus vniuersis, quod nos, domino birgero legifero vplandie consiliario nostro predilecto, octo solidos terre, in finstadhum nobis pertinentes, dedimus, et assignauimus, racione sui fidelis seruicii, perpetuo possidendos, transferentes in ipsum et suos heredes, plenum arbitrium et liberam facultatem premissos solidos terre, possidendi, vendendi, commutandi, seu quocunque modo voluerint ordinandi Datum anno domini, M°,CCC, primo, VIII. jdus Julii.

Sigillet skadadt.

1343. 1301 d. 8 Sept.

Nunnan Ingrid Bosdotters Gåfvobref på Ginkalunda, som hon vid sitt inträde gifvit till Skeninge kloster, samt hennes moders, Estrids gåfvobref på 2:ne landbobol, Baratorp och Sundsryd till henne, med vilkor, att, om hon öfverlefde sin dotter, skulle hälften tillhöra klostret och hälften hennes arfvingar, men i motsatt fall skulle allt tillfalla dottern.

A. 3. s *).

Omnibus presentes litteras inspecturis Jngridis. filia benonis bone memorie de barathorp salutem in domino sempiternam. Notum facio vniuersis. quod die qua intraui ad sorores skeningie. et habitum recepi earundem contuli eisdem predium. patrimonium meum scilicet, quod est in ginkalundum. ad valorem Centum marcharum minoris numeri cum omnibus eidem predio adiacentibus, videlicet pratis siluis. pascuis et piscariis Jnsuper Ego æstridis mater puelle memorate. Confero eidem puelle. filie mee. duo opida landbobool dicta barothorp et sundsruth cum omnibus sibi adiacentibus de quibus proueniunt due marche denariorum annuatim. tali condicione quod si me prius quam ipsam mori contingat dicta oppida ipsi perpetuo attinebunt si autem ipsam me viuente mori contingat. dimidietatem oppidorum eorundem confero. prefatis sororibus dimidietatem mihi et heredibus meis retinens de eisdem. Jn huius facti et ordinacionis testimonium. isti presentes fuerunt videlicet dominus Romundus plebanus ecclesie sandsiotth. folkuidus de faldinge. henikinus wesceli, fratres sepedicte puelle Bero videlicet et Iraquinus. guthmundus

*) Ur en af Aduocatus Siundo och Borgmästare i Skeninge d. 22 Nov. 1333 vidimerad afskrift.

de æsgethorp. sweno de rastenæ et alij quam plures fidedigni. ad certitudinem autem irreuocabilem et euidenciam pleniorem. sigilla ciuitatis skeningensis. et conuentus fratrum predicatorum ibidem presentibus sunt appensa Datum anno domini, M°.CCC. primo jn natiuitate beate virginis.

1344. 1301 d. 8 Sept.

Nunnan Ingrid Bosdotters Gåfvobref på sitt fädernegods i Ryda, som, med undantag af en åker, hon på sin invigningsdag gifvit till Skeninge kloster, samt hennes moders, Estrids gåfvobref på 2:ne landbobol Kramberyd och Sundsryd till bem:te sin dotter, med vilkor, att om Nunnan dog före modren, blott hälften tillfaller klostret.

A. 3. s *).

Omnibus presens scriptum cernentibus Jngridis filia Benonis bone memorie. salutem in domino sempiternam, Notum facio vniuersis quod die qua habitum religionis suscepi sororum, apud sanctum martinum skeningie eisdem contuli predium siue terram patrimonium meum scilicet quod est in rythæ. Centum marchas minoris numeri valentem. vno agro excepto cum omnibus eidem adiacenciis. scilicet. pratis. siluis. pascuis atque piscarijs. Jnsuper Ego æstridis mater puelle memorate filie mee Jngigerdi. confero duo oppida. landbobool dicta Cramberuth. et siunsdruth ad vsus suos proprios cum omnibus sibi adiacencijs de quibus proueniunt due marche denariorum annuatim. Condicione tali. quod si ipsa viuente me mori contingat. dicta oppida personaliter possideat. heredum contradiccione aliquo modo non obstante si autem ipsam me viuente mori contigerit dimidietatem dictorum oppidorum confero sororibus perpetuo possidendam. Ne autem hec donacio et ordinacio irrita et inanis reputetur cum ordinabatur isti presentes fuerunt in testimonium veritatis. videlicet dominus Romundus plebanus de sandsiotth folquidus de faldinge. henikinus wesceli guthmundus de æsgestorp. sweno de rastene et fratres sepedicte puelle scilicet Bero et haquinus et alij quam plures fidedigni Jn cuius rei testimonium sigillis ciuitatis skeningensis ac conuentus fratrum predicatorum ibidem presens littera roboratur Datum anno domini M°.CCC°. primo. jn natiuitate beate virginis.

*) Ur samma vidimation med föregående.

1345. 1301 d. 12 Sept. Calmar.

Nunnan Margareta Göstafsdotters Föreskrift om fördelningen af hennes fastigheter, hvarigenom hennes gods i Sverige, Nerike och Östergöthland anordnas till Calmare klosters uppbyggande, utom Harg med 9 landbönder och 4 qvarnar, Tylfstad, Malma i Nerike och Knutsbro qvarn, som tillfalla hennes syster Fru Ingeborg, samt Hammar, som gifves till hennes broderson Gustaf, men, om han dör barnlös, tillfaller klostret; hvarjemte systerns gård Tylfstad, såsom lägligare för klostret, det samma tilldelas i utbyte mot Norby.

A 3 y *).

Omnibus presencia visuris vel audituris soror Margareta Gøstaui quondam filia ordinis predicatorum de Calmarnia salutem in domino sempiternam. Quoniam dilectus frater meus dominus karolus et karissima soror mea domina Jngiburgis temporibus illustris principis domini regis Magni, presentibus venerabile patre domino anundo episcopo strenginensi et domino benedicto pætærson marito sororis mee eiusdem potestatem mihi plenariam et consensum prestiterunt, quod de bonis meis mobilibus et inmobilibus possim dare claustris et ecclesijs ac aliis quibuscunque que et quanta voluero, et quod residuum bonorum meorum diebus vite mee habere possim et possidere libere in quocunque statu conuersari me contingat, cupiens omnem litis materiam penitus amouere, et inter sorores nostri claustri ac heredes meos pacem et concordiam instaurare, notum facio per presentes, quod cum habitum religionis assumerem presentibus domino Magno karlson. domino .N. sigridison. Domino .N. sestridison ac aliis quam pluribus fidedignis tunc congregatis calmarnie, hoc modo de bonis meis ordinaui; videlicet quod predicta soror mea domina .J. que me iure propinquitatis habet hereditare, cum suis heredibus, post mortem meam, curiam meam hargh. cum nouem colonis et quatuor molendinis ceterisque attinenciis omnibus eidem curie adiacentibus, curiam meam in thylfstadh, curiam meam in Mælmum in Nericia, et molendina mea in knutsbro, possideat iure pleno, ita tamen quod ad dies meos integraliter cedant in vsus claustri nostri mihi ad victum et vestitum bona memorata, Cetera vero bona mea tam mobilia quam inmobilia sita in, svecia, Nericia et ostgocia sororibus ordinis nostri calmarnie pro constructione claustri contuli iure perpetuo possidenda, preter curiam meam in hamar quam gøstauo filio dilecti fratris mei assignaui condicione tali interiecta, quod si eundem gøstauum mori contigerit absque prole superstite, eadem curia sit sororum nostre domus, Porro quia curia mea Norby sororibus calmarnie assignata nimium distat a ceteris bonis earundem, cum sorore mea de consensu sororum domus nostre facio cambium prediorum. ita videlicet quod soror mea et heredes sui, curiam in Norby, sorores vero calmar-

*) Finnes äfven tillika med nästföljande bref i en af Konung Birger den 27 Aug. 1306 vidimerad afskrift.

nie curiam in thylfstadh possideant perpetuo contradictione cuiusuis non obstante, Jn huius igitur ordinacionis et assignacionis atque commutacionis testimonium et munimen sigillum proprium vna cum sigillis dominorum Magni karlson Domini Thoriri kætilson domini benedicti pætærson et venerabilis patris fratris Olaui prioris prouincialis dacie necnon et sororis mee domine .J. supradicte, et filii eius haquini dicti læme duxi presentibus apponendum, Datum Calmarnie Anno domini .M.CCC°. Primo feria tercia infra octauas Natiuitatis virginis gloriose.

Sigillen bortfallna, med undantag af N:o 3, som är mycket skadadt.

1345 *a*). Öfversättning.

A. 7. c *).

Alle them thette breff höre eller see, helser iach Systher, Margret Göstaffz dotther vdi Calmarne Clöster warendis, ewerdelige med gudhi. Effther thett min käre brodher her Karll och min kära systher fru Ingeborgh, vdi högbemälte konungz Magnuses tijdh, j gode mäns närware, Amundh, Biscop i Strängnäs, och her Benchtt Pätharszon, förnämde mine systhers mann, gåffwe och tilstodho migh fulla machtt, att iach måtte giffwe Kierkier och Closther aff mino både i löst och fast, szå mykett som iach wille, och thett som iach igenn hadhe, måtte iach vdi min lijffztijdh haffwe och frijtt ägha, vdi hwad ständ migh hendhe komme kunne, Begärendis all twist och twedrecktt aldelis affstelle och emellen wårtt Clösters systrar och mina effthr:de arffwinger frijd och endrechtt förnye, Gör iach hermed witterligit, att när iach vpåtoog thenne gudzfructhennes clädebonett och skick, närwarendis her Mons Karlsonn och her N: Sigridzsonn, och her N: Hestrijdis och monge andre gode mendz vdi Calmarne, effther thette sättett skickede iach vmm mine ägheleder, nämpligenn, att för:ne min systher Domina I. ägher med sine effterkommende ärffwinger, ärffwe min gårdh Hargh, med Nijo Landbönder thervnder och fyre qwärnar, och annett hwad ther tilligger, Ithemm min gårdh i Tylffzstadh, och min gård j Malmun i Närike, och min Qwarn i Knuttzbro skall hon med full skiäll ägha, dogh szå lenge iach leffwer schole tesse för:ne godz liggie till wårtt Clöster her i Calmarne mig till clädhe och födho, Alt annett som mig tilhörer bådhe löst och fast somm ligger i Swerige Närike och Östhergöttzlandh giffwer iach mine systrar till Closterens vpbygningh her j Calmarne, till ewerdelige ägha, förvthan min gård i Hammar hwilckenn iach haffwer achthett min kiäre Brohers sonn Göstaff, med sådane wilkor vmm för:ne Göstaff döör vthann Barnn och arffwinger, thå skall för:ne

*) Skrifven vid medlet af 1500talet.

gårdh ware wåre systres huus. Mädn thenne gård Norby somm iach haffwer achthett mine systrar i Calmarne ligger longtt iffrå andre theris iordegodz therföre haffwe wij berådslagit att giöre byte med min systher och giffwe henne Norby för thenn gårdh hon haffwer i Tylffstadha, att the må thenn ewerdelige ägha, hwar icke någenn andenn mottsäielse ther vmm yttremere komme kann. Datum Anno domini 1301. fyre dage effther Natiuitatis Marie.

1346. 1301 d. 12 Sept. Calmar.

Fru Ingeborgs tillkännagifvande, att med hennes mans, Herr Bengt Perssons och Håkan Lämas samtycke, hennes syster, Nunnan Margareta i Calmar, eger att i lifstiden begagna de till Fru Ingeborg sedermera i arf hemfallande godsen Harg med qvarnar och Malma samt Knutsbro qvarn, samt att hon vid systerns död gifver Malma och Knutsbro qvarn till bemälte kloster, och lemnar Thylfstad i utbyte mot Norby.

A. 3. y *).

Omnibus presentes litteras jnspecturis, JNGIBURGIS coniux dominj benedicti pæterson, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum facio tam posteris quam modernis, quod bona omnia que dilecta soror mea, soror margareta ordinis predicatorum kalmarnie, videlicet hargh cum colonis molendinis ac ceteris attinenciis eidem curie adiacentibus et curiam in mælmæ et molendinum in knuzbro, mihi dimiserat jure hereditario possidenda, sibi de consensu dominj benedicti dilecti mariti mei, et haquini læmæ filij mei reassigno, jta quod dicta bona ac redditus ac prouentus omnes de eisdem habeat libere et irreuocabiliter in diebus suis, post obitum vero ipsius ipsa bona absque contradicione cuiuslibet mihi et meis heredibus pertinebunt, preter molendina in knuzbro et curiam meam in mælmum que volo post meum obitum claustro sororum ordinis predicatorum kalmarnie ad fabricam ecclesie perpetuo pertinere. Ceterum per presentes recognosco cum consensu dominj benedicti pæterson et filii mei haquini læmæ curiam meam in Thylfstadh quam soror mea mihi assignauerat jure hereditario possidendam, Claustro sororum kalmarnie pro curia earundem norby sytam in ñæricia me dedisse. Jn horum igitur robur et munimen sigillum proprium vna cum sigillis dominj benedicti pæterson dilecti mariti mei, dominj Magnj karlson, dominj Thuriri kætilson et dilecti filii mei Haquini læma presentibus est appensum. Datum kalmarnie anno dominj, M°,CCC°, primo, feria .III. infra octauas natiuitatis virginis gloriose.

*) Ur en af Konung Birger den 27 Aug. 1306 vidimerad afskrift.

1347. 1301 d. 14 Sept.

Ingrids af Woxtorp öfverlåtelse till hennes son Ambjörn Sixtensson, att efter godtfinnande anordna om den andel i Forsby, som henne tillkom i hennes afledne dotter Ingrids morgongåfva af Röd Keldorsson.

A. 7. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Ingridis de owaxthorp, salutem in domino sempiternam, Nouerint tam posteri quam presentes quod dilecto filio meo domino aberno sixstenson, partem mihi iure hereditario acquisitam in forsby post obitum dilecte filie mee ingridis, quam nobilis dominus, rødh kældorson eidem contulit racione donacionis dicte morghungæff, pro pleno precio assignaui, pro sue libito uoluntatis ordinandam, ac omnia mobilia seu immobilia, supradicto iure michi attinencia, uel ab eodem domino rødh exhigenda, prefato filio meo domino aberno, libere prout uoluerit commisi, disponenda, Jn cuius rei euidenciam, sigillum meum una cum sigillis domini guzerk, kanuti swantapolks arwidi gøtstaffson, et benedicti algotson, duxi presentibus apponendum, Datum anno domini, M°,CCC. primo in exaltacione sancte crucis.

Sigillen N:o 1—4 finnas, N:o 5 bortfallet.

1348. 1301 d. 28 Sept. Sko.

Abbedissan Radborgs och Conventets i Skokloster öfverlåtelse till Ärkebiskopen i Upsala af den Prebenda, Herr Magnus Jonsson i klostrets kyrka stiftat.

B. 2: 83.

Omnibus presentes litteras inspecturis Radborgis humilis abbatissa totusque conuentus sanctimonialium in scho salutem in domino sempiternam, habet hoc mortalium prouidencia proprium, quod que pia intencione et pro vera fine instituuntur, exitum quandocunque contrarium sorciuntur, prouide cum felicis recordacionis dominus magnus jonson, specialis benefactor noster, et nostrarum vtilitatum amator et promotor ardencior inter alia pietatis opera que in suorum remissionem peccatorum ad nostrum profectum et solacium et nostri monasterii honorem ordinauit quandam prebendam prouida intencione instituerit, pro vicario perpetuo in nostra ecclesia ad quoddam altare deseruaturo, experiencia tamen docente non commoda et solacia ex predicte prebende gubernacione, et dicti vicarii apud nos commoracione, sed grauamina multimoda, et sollicitudines onerosas nostro statui minime competentes prouenire nobis didicimus, et si dicte prebende et vicarii

carii prouisio penes nos diucius permaneret exinde in posterum possemus ampliora eciam grauamina verisimiliter formidare, jdeoque nostris vtilitatibus prouidere volentes multis tractatibus et diutina ac morosa deliberacione prehabitis super premissis, de communi consilio et consensu tocius nostri conuentus jus quodcumque in dicta prebenda ex dicti domini magni institucione et ordinacione nobis competens, jn manus reuerendi patris domini N. diuina prouidencia vpsalensis archiepiscopi resignauimus, dictum jus sibi suisque successoribus et ecclesie vpsalensi sub modo et forma que in litteris sepedicti domini magni super institucione dicte prebende contenter lucide continentur, libere et perpetuo totaliter relinquentes, jn cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem presentes litteras fieri fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari, Actum apud monasterium nostrum scho anno domini M°CCC° primo quarto kal. octobris.

1349. 1301 d. 7 Oct.

Nils Ingemundssons och dess hustru Ragnfrids intyg, att de gifvit till Wårfruberga kloster en gård i Flustada, för en afliden Tuwes själahugnad.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris Nicolaus ingimundi filius suaque uxor Rangfridis salutem in omnium saluatore, Nouerit vniuersitas tam posterorum quam modernorum nos vnam curiam in Flusthatum cum omnibus attinenciis suis uidelicet in pascuis pratis et nemoribus pro anima tuphonis felicis memorie monasterio in monte beate virginis racione testamenti condonasse, Nobis nostrisque heredibus totaliter alienasse, Jn cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris, et sigillis uidelicet laurencii vlphonis filii sueque vxoris domine Ramburgis et sigillo nicolai cristine filii fecimus consignari, Datum et scriptum anno domini M°CCC° primo sabbato proximo post festum translacionis beati Eskilli.

Sigillet N:o 1 till det mästa bortfallet, N:o 2, 5 mycket skadade; N:o 3, 4, bortfallna.

1350. 1301 d. 23 Oct. Sigtuna.

Kyrkoherden i Hölö Christians intyg, att han gifvit ½ markland jord i Husesta till Strengnäs Domkyrka, med förbehåll af brukande rätt i sin lifstid.

A. 3. g.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Cristiarnus Rector ecclesie høli salutem in domino Constare volo omnibus euidenter quod ecclesie strenge-

nensi dimidiam marcham terre in húsistum sitam legaui et tradidi pleno jure perpetuo possidendam hoc adiecto. quod de eadem dimidia marcha terre temporibus meis vsufructus. percipere debeam et leuare. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus. vna cum sigillo hemmingi thorstensson. est appensum. Datum sictunum anno domini. M°.CCC°. primo. decimo kal. Nouembris.

Två sigill, något skadade, finnas på remsor, klippta ur brefvet.

1351. 1301 d. 21 Nov. Kijl.

Biskop Ysars i Strengnäs tillkännagifvande, att han erhållit fasta på en jord i Själewad, som han köpt af Skalde, hvilken förbinder sig att lemna sin hustru motsvarande ersättning för hennes del i densamma.

A. 7. a.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. YSARUS dei gracia Episcopus strengiænensis, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus vniuersis, tam posteris quam modernis, Nos de skaldone dicto Mul. quinque solidos terre in sialwad, tytulo empcionis videlicet pro .XVI. marcis denariorum legaliter habuisse, cuius empcionis testes wlgariter dicti fastæ superfuerunt discreti viri, videlicet Dominus Benedictus pætersson, Dominus johannes de ørabro canonicus strengiænensis, haquinus dictus læmæ, Conradus, laurencius botolfsson, petrus styrbiornæson, arnbernus de billinge et sigwardus, Ne quis uero in posterum memoratum predium pro aliqua parte vxoris ipsius skaldonis impedire valeat, promisit se ipse scaldo in nostra presencia, necnon et suprascriptorum nobilium, pluriumque discretorum, eidem vxori sue pro parte quam in hoc habuit, satisfacturum in alio predio equedigno, Jn cuius facti pleniorem noticiam sigillum nostrum vna cum sigillis discretorum, Domini Benedicti pætersson Domini johannis de ørabro, haquini dicti læmo, conradi, et petri styrbiornæ son, presentibus duximus apponendum, Actum kijl anno domini, M°,CCC° primo Jn profesto beate Cecilie virginis.

På frånsidan: littera super bonis in siælwadh.

Sigillen N:o 1, 7 och 8 skadade, de öfriga bortfallna, remsorna qvar. Remsorna till N:o 3, 5 och 6 äro klippta af ett bref, till innehållet lika med det här aftryckta.

1352. 1301 d. 25 Nov. Linköping.

Biskopen Laas II:s i Linköping Vidimation af Biskopen, Hertig Bengts testamente samt dess egen testamentariska anordning, hvarigenom ett stenhus i Söderköping och ett guldkors tilldelas Linköpings domkyrka, samt gods i Skällvik, Styttinge, Ryd, Gårweda, Hwetlanda, Gnidling vid Köpstad, Stumsryd vid Wernamo, tillika med gods vid Ljungby och Fallandeberg i Tjust lemnas till Biskopsbordet, m. m. samt lösören till kloster och hospital, hvarjemte redovisas huru förbemälde Biskop Bengts skulder blifvit betalde.

A. 4.

Omnibus presens scriptum cernentibus Laurencius, Diuina miseracione, Episcopus Lincopensis, Perhennem in jhesu christo salutem, Tenore presencium, Omnibus constare volumus euidenter, Nos litteras venerabilis patris ac antecessoris nostri, Domini Benedicti, felicis memorie ac recordacionis Eterne vidisse ac diligenter perspexisse, super ipsius testamento conscriptas in hec verba. Jn nomine &c. *Se föregående N:o* 1000. Nos igitur tam pij patris, ac predecessoris, nostri, vestigia in quantum deo dante poterimus sequi cupientes, simulque considerantes, omnia mortalium legi subiacencia in sui dissolucionem prorumpere, Quoniam quis est homo, qui non videbit mortem, neque cum eo moriente descendit gloria domus eius, Sed solum hoc sequitur mortuum, quod in precium redempcionis anime sue et opus misericordie per eum uiuum salubriter fuerit ordinatum, Diem eciam mortis nostre, caritatis quibus possumus operibus preuenire desiderantes, Mente et corpore incolumes in nostra bona et sana memoria constituti, Testamentum nostrum in hunc modum duximus faciendum, Jn primis, Ecclesie lincopensi, que nos a juuenili Etate, et, quasi, ab infancia educauerat, Damus, Domum lapideam, quam sudhercopie, de conrado Dicto Baggæ, pro, Mille, et quingentis marchis, Emimus, Jta quod redditus ex eadem domo prouenientes, annuatim, fabrice cedant ipsius Ecclesie, Jtem crucem auream cum campanis et aliis ornamentis in decorem et ornatum eiusdem domus dei, Preterea mense episcopali assignamus, bona et predia per nos empta, iuxta curias ecclesie sita, scilicet ista, Jn skyoldawik, predia que emimus, pro, centum marchis, jn styttinge, pro, LX, marchis, jn Rydh, pro. XLII, marchis, jn Gardhwidhe, pro XL, marchis, jn hwetelandum pro. L, marchis, et curiam quam ibidem emimus, Jtem curiam quam emimus iuxta cøpstadha Gnidling nomine, et curiam nostram stumsrydh, circa wernamo sitam, Jtem predia iuxta liongby, pro. XL, marchis, empta, et curiam nostram fallandabergh, iuxta thiustiam, situatam, vna cum aliis prediolis omnibus per nos comparatis, Exceptis hiis, que seruitoribus nostris dederamus, et eciam hiis, que iuxta patrimonialia nostra sunt locata, Redditus autem curie quam lincopie emimus de domino arnolfo, uolumus ut in quatuor partes, annis singulis diuidantur, quarum prima pauperibus in anniuersario nostro erogetur, secunda

fratribus minoribus lincopie, pro pictancia detur, tercia vicariis in choro ibidem laborantibus, pro dicendis missis animarum distribuatur, et quarta in luminaribus coram imagine, resurrectionis christi, et beate marie virginis, expendatur, Jtem cuilibet ecclesie cathedrali in regno swecie legamus vnum baldekinum, jtem Claustro noue uallis vnum baldekinum, Claustro aluastris vnum baldekinum, Claustro monachorum gotualie, vnum baldekinum, Monialibus wretis vnam, marcam, anone, Monialibus ascabỳ, vnam marcam, anone, fratribus minoribus iunecopie, casulam viridem cum dalmatica et subtili, ffratribus minoribus lincopie, antipendium melius et dorsale de capella nostra, predicatoribus skeningie, casulam rubeam, cum dalmatica et subtili, hospitali ibidem, vnam, marcam, anone, ffratribus minoribus sudhercopie, vnam lagenam butiri, cum vna marca, anone, hospitali ibidem, vnam marcam, anone, predicatoribus calmarnie, vnam marcam, anone, Dominabus ibidem, tantum, hospitali in nørrebỳgd, vnam marcam, anone, Predicatoribus, visbỳ, vnam lestam, anone, ffratribus minoribus ibidem, tantum, hospitali ibidem vnam lestam anone, Monialibus ibidem, tantum, Nouerint eciam vniuersi, sepedictum antecessorem nostrum, Ecclesie nostre lincopensi, in duobus millibus, marcarum, cum, CCC, marchis, fuisse obligatum, super quibus nos vna cum collegio nostro, cum habuimus supportatum, absoluentes ipsum de eodem debito, causa curiarum eidem ecclesie, loco elemosine per eum assignatarum, Racione insuper quarum, simulque propter Dileccionem specialem, qua intime nos dilexit, Debita sua subscripta, pro eo soluimus personis istis, Hinzoni Curæ, XXX, marcas, argenti, cum. X, marchis denariorum, Hermanno. LIII. marcas, argenti, Gerardo plump, LX, marcas, argenti, jtem, eidem. XXVI, marcas, argenti Jtem eidem, C, marcas, denariorum, Remboldo langæ. CV, marcas, argenti, Johanni ingifridhason, XL, marcas, denariorum, Hermanno dyppæ. L. marcas, argenti, Henekino bøguæræ, XXXIIII, marcas, denariorum, cum dimidia, Domino, Nicholao ciui sudhercopensi, XXXIIII, marcas, argenti, cum dimidia, lỳberto lincopie, XII, marcas, argenti, Domino iohanni skelehorn, LXIII, marcas, argenti, vno fertone minus, Jtem Hermanno dyppæ, L, marcas, argenti, Jtem Gerardo plump, XX, marcas, argenti, Domino Benekino lincopie, XV, marcas, argenti, Jtem, remboldo langæ, XI, marcas, argenti, cum dimidia, Jtem Gerardo plump, C, marcas, argenti, lamberto wittenborg, CC. marcas, argenti, XI, marchis, minus, cum dimidia, Jtem, eidem, C, marcas, argenti, in maiori numero, pro uariis pellibus Jtem pro, domino Gunnaro, LXIII, marcas, denariorum, Borcardo ciui sudhercopensi, C, et X, marcas, argenti, Jtem, remboldo langæ L, marcas, argenti, Domino Erico cancellario, XL, marcas, denariorum, Domino Sunoni archidiacono, C, marcas, denariorum, Magistro kanuto, LX, marcas, denariorum, Dominabus ascabỳ,

LX, marcas, denariorum, fratribus minoribus sudhercopie, C, marcas, denariorum, Thorkillo, dyakn, C, marcas, denariorum, Pro testamento, domini, siggonis archidiaconi, CXL, marcas, de quibus modica pars restat soluenda, Domino, Nicholao de sten, XIIII, marcas, denariorum, Domino akoni, de rydh, IIII, marcas, argenti, lunduido, XX, marcas, denariorum, algoto, XXIIII, marcas, denariorum, Magistro iohanni lapicide lincopie, X, marcas, argenti, Domino Foluido, XXI, marcas, denariorum, fratribus scaris, LX, marcas, denariorum, Guduasto, IIII, marcas, argenti, Ormero Galldhæ, VII, marcas, denariorum Tithemanno fris Ceterum petimus, ac instantissime Rogamus, successorem nostrum quicumque fuerit, vt si nos, de medio tolli contigerit, aliquibus, Debitis memorati, Domini, B, non solutis, anime eius salutis respectu, nostrarumque precum intuitu, opem, et operam efficacem velit inpendere, ut soluantur, Jnsuper, conuiuio beate katerine in lincopia, legamus, vnum baldekinum, pro memoriali, super feretrum, sepeliendorum conuiuarum Jn premissorum itaque maiorem Euidenciam, presentes, appensione siggilli nostri, fecimus communiri, Actum et Datum lincopie, Anno, domini, M°,CCC°,I°, Die beate katerine, Virginis.

På frånsidan: Svmma pecunie debite fabrice ecclesie lyncopensis per dominum benedictum eiusdem Episcopum bone memorie et remisse per dominum laurencium successorem eiusdem et capitulum, racione curiarum in leenum et iordhæstædhum, duo milia et trecente marce denariorum, jtem summa pecunie solute per eundem dominum laurencium. pro testamento et debitis memorati domini .B. mille centum. et decem, et septem marche argenti cum dimidia. Et nongente quadraginta sex marche cum dimidia denariorum.

Af sigillet finnes blott ett stycke qvar.

1353. 1302 Odat. Brunsholm.

Magnus Gregerssons medgifvande för Ärkebiskop Nils i Upsala, att anordna om en jordlott i Berga i Färentuna socken, hvilken hans son Peter erhållit i arf efter Carl Erlandsson.

A. 6. a.

Omnibus presentes Litteras inspecturis. Magnus gregorisson, salutem in domino sempiternam Presentibus volo constare euidenter, consensus et voluntatis mei fuisse et esse. Quod reuerendus pater, dominus Nicolaus dei gracia archiepiscopus vpsalensis, de septem solidis terre. minus vno denario terre et dimidio, situatis in parochia feringatunum villa bergum, que quidem terra filio meo petro. de hereditate domini Karoli Erlendson prouenerat, disposicionem et ordinacionem plenariam habeat permutandi ipsos et alio quouismodo distrahendi pro sue libito uoluntatis. Jn horum testimonium euidens, presentem litteram feci fieri et meo sigillo communiri, Scriptum Brunsholm, æno domini. Millesimo. CCC°. secundo.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1354. 1302 Odat. Sko.

Guttorm Arundssons bytesbref på 2 markland jord i Säby, som lemnas Nunnorna i Skokloster, emot 2 markland i Sjökarlaby samt brukande rätt till ett 3:dje markland derstädes i hans lifstid.

A. 3. b.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit GOTHORMUS filius ANUNDI salutem in domino sempiternam, vniuersitati vestre notum facio me cum reuerendis dominabus claustri sko permutacionem prediorum in hunc modum fecisse, assignaui predictis dominabus duas marcas terre in curia mea seby pro duabus marcis in sÿøkarlabÿ cum domibus et omni suppellectili sicut nobis conuenit, adhibitis secundum leges terre testibus et firmarijs qui wlgariter dicuntur fastar, Terciam autem marcam in predicta curia sÿokarlabÿ. fauore et beneplacito suo sepedicte domine pro vita mea mihi exhibuerunt, hac racione, vt post mortem meam absque omni heredum meorum contradictione libere poterint vsibus suis prenominatam marcam reuocare ac vendicare, Jn cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillo domini Magni gregerson presentibus est appensum, Datum sko anno domini M°.CCC°.II°.

Sigillen skadade.

1355. 1302 d. 8 Jan. Sigarsö.

Biskopen Ysars i Strengnäs öppna förordande för prestmannen Johannes i Thoresund som ernade färdas utomlands, för att studera och besöka sina föräldrar.

B. 9: 77. v.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, YSARUS dei gracia episcopus strengnensis salutem in domino sempiternam, pro exhibitore, presencium, dilecto clerico nostro, Domino Johanne parochiano ecclesiarum in Thorsn et Ekeby *) qui gracia studii et visitacionis parentum suum extra regnum swecie, jntendit proficisci vniuersitatem vestram petimus et rogamus vt ipsum ad vos diuertentem velitis benigne recipere, ac humaniter pertractare, admittentes eum ad sacerdotale officium libere exsequendum nec sinentes sibi jn aliquo jniuriam fieri vel grauamen, Datum Sÿgarsø anno domini, M°,CCC°II°, die lune jnfra octauam Epÿphanie.

*) Slutet af namnet förkortadt och flertydigt.

1356. 1302 d. 8 Jan. Sigarsö.

Biskopen Ysars i Strengnäs intyg, att prestmannen Johannes, som vid sin resa utomlands erkänt sig vara skyldig sin broder Frombold 60 mark penningar, inför Biskopsembetet öfverlåtit till bemälde sin broder alla inkomsterna af sina församlingar under sin bortovaro, tills skulden blifvit betald.

B. 9: 77. v.

¶ Omnia vt prius.

¶ Notum facimus per presentes, quod dilectus clericus noster johannes vt prius, in presencia nostra Recognouit se obligatum fromoldo fratri suo jn sexaginta marchis denariorum pro quibus sibi omnes prouentus ecclesiarum suarum tempore absencie sue dereliquit coram nobis quousque Eidem fromoldo fratri suo memoratum debitum jntegraliter fuerit persolutum, jn cuius rei testimonium presentes sibi duximus concedendum, Datum loco et tempore supradicto.

1357. 1302 d. 8 Jan. Sigarsö.

Biskopen Ysars i Strengnäs tillstånd för samme prestman, att vara borta från sina församlingar i 4 år, för att studera och besöka sina föräldrar.

B. 9: 77. v.

¶ Sicut prius.

Notum facimus per presentes quod nos dilecto clerico nostro domino . . . persone vt ante, gracia studii et visitacionis parentum suum damus licenciam, ad quatuor annos ab ecclesijs suis, continue abessendi, Ne igitur sibi racione huiusmodi absencie sue aliqua jn posterum suspicio valeat suboriri presentes eidem duximus jn testimonium concedendum, Datum vt prius.

1358. 1302 d. 22 Jan. Sigtuna.

Predikare-Ordens Prioren Olofs vidimation af Munken Thorers bref af år 1298 om ett låntaget Breviarium, med föreskrift, att hvarhelst bemälde Munk kommer att dö, bör Breviarium klostret återställas.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Frater Olauus fratrum ordinis predicatorum in prouincia dacie Prior et seruus indignus, Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium testificor me vidisse subscriptam litteram sub sigillis priorum, siktuniensis et insulensis in hec verba, Omnibus

presentes litteras &c. *Se föregående N:o* 1220. Jdeoque vtilitati dicti conuentus in dicto negocio prout iustum est, fauere desiderans, districte prohibeo, ne dictum breuiarium distrahatur vel alienetur, Sed quod illud simpliciter, vbicunque dictum fratrem thorirum migrare vel mori contigerit, ad sepedictum siktunensem conuentum modis omnibus reuertatur, datum siktunie anno domini Millesimo. CCC°. secundo, secunda feria post agnetis proxima.

Sigillet skadadt.

1359. 1302 d. 5 Febr. Calmar.

Ingeborg Gustafsdotters testamentariska anordning till kloster och hospital, hvarigenom, ibland andra, Calmare kloster, erhöll, utom Malma och Knutsbro qvarn, som hon förut gifvit, äfven Norby i Nerike, för hennes grafplats och mässor.

A. 3. y.

Jn Nomine patris et filii et spiritus sancti Amen, Ego Ingiburgis gøstaui quondam filia corpore sana et incolumis ac per omnia mei compos, aduertens et considerans nichil certius morte et hora mortis incertius nichil esse, de salute anime mee sollicita, commutare temporalia cupiens in eterna, de bonis meis a deo mihi concessis, meum in hunc modum ordino testamentum, Jn primis, sororibus ordinis predicatorum Calmarnie quas affectu pre ceteris religiosis diligo speciali, apud quas mihi locum eligo sepulture, preter curiam in Mælmum et Molendinum in knutsbro, que de consensu dilecti Mariti mei domini benedicti pætærson ac karissimi filii mei haquini dicti læme, ipsis ad ecclesie sue fabricam prius dederam. Curiam meam Norby cum omnibus suis attinenciis in Nerichia sitam, confero in meorum ac Haquini filii mei prefati, remissionem delictorum, possidendam perpetuo iure pleno, vt de prouentibus eiusdem curie, sustentari valeant dictis sororibus Missas. ac diuina celebrantes, volens et ordinans per presens, quod si dictam curiam vmquam a se quomodolibet alienare sorores voluerint, ipsam pro iusto precio, seu pro predijs equiualentibus, exhibeant memorato filio meo aut ipsius heredibus comparandam. Jtem ad subsidium terre sancte, pro redempcione crucis lego viginti Marcas argenti puri, Jtem Monachis alvastri et fratribus ibidem. vnam Marcam puri argenti Jtem fratribus ordinis predicatorum skeningie duas marchas argenti puri, Jtem fratribus eiusdem ordinis Calmarnie vnam Marcam puri argenti, Jtem cuilibet claustro cuiuscunque ordinis per regnum svecie ex ista parte maris constituto, vnam Marcam denar., Jtem singulis hospitalibus vnam Marcam denar. Jtem cuilibet ecclesie mee parrochiali vnam Marcam denar., et sacerdotibus plebanis

ibidem

ibidem cuilibet vnam Marcham denar., Ad solucionem vero predictorum omnium deputo prouentus omnes de bonis meis omnibus in verendia sitis prouenientes annuatim districtissime prohibens ne quis heredum meorum quidquam accipiat de prouentibus memoratis post obitum meum, antequam soluta fuerint omnia supradicta, Sed ne aliquibus hoc factum calumpniandi detur occasio, Dilectum maritum meum dominum benedictum pætærson Haquinum dictum Iemæ filium meum karissimum, Dominum Magnum karlson, et dominum Thyrkillum dyaconem, exsecutores instituo huius testamentj, adiurans eosdem per aspersionem sangvinis Jhesu christi, et obnixius rogans vt hec omnia promoueant efficaciter et procurent, Jn huius igitur regj robur et testimonium vna cum proprio presens scriptum sigillis dominorum videlicet domini benedictj pætærson, domini Magni karlson, et domini Thurkilli dyaconi, necnon et Haquini dicti læmæ predictorum peto sigillari, Datum Calmarnie Anno domini M°CCC°.II°. Jn die beate agathe virginis et Martyris.

Sigillen N:o 1, 2, 3 borta, N:o 4 och 5 oskadade.

1360. 1302 d. 12 Febr. Zutphen.

Staden Zutphens skrifvelse till Konung Erik i Danmark, med klagomål öfver de olagligheter, som i Skanör och Falsterbo samt andra delar af hans rike begås emot köpmännen från de slaviska städerna, samt städerna i Grefskapet Geldern och Stiftet Utrecht.

L. c. 225 *).

Glorioso viro ac Illustri principi, Domino Regi Dacie, Scabini et Consules Sutphanienses ad regia mandata quantum possunt seruicij et honoris.

Vestre gloriose dominacioni graui querimonia conqueri compellimur, quod mercatoribus Ciuitatum Slauie et mercatoribus communibus oppidorum nostre Comitie Gelrensis et dyoceseos Traiectensis intollerabiles iniurie et manifeste violencie in vestro regno cotidie inferantur. Ita quod in Sconure, walsterbode et alijs partibus regni vestri communes mercatores omnibus iuribus et libertatibus suis sunt quodammodo spoliati, et iurisdiccionem, quam ab antiquo a vestris antecessoribus consueuerant, nunc non permittuntur exercere, et Aduocati seu Justiciarij Regni vestri accipiunt a mercatoribus cum violencia id, quod volunt. Vobis ignoranter siue scienter insuper, si aliqué naues sub regno uestro naufragium patiuntur, dicunt uestri Aduocati siue Iusticiarij, quod omnia bona naufraga ad eos pertineant pleno iure.

Quare vestram gloriosam dominacionem precibus deuotis deprecamur, quatenus dei amore nostrique seruicij perpetui dictos mercatores Ciuitatum Slauie et mercatores oppidorum nostre Comitie Gelrensis et dyoceseos Tra-

*) Efter originalet i Lübeck.

iectensis in iuribus et libertatibus, a vestris antecessoribus ab antiquo consuetis, faciatis libere et quiete in vestro regno permanere, vt apud vos vicissitudine grata nostro seruicio perpetuo valeamus promereri.

Datum Sutphanie, Anno domini M°CCC° secundo, feria secunda post Agathe virginis.

1361. 1302 d. 30 Mars.

Folke och Johannes, Helge Smughs söners Salu- och fastebref på en jord i Svartingstorp, till Predikare-Systrarnes kloster i Calmar.

A. 3. y.

Omnibus presencia visuris vel audituris, Folco, et Johannes, filii Helgonis dicti smugh, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium notum facimus tam posteris quam modernis, nos predium nostrum in swartingsh thorp situm videlicet decimam partem attungi in quo duodecim spannones seminare consueuimus annuatim, sororibus ordinis predicatorum calmarnie pro viginti quatuor marcis denariorum vsualis monete totum cum agris, siluis, pratis, et aquis cum ceteris pertinenciis omnibus intra sepes et extra eidem ville adiacentibus vendidisse, ac eandem terram per legalia wlgariter dicta festnæ calmarnie dictis sororibus multis villanis ibidem presentibus legaliter resignasse Hanc resignacionem magnus kinben rite secundum leges publicauit, et Ditmarus monetarius calmarnie eandem ex parte sororum predictarum acceptauit, Jn huius igitur vendicionis et resignacionis robur et euidens testimonium sigillum Ciuitatis calmarnie presentibns est appensum, Datum anno domini M°,CCC°, secundo, sexta feria post annunciacionem virginis gloriose.

Sigillet nästan oskadadt.

1362. 1302 d. 11 April. Hwarfstad.

Ingeborgs, Magnus Johanssons enkas upplåtelsebref på åtskilliga gårdar, dem hon redan förut testamenterat till Upsala Ärkebiskop och Domkyrka.

A. 4.

Omnibus Presentes litteras jnspecturis, Jngiburgis Relicta domini Magni joansson bone memorie, salutem in domino sempiternam, Euentuum frequencia perspicue manifestat, quod racionabiles et salubres testamentarie decedencium voluntates et ordinaciones, sepius infringuntur irritantur et adnichillantur voluntatibus contrarijs seu malicia successorum, sed et omni-

potenti deo non inmerito fore dignoscitur elemosinarum largicio gracior et accepcior quam quis facit incolumis Atque sanus, Jdcirco premissorum consideracione mota Ego jngiburgis Relicta domini .M. joansson bone memorie, Curiam meam vallar in sudhermannia parochia bughastaf, quam Archiepiscopo et Ecclesie vpsalensi in meo legaueram testamento, Nunc de beneplacito et consensu dilectarum filiarum mearum, Margarete et jngiburgis, in meorum remissionem peccatorum titulo donacionis inter viuos ex nunc confero, assigno et approprio dicto domino Archiepiscopo et Ecclesie memorate, Cum subscriptis predijs et pertinencijs, iure perpetuo possidendam, videlicet in ipso fundo curie wallum. sedecim solidos. jn villa bÿærghum eadem parochia Octo solidos. jn Thÿurinbÿ in proxima villa. decem denarios. jn villa Ekla. sex denarios. tercia parte denarii minus. jn villa heslibÿ. quinque denarios. jn klæpsta parochia Thÿstiberghum duos solidos. jn sÿthum in Eadem parochia vnam oram terre. cum duobus denariis. et dimidio. vnum molendinum situm iuxta klepsta. Et in presenti donacione assignacione et appropriacione dicte Curie proprietatem cum possessione transfero in dominum archiepiscopum et Ecclesiam vpsalensem jta quod dictam Curiam permutare vendere seu distrahere et alio quocumque modo alienare valeant libere et licite pro sue libito voluntatis. vt autem premissa mea ordinacio irrefragabilem firmitatem haberet, jdeo ex parte mea dati et assignati sunt per discretum virum hemingum Thorstenson apud aspuløt in communi placito prouincie Røntunum domino archiepiscopo vpsalensi et Eius Ecclesie firmarij wlgariter dicti fastar, quorum dacionem et assignacionem ratifico, et habeo et habere volo inperpetuum ratam atque gratam. jn premissorum autem omnium robur testimonium et Euidenciam pleniorem, sigillo meo et sigillis dilectarum filiarum mearum predictarum feci presentem litteram communiri, Datum apud Curiam meam huarfstadhi. Anno domini. M°.CCC° secundo, feria quarta proxima ante dominicam palmarum.

Sigillen, med undantag af N:o 1, föga skadade.

1363. 1302 d. 22 April. Lund.

Henrik, Johan Brunswiks sons testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap till kyrkor och kloster i Lund, samt till enskilda personer.

B. 1: 225.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti amen Ego HENRICUS FILIUS JOHANNIS dicti BRUNSWICH. sciens nichil esse cercius morte et nichil incercius hora mortis. licet corpore debilis sanus tamen mente de bonusculis michi a deo datis testamentum meum condo et ordino in hunc modum Jn primis

lego ecclesie beati andree lundis apud quam eligo sepulturam. duas marchas denariorum sacerdoti ibidem dimidiam marcham den. et ministro oram den. jtem fabrice ecclesie lundensis marcham den. jtem fratribus minoribus lundis dimidiam marcham den. jtem fratribus predicatoribus tantum jtem singulis ecclesiis lundis oram den. sacerdotibus earundem tantum, ministrorum cuilibet solidum den. jtem ecclesie beati petri monialium lundis. II oras den. jtem ad mensam earundem tantum jtem puero meo petro cappam meam griseam et vnam marcham den. jtem ascero braxatori dimidiam marcham den. jtem attoni. duas ocreas jtem lucie vnum lectum jtem botilde. tunicam meam bruneticam jtem ketoløgh vnum pellicium jtem ad laudem omnipotentis dei et cultum ipsius ampliandum ac anime mee. animarumque parentum meorum remedium. lego ad anniuersarium meum. anno quolibet in lundensi choro perpetuo celebrandum. quandam tabernam quam jure hereditario habui post patrem meum dilectum que est inter tabernas mercatorum ad partem fori orientalem sita. media inter tabernam mathei joonson ciuis lundensis et tabernam mathei fratris mei vterini. de cuius pensione volo quod quolibet anno deducentur due ore den. inter scolares pauperes diuidende et due ore ad commodum fabrice ecclesie lundensis conuertende. residuum autem pensionis taberne supradicte. volo quod inter canonicos et vicarios qui vigiliis et misse interfuerint. diuidatur. hoc prouiso. quod memoria animarum dilectorum michi patris et matris in predicto anniuersario meo annuo habeatur. volo insuper. quod prepositus lundensis. quicunque pro tempore fuerit curam predicte gerat taberne. et in sua ordinacione disponat prout superius est expressum Exsequtores autem huius testamenti constituo et ordino. dilectos michi in christo. matheum joonsson. hartleuum et johannem brochos. ciues lundenses rogans ipsos humiliter et deuote vt hanc meam vltimam voluntatem proseqoi velint ad effectum prout coram deo audeant respondere. Jn cuius rei testimonium sigillum capituli lundensis vna cum sigillo meo et sigillis exsequtorum meorum necnon sigillo nicolai fratris mei vterini. presenti testamento rogo apponendum Datum lundis anno domini MCCC secundo decimo kal. maij.

1364. 1302 d. 20 Maj. Upsala.

Dompresten Israel Petrssons gåfvobref på Nysta till sin slägtinge Magister Andreas, och efter hans död till Lagmannen Birger och hans arfvingar med förbehåll af öppen utfärdsväg för gården Runby.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis Israel petri prepositus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Vniuersitati vestre significo per presen-

tes quod dilecto consobrino meo, Magistro andre, propter diuersa, ac multiplicia beneficia michi per ipsum prestita, confero et assigno cum consensu dilecti fratris mei, Domini Birgheri legiferi vplandie, decem oras terre in Nysta, cum omnibus adiacentibus eisdem, si ipso superstite me ab hoc seculo contingat euocari, volo nichilominus quod curia Runby libere habere possit commoda seu exitus qui wlgariter dicuntur vtuéghir in aquas, ad pascua, uel in siluas, Volo eciam vt dicto Magistro andree defuncto, ad fratrem meum superius nominatum, uel ad eius liberos, nominata possessio redeat nysta pleno iure, Si autem quod absit sepius nominatum fratrem meum, ante mortem sepedicti magistri andree, sine liberis ab hoc seculo euocari contigerit, tunc volo atque ordino, quod sepius repetita possessio, Nysta, secundum discrecionem dicto Magistro andree a deo datam pro anima nostrum omnium diuidatur Jn Cuius facti euidenciam, Sigillum meum cum sigillo dilecti fratris mei, presentibus est appensum, Datum vpsalíe anno domini. Millesimo. .C°CC°. Secundo. Terciodecimo kalendis Junij.

Två sigill finnas, något skadade.

1365. 1302 d. 19 Juni.

Biskopen i Westerås Nils Kettilssons aflatsbref för botfärdige, som på vissa festdagar besöka Sigtuna kloster-kyrka.

A. S. c.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Nicolaus Dej gracia Episcopus arosiensis. Salutem in domino sempiternam. Licet js &c. *lika med föregående N:o 435 till* apciores. Cupientes igitur, vt ecclesia religiosorum virorum fratrum Predicatorum sictunie, jn honorem beatissime marie virginis dedicata, congruis honoribus, et deuocione populi frequentetur, Omnibus vere confitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam, jn anniuersario, dedicacionis die ipsius, et vsque ad octo dies sequentes, Et in omnibus festiuitatibus beate virginis, et beate Marie magdalene, et beate katerine, Et in sollemnitatibus beatorum augustini et Dominici confessorum, ac beati Petri martyris, Necnon in secunda die Natiuitatis domini. Pasche et Pentechostes, cum reuerencia et honore visitauerint. De omnipotentis dei misericordia confisi. Quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer annis singulis relaxamus. dummodo per venerabilem Patrem dominum vpsalensem in cuius dyocesi dicti fratres degunt, ratificate fuerint indulgencie memorate. Jn cuius rei testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum

anno Dominj. M°.CCC°. Secundo. Jn die sanctorum martyrum Géruasii et Prothasij.

På uppvecket: Jstas indulgencias confirmauit dominus archiepiscopus ad supplicacionem fratris Jsraelis.

Sigillet skadadt.

1366. 1302 d. 12 Juli. Odenslunda.

Kaniken Olofs af Forsa Gåfvo- och faste-bref på en del af Forsa ström, till Lagman Birger Persson.

A. 6. a.

Ego Olauus de fforsum, Canonicus vpsalensis, Tenore presencium notum facio, omnibus quorum interest, tam presentibus quam futuris, me, nobili viro, et michi dilecto cognato, domino .B. peterson, legifero vplandie, quatuor solidos in torrente fforsum, qui ad me pertinebant racione prediorum meorum ibidem, in communi placito habito norundie, apud villam Odinslunde contulisse seu donasse pleno iure ac ibidem super eadem donacione, firmarios wulgariter dictos fastar adhibuisse secundum patrie leges et consuetudinem approbatam. Jn Cuius donacionis euidenciam pleniorem, presentem cedulam propria manu scripsi, et eam proprio meo sigillo signaui, Actum loco predicto, anno domini .M°. CCC°, secundo, IIII°. jdus julij.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1367. 1302 d. 8 Sept. Stockholm.

Hertig Eriks Gåfvobref på gården Sörby, med underliggande gods, till dess broders, Konung Birgers tjenare, Thorkel Clemensson.

A. 6. a*).

Omnibus presentes litteras inspecturis Ericus dei gracia dux sueorum, salutem in domino sempiternam. Cum dignum sit ac racioni consonum vt fideliter servientes dignis stipendiorum beneficiis remunerentur et promoueantur commodis et profectibus graciosis. Constare volumus tam posteris quam modernis, quod discreto viro thurgillo clemætson famulo dilecti fratris nostri et domini, Domini birgeri regis sueorum illustris dedimus et assignauimus curiam nostram sørbÿ cum predijs infrascriptis, videlicet in eadem sør-

*) Finnes äfven i original, A. 6. a., med sigillen 1, 3, 5, 6 skadade, hängande å pergamentsremsor; N:o 2, 4, 7, 8, 9 bortfallna; remsorna qvar.

by duas marchas terre cum vna ora terre tercia parte solidi minus, Jtem in westra sørby vnum solidum terre, Jtem jn orberghum dimidium solidum terre, Jtem jn wallum duos solidos terre cum dimidio, Jtem in Fotsta vnúm solidum terre, Jtem jn billistum septem solidos jn torrente dumtaxat ibidem Jtem in gildistum dimidium solidum terre, Jtem in akiste tres oras, Jtem in ballsta quatuor solidos terre, Jtem jn billaberghum duos solidos terre, Jtem jn westrauallum dimidium solidum terre, Jtem in alsengum dimidiam oram terre, Jtem in Gardlengio dimidiam marcham terre, Jtem in Eke dimidium solidum terre, Jtem in Norræby duos solidos terre, Jtem in biuranes vnam oram terre et in quastum vnum solidum terre, ac omnia et singula eidem curie attinencia vbicumque sita et inuenta fuerint in agris, pratis siluis, paschuis, piscariis, molendinis et molendinorum locis infra sepes vel extra longe uel prope positis, racione sui fidelis seruicii, tam nobis, quam predicto domino nostro regi impensi, Jure perpetuo possidendam Transferentes in ipsum et suos heredes facultatem eandem curiam possidendi, vendendi, commutandi, seu quocumque modo voluerit ordinandi, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, quibus apponi petimus sigilla domini nostri regis, dilecte matris nostre domine regine Heluighis, waldemari fratris nostri dilecti, domini thurgilli knutson marscalci, et aliorum nobilium de consilio eiusdem domini nostri regis ad euidenciam pleniorem Datum stokholmis Anno domini M°CCC° secundo in natiuitate virginis gloriose.

Sigillen 1, 2, 3, 5, 8, 9 skadade, hängande på olika färgade silkestrådar; de öfriga borta.

1368. 1302. d. 24 Sept.

Konung Birgers Skydds- och frihets-bref för Biskopen Brynolfs i Skara gods och å dem boende personer, med försäkran om de friheter, som tillkommo dem, hvilka gjorde Konungen rusttjenst.

A. 3. 2.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter, Quod nos Reuerendi patris Domini Brỳniulphi diuina miseracione Episcopi skarensis omnia bona mobilia et inmobilia, villicos et colonos, ac personas omnes in eisdem bonis residentes recepimus sub nostram protectionem et tutele graciam specialem, Reddentes eadem bona, cum personis premissis que silicet pro cotidianis suis vsibus et pro mensa deputauerat, ab omnibus causis et iuribus nomini nostro debitis, videlicet gengiærdh et almænningsøri, ac solucionibus alijs seu inposicionibus quibuscumque, racione fidelis sui seruicij nobis inpensi, et prout speramus

in posterum fideliter inpendendi, libera. penitus et exempta, Jta quod per omnia eadem libertate gaudeant qua ceteri gaudent, qui nobis cum dextrarijs seruiunt phaleratis, Prohibemus igitur ne quis bona seu personas premissas contra huiusmodi nostram tuicionem, inpetere, grauare, seu molestare presumat, sicut graciam nostram diligere voluerint inoffensam, Datum Anno domini Millesimo, Trescentecimo secundo, VIII°. kalend. octobris.

På frånsidan: Priuilegia regalia episcopo scarensi data sed stricta aliqualiter.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1369. 1302 d. 7 Oct.

Konung Birgers Bref för Grefve Jakob af Halland och flera Danska flyktingar, att skaffa dem rätt af Konung Erik i Danmark och emedlertid gifva dem tillflykt i Sverige.

L. f. 76.

Universis præsentes litteras inspecturis Birgerus dei gracia Svecorum Gothorumque Rex salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes nos a viris fide dignis veraciter didicisse, qvod magnificus Princeps dominus Ericus Danorum Slavorumqve Rex, frater noster dilectus, super causis, qvas ipse nobilibus viris, dominis, Jacobo, comiti Hallandie, Petro Jacobs. domicello Nicolao et Johanne Petersun de regno Dacie profugis et proscriptis imposuerit, eosdem nobiles contra justiciam et leges patrie multipliciter aggraverat et eosdem ab aliis procuraverat indebite molestari; qvam ob rem ad petitionem et instantiam incliti principis domini Hagenni regis Norvegie illustris fratris nostri carissimi, promisimus eisdem nobilibus bona fide, qvod pro ipsis et eorum liberis prædictis, efficaciter placitare volumus, ac ipsis opem præstare conveńientem, ut pro injuriis et dampnis illatis eisdem, justiciam conseqvi valeant et pro causis eis impositis excusacionem legalem seu legittimam facere, secundum Deum et justiciam, et ut in veris et approbatis libris regni Dacie legalibus continetur, nec non et memoratis nobilibus et eorum liberis supradictis, refugium in regno nostro concedere, si necesse fuerit, et eis videbitur oportunum, nec ipsos deserere volumus a nostris specialibus gracia et favore. In cujus rei testimonium una cum sigillo nostro sigillum domini Erici ducis fratris nostri dilecti, et sigilla dominorum Th. Marscalchi nostri et aberni sixstoins. consiliariorum nostrorum præsentibus sunt appensa. Datum anno domini M. CCC. II. nonis Octobris.

1370.

1370. 1302 d. 10 Oct.

Carl Ingeborgssons Bref om ett jordabyte med Skokloster, hvarigenom klostret, emot Tångestad och Harket i Kefrie (Kärrbo) socken samt delar af några holmar och en skog, erhöll Salkandaeke i Gryta socken och Nyby i Långthora socken.

A. 3. b.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Karolus Jngiburgason, salutem in domino sempiternam, Jniuriatur memorie frequenter obliuio, et longinquitate sepe fit temporis quod clara presentibus redduntur [1]) obscura futuris, Jdcirco tam posteris quam presentibus tenore presencium notum facio, Me fecisse quandam permutacionem prediorum meorum cum domina abbatissa et Conuentu sanctimonialium in scho, sub hac forma, videlicet quod Ego recepi a dicta domina abbatissa et suo Conuentu ad Jus et proprietatem meam Curiam predicti monasterij dictam Tangastir Cui subiacent due marche terre, Jtem octo solidos terre in villa harekj parochia kiefri, et quidquid in insula afgarnum, et in sigmarsholmum, et in langholmum, et in silua fiestum, monasterium scho possederat, Cum agris, pratis, siluis, piscarijs, et pascuis [2]), et ceteris omnibus et singulis attinencijs ad dictam Curiam tangastir [3]), et ad predictum predium in villa harekj pertinentibus quocumque nomine censeantur absque diminucione et excepcione quacumque dictis wlgariter afnempningum, Ego uero karolus Jngiburgason pro predictis bonis ad Jus et proprietatem monasterij scho, tradidi, assignauj, et appropriauj titulo permutacionis Curiam meam salkandaekj in parochia grytum Cui subiacent quindecim ore terre, et duodecim denarii cum dimidio denario terre, et tres oras terre in nybý in parochia langpthoru Cum agris, pratis, siluis, piscariis et pascuis, et ceteris omnibus et singulis attinenciis ad dictam Curiam salkandaekj, et ad dictum predium in nyabý pertinentibus quocumque nomine censeantur, absque excepcione et diminucione quacumque dictis wlgariter afnempningum, super predicta eciam permutacione, tradicione, assignacione, appropriacione, et recepcione permutacionis titulo, dati et accepti fuerunt firmarij wlgariter dicti fastar, et omnia alia facta que secundum leges patrie, et terre consuetudinem in hiis negocijs fieri consueuerunt Jn cuius eciam rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo domini Magni gregorison presentibus est appensum, Actum anno domini .M°.CCC°.II°. sexto Jdus octobris.

På frånsidan: littera super XV horas j salkandeykie.

Sigillen: N:o 1 skadadt; 2 bortfallet, remsan qvar.

---

1) reddantur *i N:o 1371.* 2) pascuis *utesl. i N:o 1371.* 3) Tangastum *i N:o 1371.*

1371. 1302 d. 10 Oct. Baldingstad.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Allessons på allmänt ting gifna Fastebref på Karl Ingeborgssons i nästföregående bref omtalta jordabyte med Skokloster.

A. 3. b.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Nicolaus miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Jniuriatur &c. *som i nästföregående N:o* 1370 *till* tenore presencium intimamus, Quod dominus karolus Jngiburgha svn, et vestgøti famulus domine abbatisse de scho a dicta domina abbatissa et eius Conuentu ad hoc specialiter deputatus et destinatus, fecerunt in nostra presencia permutacionem huiusmodj prediorum, videlicet quod dictus dominus karolus titulo permutacionis, tradidit, assignauit, et appropriauit, dicto vestgøta nomine abbatisse et Conuentus de scho, Curiam suam salcandaekj in parochia grytum Cuj subiacent quindecim ore terre, et duodecim denarij terre, cum dimidio denario terre, Jtem tres oras terre in villa Nyaby in parochia languthoru, cum agris, pratis, siluis, piscarijs, et ceteris omnibus, et singulis attinencijs ad dictam Curiam salcandaekj, et ad predictum predium nyaby pertinentibus quocumque nomine censeantur, absque diminucione et excepcione quacumque dictis wlgariter afnempningum, Predictus vero vestgøti nomine abbatisse et Conuentus de scho, tradidit, assignauit, et appropriauit, dicto domino karolo Curiam monasterij scho dictam tangastir, Cuj subiacent &c. *som i nästföregående N:o* 1370 (*med der anmärkta olikheter*) *till* afnempningum, Super predicta eciam permutacione dati et accepti fuerunt in Comunj placito coram nobis secundum leges patrie firmarij wlgariter dicti fastar Jn cuius rei testimonium ad instanciam et supplicacionem predictorum dominj karolj nec non et vestgøta nomine dicte abbatisse et conuentus scho presentes fieri, et sigillj nostri fecimus munimine roborari, Actum apud Ecclesiam baldingstadum Anno dominj .M°.CCC°II°. sexto Jdus octobris.

På frånsidan: super salkandekie.

Sigillet, på en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1372. 1302 d. 24 Nov. Condestir.

Ramfrid, Lagmannen Israels enkas stadfästelse på dess gåfva till Upsala Domkyrka, så väl af de hus hon kan komma att uppföra på den tomt vid H. Trefaldighets kyrkan, hvilken Ärkebiskopen upplåtit till hennes begagnande på lifstiden, som ock af de bohagsting der kunna förefinnas vid hennes död.

A. 4.

Omnibus Presentes litteras Jnspecturis, Ramfridis Relicta domini Jsraelis legiferi, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volo,

quod assignacione michi facta, per venerabilem patrem dominum Nicolaum Diuina prouidencia archiepiscopum vpsalensem, de fundo iuxta ecclesiam sancte trinitatis cum domibus tunc ibidem existentibus, pro meis vsibus et commodo ad dies vite mee, Ego Cuiuslibet Calumpnie occasioni precauere volens, Accessi ad prefectum et consules Ciuitatis vpsalensis, et in Communi placito ipsorum Recognoui premisse concessionis graciam michi factam, et volens beneficencie michi inpense grata fore contuli Ecclesie vpsalensi, domos quas tempore habitacionis mee in dicto fundo contingeret me construere et eciam vtensilia que illic existerent tempore mortis mee, quam donacionem ex nunc Ratifico, Ratamque et firmam inmutabiliter esse volo, Jn Cuius Rei testimonium sigillum meum presenti littere vna cum sigillis domini Andree prepositi, et Ramburgis filie mee est appensum, Actum Apud Condestum, Anno domini, Millesimo, Trecentesimo, secundo, Octauo kalendas decembris.

Sigillen, N:o 1 och 2 skadade, 3 bortfallet.

1373. 1302 d. 28 Nov. Condestir.

Samma Ramfrids Testamentariska anordning af penningar till kyrkor och kloster m. m., till hvilkas utbetalning gården Hwalfstader anslås, hvarjemte grafställe utses antingen i Upsala eller Skara Domkyrka.

A. 4.

Jn Nomine domini amen, Anno Natiuitatis Eiusdem, M°.C°C°C°. secundo, Quarto kalendas Decembris, Ego Ramfridis Relicta domini Jsraelis condam legiferi vplandie debilis aliqualiter corpore Sed mente per dei graciam, compos et sana per omnia, saluti anime mee desiderans vtiliter prouidere, De bonis michi a deo concessis, Testamentum meum condo et ordino in hunc modum. Jn primis Dilectum filium meum Ragnwaldum, et karissimas filias meas michi instituo in bonis meis successores legittimos et heredes, Obligo autem omnia bona mea pro debitis meis si qua post mortem meam exstiterint persoluendis, volens vt illa absque dilacione qualibet persoluantur, Jn Ecclesia autem vpsalensi, si in superiori swecia contingat me mori, eligo in Cappella beati Nicolai, iuxta dilectum Maritum meum sepulturam, ad cuius Cappelle structuram, lego Quadraginta Marchas denariorum vsualis monete, Jn quo casu lego Ecclesie beate virginis skaris, Tres marchas denariorum, Si autem in vesgocia contingat me decedere, eligo iuxta Patrem meum in Ecclesia beate virginis skaris sepeliri, et tunc lego illi Ecclesie Quadraginta marchas denariorum, dicte autem Cappelle beati Nicolaj tunc lego, Tres Marchas denariorum, Jtem ad edificacionem domus dei vpsalie, lego decem marchas denariorum, ffratribus minoribus ibidem, decem marchas denariorum, Jtem Ecclesie beate virginis ibidem, vnam marcham de-

nar. Jtem Ecclesie sancte Trinitatis, vnam marcham denar., Jtem Ecclesie beati Petri, vnam marcham denar., Fratribus predicatoribus siktonie, decem marchas denar., Jtem hospitali Enecopensi duas marchas denar. Jtem fratribus minoribus stokholmis, duas marchas denar., Jtem monasterio sancte Clare ibidem, duas Marchas denar., Jtem fratribus predicatoribus skaris, Tres marchas denar., Jtem fratribus minoribus ibidem, decem Marchas denariorum, Jtem monasterio dominarum in gudhem, decem marchas denar., Jtem monasterio monachorum in wærnem, Tres marchas denariorum, Cuilibet ecclesie in qua habeo curiam lego, duas marchas denar. et Rectori cuiuslibet ecclesie vnam marcham denar., Jtem filie villici mei dicti skakla que defectum in alio patitur brachio, lego viginti Marchas denar., ad hoc quod cum dictis denarijs recipiatur in monasterio gudhem in sororem, ad premissorum solucionem specialiter deputo et obligo Curiam meam, hwalffstadhir cum omnibus bonis mobilibus et inmobilibus ad dictam Curiam spectantibus, volens Curiam predictam pro legatis obligatam, sub regimine exequtorum meorum manere, et si heredes mei infra annum eandem non redimerint, Tunc exequtores mei elapso anno, ius habeant eam vendendi ad soluendum legata, et quod residuum fuerit ipsis heredibus committatur, Exequtores autem huius testamenti mei tales constituo, facio, et peto, videlicet venerabiles Patres, dominos, Nicolaum diuina prouidencia archiepiscopum vpsalensem, et brŷniulphum eadem gracia Episcopum skarensem, Dilectum consanguineum meum, dominum. Th. knutsson illustris Regis swecie marskalkum, et dominum Andream prepositum vpsalensem, supplicans vt hanc meam voluntatem, et ordinacionem complere velint, et exequi propter deum, Quod si omnes exequtores a me constituti presens testamentum meum noluerint, uel commode non poterint exequi. volo quod ius exequendi ad eum, uel ad eos pertineat, qui hoc voluerit facere propter deum, Testes autem huius testamenti mei, specialiter in testimonium vocati, et rogati fuerunt, videlicet, dominus Thorbernus Rector Ecclesie Parochialis Lenum, et discreti viri Jacobus, Jærlerus, et Jngiuestus omnes de villa brunnum, et holmgerus de villa vatholmum, cum vicino suo hægwido fastulphus vicinus presbiteri memoratj, et dilectus famulus meus bero, Quod si premissa ordinacio mea, iure testamenti non valet, valeat iure quocumque, ordinacionis cuiuslibet extreme voluntatis, Jn cuius rei testimonium presens scriptum meo sigillo sigillauj, et appensione sigilli venerabilis patris domini Nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis, et dilecte filie mee Ranburgis, nec non Nobilium et discretorum dominorum, videlicet, Magistri andree prepositi vpsalensis, Magni gregorisson, birgeri pætærson legiferi vplandie, Rødh kældorson, benedicti booson, øari, et Nicolai scolasticj canonicorum, instancia qua possum postulo roborari, Jtem reuoco presenti scripto omnia testamenta

prius a me facta, quibuscumque testibus, uel sigillis sint vallata, Actum apud Curiam filie mee Ranburgis Condestir, anno et die prenotatis.

Sigillen N:o 1, 3, 5, 9, 10 skadade, de öfriga bortfallna, remsorna qvar.

1374. 1302 d. 5 Dec. Skeninge.

Alvers af Falsberg Gåfvobref på en jordlott och hälften af all sin lösegendom till Wreta kloster, för sin och sin hustrus grafplats, med förbehåll af dispositionsrätt deröfver i sin lifstid, och med vilkor, att hans hustru skulle efter hans död af klostret njuta kläder och underhåll.

A. 3. t.

Vniuersis presens scriptum cernentibus. ALUERUS de falsbyærg. Salutem in domino sempiternam. Quoniam pleraque que aguntur. ab humana memoria. facilius elabuntur. nisi litterarum testimonio roborentur. tenore litterarum dignum duxi. presentibus et posteris non latere. Set cognitum fieri euidenter. me sextam partem terre de attung cum dimidietate omnium bonorum meorum mobilium. monialibus vrætøm. pro sepultura mea. nec non dilecte vxoris mee. contulisse. hac condicione interiecta. silicet. quod si me prius mori contigerit. hec mea donacio. firma et stabilis habeatur. vxorique mee predilecte. post mortem meam. victus et vestitus debeant omnibus diebus vite sue. de bonis earundem monialium ministrari. Si autem ipsam prius mori contigerit. volo. vt predicta donacio ad usus meos redeat. disponenda. pro mee libito voluntatis. Jn cuius testimonium. Siggilla nobilium. Domini ormeri carlson. Nicolai prioris skæningie. Siggillumque ciuitatis eiusdem. Domini thyrgeri de biælbo. valdemari de siundæthorppæ. folkuidi de faldhungi. presentibus sunt appensa. Datum skæningie. anno domini. M°.CCC°. Secundo. Jn vigilia beati nicolai.

Sigillen N:o 1, 2 och 6 borta, 3 mycket skadadt, 4 och 5 nästan hela.

1375. 1302 d. 18 Dec. Rom.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Cistercienser-Orden, om befrielse ifrån all tionde och afgift till någon annan af deras jord, äfven om de lemna den åt andra att odla.

A. 1. d. 13 *).

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei, Dilectis filiis, abbatibus, abbatissis, et conuentibus ordinis Cysterciensis, tam presentibus quam futuris,

*) Utur en af Biskop Guido d. 19 Sept. 1303 utgifven vidimation, åter vidimerad af 2:ne Prostar på Gothland d. 28 Oct. 1338.

salutem et apostolicam benediccionem, Jn ecclesie firmamento vester ordo nitore claro choruscans vniuersalem gregis dominici aulam illuminat, et currentibus in stadio rectum iter insinuat quo ad salutis brauium facilius peruenitur, Nos quidem ob hoc, et propter magne deuocionis affectum, quem ad nos et apostolicam sedem habetis, ordinem ipsum ac vos et alios eiusdem ordinis professores intima karitate prosequimur ac sinceris affectibus excitamur, ad vestra et illorum commoda in quibus honeste possumus promouenda, Jdeoque premissorum intuitu et obtentu, dilecti filij nostri Robertj, Tit., sancte prudenciane, presbiteri cardinalis, qui tanquam prefati ordinis, quem professus existit promotor assiduus, necessitates vestras et dicti ordinis nobis Reuerenter exposuit, et super illis nostre prouisionis auxilium implorauit, Vobis auctoritate presencium indulgemus, vt de terris vestris cultis et incultis ad ordinem vestrum spectantibus, quas alijs concessistis, vel concedetis in posterum excolendas, (de quibus tamen aliquis decimas seu primicias non percepit *) nullus a vobis, seu cultoribus terrarum ipsarum, aut quibuscumque alijs, decimas, seu primicias, exigere vel extorquere presumat, Nos enim nichilominus irritum decreuimus, et inane, quicquid contra tenorem huiusmodi, Jndulgencie fuerit attemptatum, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attemptare presumpserit, Jndignacionem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum Laterani, XV, kalend. Januarij. Pontificatus nostri anno Octauo.

På frånsidan af afskriften med sednare hand: Jste autem littere omni suspicione carentes saluis sigillis varnhem reseruantur.

1376. 1302 d. 18 Dec. Lateran.

Påfven Bonifacius VIII:s Bulla till Cistercienser-Orden, om frikallelse för dess kloster, gods, och tillhörande folk, från extra tionde och andra pålagor.

A. 1. d. 88 **).

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis vniuersis abbatibus et abbatissis et conuentibus ordinis cisterciensis tam presentibus quam futuris sālutem et apostolicam benediccionem jn perpetuum Jn vestitu de aurato ecclesie sponse christi que varietate circumdata suo sponso specioso

*) Det inom parenthes satta är, efter radering, som det tyckes af samma hand, men med mörkare bläck inskrifvet.

**) Utur den vidimation, Biskop Thomas i Strengnäs d. 26 Febr. 1441 gifvit af Ärkebiskop Johans i Upsala d. 10 Juni 1423 bekräftade afskrift.

forma pre filiis hominum inva*dat* jntegre fidej ac soliditate spej a dextris assistit Cisterciensis ordo diuinis mancipatur obsequiis et inter religiones ceteras gloriose virgini singularitate deuocionis astrictus ex institucione primaria et professorum ipsius quantum ex alto conceditur prosecucionis instancia rutilat caritate candet castimonia et pulcritudine conuersacionis elucet huius ordinis nazarei Candidi dicti videlicet professores eiusdem sub arte obseruancie districcione in conspectu eorundem regis regum et regine celestis phialas odoramentorum plenas jn oracionum assiduitate presentant Beneplacitis illorum per opera pietatis inseruiunt et sic hospitalitatem obseruant quod sibi pauperes pauperibus diuites illis munifici sibi parci laboribus non parcunt propriis sed victu sui wltus sudore quesito se tenui exhibent aliis subueniunt habundanter hec quidem fauorem omnium vendicant hec vos fauorabiles reddunt cuiuslibet peccatoris pii judicio representant solet enim regum et principum aliorumque magnatum familiaribus ipsorum contemplacione deferri Quanto jtaque amplius tam peculiaribus eorundem summi regis et regine celestis famulis ipsorum obtentu in suis esse subueniendum necessitatibus et oportunitatibus assistendum profecto immensa inter comparata disparitas mensuram comparacionis huiusmodi admittit, hec nos monent attencius hec nos et fratres nostros hortantur instancius vobis et monasteriis vestris contra incidencium decimarum et aliarum exaccionum instancias oportuno remedio prouidere Quid enim opus est ea decimare uel per partes exigere ad seruiendum exinde domino que ipsius sunt seruiciis totaliter deputata Jdeoque de ipsorum fratrum consilio vos Monasteria ceteraque loca et homines eiusdem ordinis ac ipsum ordinem ab onere cuiuslibet repentine ac extra ordinarie decime seu alterius exaccionis eximimus districcius jnhibentes vobis dictis monasteriis locis et bonis de cetero huiusmodi decimarum et exaccionum quocunque nomine censeantur inponi ac inponendas in posterum quantumcunque generaliter sub quauis forma uel expressione verborum a vobis exigi vel vos super illas aliquatenus molestari, Decernentes ex nunc omnem sentenciam suspensionis interdicti seu excommunicacionis in vos Monasteria homines vel bona predicta propter hec quacunque auctoritate latam irritam et inanem ac viribus omnino carere Nulli ergo omnino hominum &c. Datum lateranj XV kalend. Januarij pontificatus nostri anno VIII°.

1377. 1302 d. 29 Dec. Segerstad.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Allessons Bref om Segerstads, Söderala och Hanebo socknars upplåtande af en mils omkrets i deras allmänning på skogen Emordh, åt innehafvaren af de för resandes beqvämlighet på nämnde skog uppförde hus, mot förbehåll af vissa vilkor.

A. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Nicolaus miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam Jniuriatur memo-

rie frequenter obliuio et longinquitate sepe fit temporis, quod clara presentibus, redduntur obscura futuris. Quare aduersus dispendium obliuionis de scripture suffragio prudencium cautela prouidit. Notum igitur esse volumus per presentes, quod cum domus alique, specialiter propter pauperum transeuncium commoda et quietem fuerant in medio silue emordh ab antiquis constructe temporibus, sed propter inopiam, et penuriam sustentacionis inhabitatoris crebrius destitute. Nos pauperum per dictam siluam transeuncium vtilitatem, et commune bonum promouere volentes, Cum apud ecclesiam særisstadhum, Anno domini Millesimo, Trecentesimo, secundo. die beati thome martyris visitacionis officium ageremus petiuimus a dicte ecclesie, Ecclesiarumque sudheralum et hanabo parochianis, quorum communitas ius habere dicitur in silua circumiacente locum dictarum domorum, quod pro sustentacione inhabitantis nunc et pro tempore inhabitancium dictum locum de silua viciniore dictis domibus ad spacium vnius miliaris perpetuo assignarent, Qui nostre peticioni beniuole annuerunt appositis condicionibus infrascriptis, videlicet quod dacio seu assignacio dicti miliaris in dicta silua sit specialiter pauperum transeuncium vsibus appropriata. Jta quod dictum locum talis incolat et inhabitet, absque iuris hereditarij vendicacione, qui wlt, et potest se in premisso negocio vtiliter exercere. Jtem quod in predicta miliaris assignacione, non inuoluatur seu includatur silua alicui ville specialiter appropriata, Jtem quod vltra sepedictum miliare predictarum domorum inhabitator communis silue vsum non habeat absque possessorum requisicione, et licencia speciali. Jtem quod homines predictarum trium parochiarum infra illud miliare piscari in aquis, cum retibus et sagena, et cortices in silua colligere, et pascua pro suis pecoribus libere valeant habere, Agros tamen et prata infra dictum miliare nulli facere liceat alteri nisi inhabitatori domorum predictarum. Jn horum igitur testimonium euidens sigillum nostrum presentibus est appensum, Actum loco, anno, et die prenotatis.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

På frånsidan: Littera de silua emordh in helsingya.

1378. 1303 Odat.

Ragnhild Spjelbudes dotters testamente af jord och penningar till kyrkor, kloster och andra andeliga stiftelser.

A. 3. a.

Jn Nomine Domini Amen. Cum mortis dies et hora cunctis mortalibus sint incerta, Jdcirco Ego RAGNILDIS FILIA SPIÆLDBUDÆ VXOR beronis Jngulfsuns

suns mente et corpore incolumis per graciam ihesu christi, Diligenti deliberacione prehabita, meum infrascripto modo, condo, facio, et ordino testamentum. Jn primis, apud Ecclesiam vpsalensem, in Capella beate virginis mei corporis eligo sepulturam. Ad fabricam autem dicte Ecclesie vpsalensis, do, et lego, quinque solidos terre in øbý parochia nees, mere, de communi mariti mei, et meo peculio conquisitos Jtem fratribus minoribus vpsalie lego vnam Marcam denariorum, Jtem domui dei vpsalie, duas Marcas denar., Jtem fratribus Predicatoribus sictunie, duas Marcas denar., Jtem monasterio sco, vnam Marcam denar., Jtem ecclesie dalhý, duas marcas denar., Jtem ecclesie laza, duas marcas denar., Jtem Ecclesie askanæs, duas Marcas denar. Predictas autem duodecim marcas piis locis legatas, solui uolo per huiusmodi Testamenti mei executores, integre de bonis meis mobilibus, antequam bona ipsa ab heredibus adeantur, seu eciam occupentur, Executores huius testamenti constituo et humiliter peto, venerabilem patrem et dominum, Dominum meum archiepiscopum vpsalensem, et Magistrum Andream prepositum vpsalensem, et, Dominum benedictum boson, supplicans, vt propter dominum meam premissam implere velint, et exequi voluntatem. Quod si predicti executores omnes hiis exequendis interesse nequiuerint, uel noluerint, ille uel illi eorum qui uoluerint et valuerint, nichilominus exequendi ea plenariam habeant facultatem. Testes autem huius testamenti mei taliter ordinati in Testimonium specialiter uocati et Rogati sunt Parrochiani Ecclesie dalbý infrascripti, videlicet dominus Andreas dicte Ecclesie presbiter, Thorbernus de Tunum, Emundus et Jngi in nýbý, Nicolaus et Johannes et bòddi in hæsli, vlfo et kætiluastus in sebý, laurencius et Olauus villici in granum, Petrus in nýbili, biorn sunason, Andreas Jngiualdus et siguastus in vbbý, Ospaker et Jacobus villici in Tunum, Jngimundus smidher, Thordher in Endæstum, Tubbi in aluarstum, botti in brunnum, Erlendus et Jngo et multi Alij de parrochia predicta. Jn Cuius rei testimonium, quia sigillum proprium non habeo, sigillum venerabilis Patris, Domini Nicolai Archiepiscopi vpsalensis, et sigilla honorabilium uirorum, dominorum Mathie et Nicolai Canonicorum ibidem presentibus apponi peto. Actum Die et loco supradictis, Anno Domini, Millesimo, Trecentecimo Tercio.

Sigillen: N:o 1 söndrigt; N:o 3 andeligt, nästan oskadadt; N:o 2 och 4 bortfallna, remsorna qvar.

1379. 1303 d. 18 Jan.

Advocatus i Stockholm Christians försäkran, att af Konungens gods och inkomster, eller i brist deraf, af egna medel lemna Riddaren Johan Engel betingadt vederlag för gården Algö, som han lemnat Konungen, och Häkenäs, som han lemnat Marsken Thorkel Knutsson.

J. 6: 15o.

Vniuersis Christi fidelibus præsens scriptum Cernentibus Christianus advocatus stokholmensis, salutem in Domino sempiternam. Vniuersitati iure præsentium denotetur per tenorem, nobilem militem Dominum Iohannem dictum Angelum, Domino meo Regi, curiam suam Algõ, et Domino Thuroni Knutson, dilecto Marchalco suo, aliam curiam dictam Häkenäss, in östgotia, ipsis ipsorumque hæredibus contulisse, iure hæreditario, perpetue possidendas. Pro quibus sibi de bonis, Domini nostri Regis, et redditibus, secundum æstimationem nobilium Dominorum, videlicet, Venerabilis Patris Domini N. Dei gratia, Archiepiscopi Vpsaliensis, et Domini Andreæ præpositi ibidem, in duplo majores redditus, quæ de prædictis curijs proveniunt annuatim finaliter ordinabo, si vero de bonis Domini Regis redditus ut prædixi non optinuerit, sibi de bonis meis proprijs omnia integraliter complebo, quæ in litteris Domini nostri Regis, super hoc confectis, sigillo suo proprio, ac dilecti Fratris sui E. Dei gratia, ducis svecorum et Dilecti Marscalci sui præmunitis continentur. In huius testimonium præsentes, scripsi, feci, et sigilli mei, vna cum sigillo fratris brauidi quondam prioris, in Eskilltunum munimine roborari. Anno Domini. M.CCC. Tertio, 15 Calend. Februarij.

Enligt teckningen af Sigillen, synes N:o 1 hafva varit skadadt, N:o 2 utplånadt.

1380. 1303 d. 18 Jan. Lund.

Ärkebiskop Ysars i Lund vidimation af Cisterciencer-Abboten W:s honom förevisade afskrift af Påfven Lucius III:s Bulla, angående friheter för Cistercienser-Brödernas jord.

A. 1. d.

Ysarnus permissione diuina lundensis archiepiscopus - Swecie primas electus - vniuersis presentes litteras inspecturis - Salutem in domino sempiternam - Vobis vniuersis et singulis tenore presencium intimamus - quod Religiosus vir frater Boecius dictus Brand - Monachus - Monasterij Nouevallis - Cysterciensis ordinis - lincopensis dyocesis - in nostra presencia constitutus - quas-

*) Finnes äfven i en odaterad vidimation, lemnad af Abbotan Johannes i Nydala till Abboten i Saba kloster.

dam litteras cereo sigillo sigillatas - coram nobis exhibuit et pupplicauit - non viciatas - non cancellatas - sed omni vicio et suspicione carentes - Tenorem qui sequitur continentes - Reuerendis &c. *Se N:o* 822 *och* 93. Quibus exhibitis et diligenter inspectis - ad instanciam predicti fratris Boecii - eas transcribi fecimus de verbo ad verbum - nil addito uel mutato - et redigi in hanc pupplicam nocionem - in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum - Datum Lundis - anno dominj M°CCC° Tercio. XV° kal. februarij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1381. 1303 d. 14 Febr. Linköping.

Kanikerne Knut, Ingi och Olofs m. fl. Vittnesbref om ett utbyte af gården Wreta mot Norred, mellan Gudmund Gudmundsson och Domprosten Wimund i Linköping, och om den sednares mellangift, till större delen erlagd i böter för den förre.

A. 6. a.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Kanutus, Jngo, et olauus canonici lincopenses, ac aduocatus et consules eiusdem ciuitatis, salutem in omnium saluatore, Constitutus in presencia nostra in ecclesia lincopensi die beati ualentini, Gudmundus gudmundi condam filius coram nobis puplice fatebatur quod pro commutacione curiarum quam fecit cum domino, W. preposito lincopensi dimittendo eidem domino .W. curiam dictam Wrethæ cum omnibus suis attinenciis, et recipiendo sibi et suis heredibus curiam dictam norrethe, in cuius melioracionem leuauerat hic subscripta, primo cum dictus gudmundus iuit ad karelos pro uarijs suis usibus, XV. marcas denar. Jtem ingimaro dicto herdkono .VI. marcas denar. Jtem gunnaro quem lesit aput karelos, unam curiam in vesterwik sitam, ualentem .XIII. marcas denar. Jtem uillico in thiængnaby quem lesit. quartam partem attungi in nyarthawi. quem byrgerus liquidson emit pro .XX.IIII. marcas denar. Jtem .XII. marcas denar. pro dimidio attungo in sconbyergh quas leuauit dominus hongerus ulfson. Jtem quando fuit proscriptus pro quadam transgressione legis, dicta thingsfrid, pro iure regio et boschipt nec non et pro iure prouinciali, quadraginta marcas denar. Jtem pro secunda proscripcione, domino philippo, Wlfson. unum equm ualentem .XX. marcas. Jtem quando tercio fuit proscriptus, iohanni dicto fraka quem lesit .II. marcas. et pro iure regio et boschipte, XX. marcas. Jtem pro .XII. thun*ir* ordei quos fecit seminari in norredum .VI. marcas. Jtem pro .XX.IIII. thyn*ir* ordei quos recepit hegirstad .XII. marcas. Jtem dimidium attungum et .XII:mam partem attungi in lund iuxta suthurcopiam pro .XX. marcas. Jtem in promta pecunia .X. marcas. Jtem ad melioracionem curie dicte rekkioscogh quam recepit gudmundus pro curia dicta lund, quartam partem attungi in wiskorø hec autem omnia sicut

supradictum est sepedictus G. se coram nobis recepisse fatebatur. presentibus eciam alijs quam plurimis fidedignis, Jn cuius rei euidenciam pleniorem, sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum et actum Anno domini M°.CCC°.III. loco et tempore prenotatis.

Sigillen, alla 5, något skadade, hängande i remsor.

På frånsidan: Littere super bonis wreta prope wist.

1382. 1303 d. 7 Mars. Skön.

Ärkebiskop Nils Allesson i Upsala Gåfvobref på en gård i Westrahylium, till underhållande af gästning på Rafwunda skogen, med förbehåll för åboen Thorer Gyrdss son och dess arfvingar, att, så länge de gästningen underhålla, få denna egendom innehafva och begagna.

A. 6. *).

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constare volumus per presentes, Quod nos predium cum domibus in vestrahylium. valoris quadraginta Marcarum quod nobis et ecclesie nostre vpsalensi dominus ǿndo presbiter ecclesie lithi, pro suis forefactis et delictis, persoluit et assignauit sub testimonio bonorum, in communi placito habito apud ecclesiam aas in jempcia, loco in silua Rawundum, per dominum Jacobum bone memorie predecessorem nostrum, inchoato, vbi thorirus gyrdonis filius nunc inhabitat, ad supportandum facilius hospitalitatis beneficium, transeuntibus et maxime pauperibus inpendendum, conferimus et jure perpetuo possidendum deputamus, ea tamen condicione adiecta, quod idem thorirus, vxor eius si superstes ei fuerit ac heredes dicti thoriri, quamdiu hospitalitatem solitam in loco eodem exhibere studuerint, predicti predij vsumfructum et prouisionem irreuocabiliter habeant dominio tantum et proprietate in eo, nobis, ecclesie nostre vpsalensi, et nostris successoribus reseruatis, Prohibemus igitur districtius Ne supradictum predium in vestrahylium, seu alia predia, per nos, vel predecessorem nostrum dominum Jacobum loco predicto assignata permutentur, alienentur, vel quomodolibet distrahantur, seu inter aliquas vmquam personas diuidantur, sed ille vel illi tantum, potissime inmediati heredes dicti thoriri, quamdiu simul commanere in loco rawundum supradicto, et dicte hospitalitati voluerint et valuerint deseruire, sub forma et modo superius prenotatis, vsumfructum et prouisionem bonorum habeant et possideant supradictorum Si vero dissensionem et controuersiam, oriri contingat inter ipsos heredes, et velint possessiones inter se diuidere, tunc ad diffinicionem domini vpsalensis absque omni contradictione heredum

*) Finnes äfven i en af Ärkebiskop Hemming i Upsala bestyrkt afskrift af år 1346.

pertineat, cui vel quibus eorum, vsusfructus et prouisio predictorum bonorum debeatur, Statuto enim sanctimus perpetuo valituro, illum semper alijs debere preferri in dictorum bonorum vsufructu et prouisione, qui dicte hospitalitati, pro facultatum suarum modulo operam inpendere studuerit efficacem, locumque sepedictum vtiliter excolere, et pro posse indigentibus inpertiri curauerit, subsidia karitatis, Jnhibemus eciam firmiter et districte, Ne aliquis successorum nostrorum, loco, hospitalitatis supradicto, racione donacionis prediorum, sibi per nos facte, onus quodlibet vel inposicionem quamcumque, vltra id quod superius expressum est in hac littera nostra inponat, seu quomodolibet per se vel suos transeuntes, per locum predictum, grauamen inferri paciatur, Jn horum igitur omnium robur et euidenciam pleniorem, ac perpetuam rei memoriam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud ecclesiam skøn in mæthalpatha anno domini Millesimo, Trescentesimo, Tercio non. Marcij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1383. 1303 d. 7 Mars. Skön.

Ärkebiskop Nils Allessons i Upsala bref om gifven fasta på en jord, hvilken han anslår till förutnämnde gästnings underhåll.

A. 2. *).

Omnibus presentes litteras inspecturis, Nicolaus diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Jnter opera pietatis et misericordie dominica sentencia commendatur, egenos vagosque hospicio colligere, et panem esurientibus, ac potum sicientibus ministrare, hac consideracione ductus felicis recordacionis Dominus jacobus archiepiscopus vpsalensis predecessor noster, cum intelligeret ob prolixitatem silue Rawundum, ex defectu hospicij, grauari plurimos, et pauperes sepe de vita periclitari, et nonnullos perire frequenter in dicta silua, emit pro dimidia marcha locum quendam, et illi loco circumiacencia. silicet vnum Mansgangu, que Gyrdoni patri videlicet thoriri nunc ibidem habitantis, et suis heredibus assignauit, pro vsibus supradictis, Nos quoque opus tam necessarium et pium, benigno fauore promouere volentes, ad dictum hospitalitatis officium conferimus vicinum predium, quod emimus a radgero de hambri pro duodecim oris, quod predium in subscriptis limitibus terminatur, videlicet ad occidentalem partem, in loco dicto lomowijk, postmodum in grytuholma que sita sunt magis ad aquilonem, Deinde directo ad orientem in ampne dicta myrtaa [1]). ffirmarij vero dicti wlgariter fastar empcioni predicte et

*) Finnes äfven i en af Ärkebiskop Hemming i Upsala bestyrkt afskrift af år 1346.

1) I afskriften: myreaa.

vendicioni facte inter nos et dictum radgerum, adhibiti fuerunt subscripti, silicet farthegn, spelbudhi [2]) nepos eius, Nicolaus in sungu, Jngieldus in Nesku, gutthormus in kioll [3]) filius Joans dicti karks [4]), bero kiepter, sighus de diupuvijk, et Nicolaus presbiteri filius de lijth, et insuper in tradicione possessionis huiusmodi wlgariter dicta skøtning, assumpti fuerunt in testes Dominus prepositus hyggiulphus et helghi de lithi, Jn premissis proloqutor extitit supradictus bero kiepter, Jn horum igitur omnium robur et euidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud ecclesiam skøn anno domini Millesimo Trescentesimo, Tercio Non. marcij.

Sigillet skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1384. 1303 d. 13 Mars.

Konung Birgers allmänna Påbud om försvarslösa och främmande landsstykares fördrifvande, med föreläggande, att, så vida sådane personer i Riket funnos öfver en månads tid efter denna stadgas kungörande, de skulle visa hos hvem de voro i tjenst, så kärt dem var att undvika förlust af allt hvad de ägde, spöstraff och öronens stympande, samt att åter efter ytterligare en månads qvarstadnande undergå än hårdare bestraffning.

L. e. 7.

Birgerus Dei gratia Sweorum Gothorumque Rex omnibus Tiundiam inhabitantibus gratiam cum salute. Cum apud Skeningiam dudum fuimus constituti, quam plurimi Regni nostri nobiliores, tam consiliarii nostri, quam alii nobiles ibidem occurrentes, querulosa nobis insinuatione monstrarunt, quod ipsius Regni incolæ, propter clientum et cursorum ac Garcionum vagorum dictorum sculuara, et præcipue ac maxime extraneorum nulli servientium crebros transitus, pregravantur, qui in multis locis homicidia occulta Mord dicta, furta et latrocinia, ac alia plurima fore facta dinoscuntur intollerabilia commisisse. Nos igitur considerantes prædictæ turbationis periculum imminens præcavendum, DEo auspice ex peritorum nostrorum consilio, prædictorum malefactorum audaciæ celeri remedio obviare quantocius affectamus, ne in jacturam pacis hujusmodi audacia transeat impunita; Unde per eosdem consiliarios nostros qui tunc aderant, duximus statuendum, ut quicunque Cliens vel Cursor seu Garico vagus, nulli serviens ut prædiximus, inventus fuerit in Regno vagabundus et Dominum cui serviat, non ostenderit infra mensem unum post publicationem præsentium, quam sibi pro termino peremptorie assignamus viatici testimonio, vel per patentes litteras, seu aliis sufficientibus Documentis, ipsum poena amissionis omnium

2) I Afskr.: farthigign spiælbudhi. 3) I afskr.: køl. 4) I afskr.: Karls.

rerum, quas habuerit, et corporis flagellatione, ac aurium mutilatione decrevimus puniendum. Si vero taliter castigatus in Regno remanserit, ita quod in Suecis supernis moram fecerit per mensem, vel ultra silvam Culmard quod dicitur uthan Skog, per quindenam poenam corporalem acriorem ipsum sustinere volumus per eos, quos ad hoc duximus deputandos postmodum infligendam. Præterea vos scire volumus, quod qualiter super his vel aliis vagabundis indigenis vel extraneis Regnum transeuntibus dilectus Pater noster, Dn. Magnus Rex, bonæ memoriæ statuit, et nos postmodum ordinare decrevimus, vobis infra prædicti mensis spatium intendimus lucidius declarare. Datum Anno Domini M. CCC. III. III. idus Martii.

1385. 1303 d. 14 Mars. Lund.

Domprosten i Lund Andreas' Gåfvobref på all sin lösa och fasta egendom, till inrättande af ett altare i Lunds domkyrka, nemligen Westra Köpinge, Kyrkeköpinge, Skifvarp och Stäfvie i Skytts härad, 2:ne bodar i Lund samt en gård dervid, till boställe åt tjenstförrättande presten, jemte föreskrifter om Domprostens rättigheter att tillsätta prest, samt dennes förrättning, m. m.

A. 5.

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Notum sit omnibus presens scriptum cernentibus quod Ego Andreas Lundensis prepositus, ad cultum diuinum in ecclesia beati Laurencij lundis ampliandum et construendum ibidem, vnum Altare in honorem dei omnipotentis, et beatissime virginis Marie matris ejus, et beati Andree apostoli Longa mecum meditacione preambula et deliberacione habita diligentj. ac in Remedium anime mee, nec non et patris mej. Matris, fratris. parentum. et familiarium meorum. Do et confero sub condicionibus infrascriptis omnia bona mea mobilia et inmobilia videlicet IIII:or curias quas possideo in væstrakøpingæ. vnam curiam Jn kirkykøpingæ. vnam curiam in skipathorp. et vnam curiam in stæwøghø in skøshæræth. Jtem duas tabernas in ciuitate Lundensi in parochia beati Andree apostoli, quas habui de Magno swenson dicto gaggy et vnam curiam ibidem in parochia beati Jacobi sitam, in qua vicarius dicti Altaris habebit residenciam. vt ex eis sacerdos quicunque pro tempore fuerit institutus ad Altare predictum in memorata ecclesia commode sustentetur, et onera incumbencia valeat competenter supportare. Jn primis igitur volo quod ius presentandi sacerdotem vicarium, videlicet predicti altaris apud summum prepositum ecclesie antedicte, quicunque pro tempore fuerit perpetuo remaneat saluum et integrvm. et ipse prepositus perpetuam tuicionem et plenam habere debet bonorum Altaris eiusdem. Sacerdos vero ad dictum al-

tare institutus bonorum predictorum ipsi altari attinencium plenam et liberam habebit ordinacionem sub summo preposito. Jta tamen quod de bonis inmobilibus, edificijs, seu estimacionibus absque Domini archiepiscopi Lundensis et suorum successorum auctoritate nichil alienent, penitus nec commutent Qui sacerdos diebus singulis celebrare debet in dicto altari salua honestate debita videlicet in qualibet Dominica. De sancta trinitate, exceptis diebus. Natalis domini. Pasche. Pentecostes. et Festiuitatibus beate Marie virginis. Omnium sanctorum. omnium apostolorum, nec non. IIII:or Doctorum beatorum Gregorij. Ambrosij. Augustini. et Jeronimi et beati Laurencij martiris. Qualibet eciam secunda feria Quarta et Sexta feria pro defunctis Tercia feria de sancto Andrea apostolo Quinta feria de sancto Laurencio, et quolibet Sabbato De beata Maria virgine. Prouiso quod in omnibus missis memoria beati Nicolaj. beatarumque Marie magdalene Katerine et Margarete virginum. vicissim habeatur. Jnsuper quociens in vna septimana dictas missas celebrare omiserit has in sequenti, seu sequentibus septimanis proximis per se vel alium, seu alios supplere non omittat. Et si corporis debilitate vel alia causa racionabili fuerit prepeditus. Alium loco suj ad celebrandum medio tempore substituet. Sacerdos eciam ad jdem altare deputatus in choro boreali inter canonicos et vicarios stallum habeat quemadmodum vicarius altaris sancte Marie virginis, ibidem in choro australi. et honeste chorum ingredj debet sub cappa superpellicium habens more canonicorum et chorum frequentare debet in omnibus sollempnitatibus tocius anni. Sed missam ibidem dicere nullatinus teneatur. Horam eciam habeat certam qualibet die missam inchoandi, saluo jure capituli. scilicet vt finita missa Altaris beate virginis iuxta chorum inchoet missam suam De annuis autem Fructibus, siue prouentibus eidem altari appositis taliter ordinacionem prouidi vt ex eis quinque marche denar. anno quolibet deducentur in vsum oblacionum et elemosinarum largicionem plene et fideliter hoc modo dispensand . . . in die anniuersario obitus mej de duabus marchis et dimidia dentur canonicis qui vigilijs et misse interfuerint marcha denar., et cuilibet vicario vigillijs et misse predictis presenti quinque denarii ad offerenda eciam dimidia marcha Fratribus predicatoribus eodem die ad pisces vna ora denar. et tantundem Fratribus minoribus. Siquid vero superfuerit pauperibus scolaribus erogetur. De Reliquis autem duabus marchis et dimidia singulis annis die proxima post anniuersarium meum, nisi fuerit Dominica vel alia festiua dies, ex qua occasione in sequentem feriam differatur anniuersarium patris mej. matris fratris parentum et familiarium meorum ad summum Altare in choro sollempniter cum vigilijs et missa teneri constituj et quantum ad omnes distribuciones volo similiter dispensarj, sicut in die anniuersarij mej supra

feci

feci mencionem. De supradictis eciam fructibus antedicto altari appositis anno quolibet vnum solidum grossorum toronensium vel quatuor solidos sterlingorum deponi constitui in sacristiam ad reparacionem librorum vestimentorum et ornatus dicti Altaris, secundum prouidenciam et discrecionem ipsius summi prepositi et Capituli reseruandos. Quod si predictus sacerdos chorum frequentare contempserit. Aut in altari proprio celebrare vel predictorum bonorum fructus ordinare sicut premissum est omiserit seu neglexerit. Supplico venerabili patri Lundensi Archiepiscopo qui est vel pro tempore fuerit vt ipsum corrigat et castiget. et si incorrigibilis fuerit, ammoueat ab Altari. Ne igitur Alicui hominum liceat aliquo modo hanc meam collacionem irritare, antedictas possessiones vt prius confero et scoto immo pocius collacionem et scotacionem prius factas innouo. et ipsum Capitulum nomine vicarij canonice instituendi ad altare sepedictum, exnunc in corporalem pono possessionem perpetuis futuris temporibus duraturam bonorum supradictorum fructibus ad vsus meos coaduixero reseruatis. Jn cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Actum Lundis Die Jouis .XIIII:ta mensis marcij. Anno domini. M°.CCC°. tercio.

Sigillet bortfallet; ett stycke af remsan qvar.

1386. 1303 d. 2 April. Linköping.

Advocatus Frostens och Borgmästarnes i Linköping Fastebref för Kaniken Olof i Linköping på 2:ne jordlotter i Patastad.

B. 3: 182.

Omnibus presentes litteras inspecturis FRØSTANUS aduocatus lincopensis et CONSULES ibidem in domino salutem. Nouerint vniuersi discretum virum dominum Olauum canonicum lincopensem duodecimam partem octonarij de sunone dicto borstærua. pro dimidia IIII:ta marca denariorum in patastadh ex consensu vxoris sue et fratrum eius scilicet saxonis et petri in presencia nostra comparasse Pro cuius empcionis titulo proloqutor fuit saxo de karabÿ. id est. skilde firi fæsth. secundum quod consuetudo terre approbat. et in libro legum continetur jtem sequenti die hemmingus susanne emit de eodem tantum et proloqutor illius faste fuit kanutus sutor quod predium eidem domino Olauo canonico lincopensi et suis heredibus pro eodem precio dimisit cum festis perpetuo possidendum. Huic igitur facto interfuerunt dominus jngo canonicus lincopensis sweno tynderboe. Arnulphus. thÿrgillus de granbÿ et frater eius laurencius Agmundus de risness. Ragwaldus de vllawi johannes de glÿttinge et alij quam plurimi fidedigni. Ne igitur

in posterum de vendicione predicta aliqua suspicionis nota. valeat suboriri. presentem litteram in euidenciam pleniorem conscribi fecimus Et sigillo ciuitatis nostre vna cum sigillo conuiuarum beati Olaui ibidem communiri Datum lincopie anno domini MCCCIII. tercia feria post dominicam palmarum.

1387. 1303 d. 4 April. Nyborg.

Konung Erics i Danmark Bref om upprättelse för Ärkebiskopen Ysar och Lunds Domkyrka, för den förlust dem tillfogats, under f. d. Ärkebiskopen Johans fångenskap, samt återställandet af deras äldre privilegier.

A. 5. *).

Ericus dei gracia Danorum Sclauorumque Rex vniuersis presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam Vobis vniuersis et singulis tenore presencium facimus manifestum quod nos vocato et congregato generali parlamento prelatorum principum baronum et aliorum incolarum Regni nostri apud nyborg super satisfactione facienda venerabili patri domino ysarno dei gracia Archiepiscopo lundensi Suecie primati electo et ecclesie sue lundensi de priuilegiis et bonis lundensis ecclesie subtractis eidem tempore capcionis, Venerabilis patris domini Johannis quondam lundensis Archiepiscopi ac libertatibus quibus extunc prefata ecclesia per gentes nostras noscitur spoliata Nec non in decem milibus marcarum puri argenti in bonis immobilibus in quibus auctoritate apostolica eidem Archiepiscopo et ecclesie noscimur condempnati habito frequenti et diligenti tractatu cum Nobilibus viris Christofero et Valdemaro fratribus nostris et aliis predictis eorumque accedente consilio et assensu predicta priuilegia eidem domino ysarno et lundensi ecclesie restituimus promittentes quod si aliqua alia poterint inueniri quod non credimus ipsa eis restitui faciemus ac destrvcta corrosa infecta vel quomodolibet lesa nostri causa si que fuerint innouabimus ad beneplacitum eorundem preterea libertates quas prefata ecclesia et Archiepiscopus vel predecessores eiusdem hactenus habuervnt et in quorum possessione vel quasi predicte capcionis tempore existebant eisdem restituimus et seruari promittimus illibatas scilicet quod homines dicti Archiepiscopi et ecclesie lundensis vel eciam alii in bonis Archiepiscopalibus residentes que skutgarde communiter appellantur ac eciam familia ipsius Archiepiscopi ac clerus lundensis diocesis ac eius familia non in nostro seu alio seculari foro nisi tantum super terris hereditariis Sed in ecclesiastico super omnibus aliis negociis et offensis respondeant et satisfaciant de eisdem si tamen actores fue-

*) Efter en vidimation af Konung Hans, dat. Köpenhamn d. 15 Nov. 1500.

rint forum reorum sequantur Jtem quod homines ecclesie et Archiepiscopi supradicti iuxta disposicionem eiusdem bona sua propria per portus dicti domini Archiepiscopi de dicto regno libere trahere et portare valeant extra illud nisi generalis inhibicio in toto regno nostro ex causa nostre reipublice per nos fiat quod nullus bona inde extrahat vel exportet Archiepiscopus autem qui est et qui pro tempore fuerit bona sua propria nullis alienis adiunctis omni tempore et per omnem locum dicti regni nulla sibi inhibicione obstante trahere et portare libere valeat qualibet fraude cessante Jtem quod prefati homines et familia Archiepiscopi et lundensis ecclesie libere sint et immunes ab omni regio nouo theoloneo et pedagio imponendo et a dicta capcione imposito si quid est et ab omnibus taliis exactionibus collectis nisi eas de consilio maiorum et meliorum regni nostri suadente vtilitate et necessitate nostre reipublice et regni per nos vel successores nostros fieret in forma et casibus a iure consuetudine vel bonorum ipsorum condicione permissis Jtem quod si vocatis in generali placito incolis lundensis diocesis ad expedicionem pro defensione dicti regni prefati homines Archiepiscopi et ecclesie lundensis contumaces fuerint vel deliquerint in premissis Archiepiscopus ipsos puniet et compellat Si vero in hac necligens fuerit vel remissus vel predicta commiserint eius mandato conniuencia vel consensu nostram in quos deliquerint iuxta leges patrie senciant vlcionem Jtem quod bona clericorum decedencium libere veniant ad eorum heredes legittimos si existant, alias ecclesiis vel Archiepiscopo iuxta canonicas sanctiones Jtem promittimus quod si apparuerit lundensem ecclesiam alia vel aliis libertatibus spoliatam eam vel eas plene et integre restituemus eidem et possessione ipsarum et aliarum predictarum et earum quas obtinet in presenti defendemus eandem ita quod omnes libertates predictas cum omni iure regio libere habeat et gaudeat commodo earundem Jtem pro bonis subtractis dicto domino Johanni tempore capcionis sue si que sint preter illa que sibi et dicto domino ysarno restitura noscuntur obligamus eidem domino ysarno et tradidimus bona nostra omnia in øthelstade in fionia tamdiu habenda et tenenda cum omnibus siluis pascuis piscariis et aliis suis iuribus et pertinenciis vniuersis donec de dictis bonis cognoscatur sibi de ipsorum fructibus vel alio modo plene et integre satisfactum Jtem bona nostra que in insula borendeholm obtinemus dicta Rotneheret que quidem bona heredes nobilis viri Vffonis militis quondam dapiferi detinent in presenti cum omnibus in dicta insula per ipsos vel patrem eorum predictum emptis vel quomodolibet acquisitis, Jtem Heruitstadheheret in scania cum omnibus siluis pascuis piscariis iuribus et pertinenciis suis cum dominio mero et mixto ac pleno iure regio villa forensi dicta ystad ac hominibus qui sunt et dicuntur commvniter et specialiter homines regis dumtaxat exceptis in dicto heret scaniensi qui

tum in negociis et delictis in ipso heret commissis et committendis vel quomodolibet emergentibus respondeant et satisfaciant Archiepiscopo supradicto et suis successoribus iuxta leges et consuetudines scanienses arbitrantibus Reuerendis patribus Ripensi et Vibergensi episcopis ac nobilibus viris Johanni litle achone jøners sun Nicolao billar et Canuto esbernj militibus habita deliberacione cum aliis episcopis Electo Roskildensi baronibus principibus et maioribus regnj gratis et spontanea voluntate non decepti sed de iure et facto plene instrvcti eidem domino ysarno ac lundensi ecclesie pro memoratis decem milibus marcarum argenti puri assignauimus scotauimus et dedimus in solutum Jtem pro euictione et cautela euictionis dictorum bonorum de borendeholm assignauimus scotauimus et dedimus in solutum domino Archiepiscopo et ecclesie supradicte Si euincerentur ab eis in toto vel in parte vemundhehøygisherret adiecto quod si heredes nobilis viri vffonis militis quondam dapiferi omnes et singuli dicta bona de borendeholm libere dimiserint et restituerint Archiepiscopo et ecclesie supradictis predictum heret pro dictis bonis scotatum ad nos et ius ac proprietatem nostram libere redeant ipso facto Renunciantes actioni cuiuslibet doli et decepcionis pluris et minoris et sine causa et restitucionis in integrum et generaliter omni iuri et actioni qua vel quibus aduersus vel contra predicta per nos vel per alium quomodolibet venire possemus approbantibus supra dicta vniuersa et singula venerabilibus patribus dominis Christierno Ripensi Bertoldo Sleswicensi Johanne arusiensi et petro vibergensi episcopis ac principibus baronibus et aliis regnicolis in dicto parlamento per se et nomine absencium constitutis Jn cuius rei testimonium Sigilla nostrum fratrum nostrorum ac Reuerendorum patrum episcoporum et Electi predictorum et dominorum Johannis dicti litle achonis Johannis Canuti esberni et Johannis dicti lekke marscalci nostri militum presentibus duximus apponenda Actum et datum nyborg Anno domini Millesimo tricentesimo tercio Jn cena domini in presencia nostra.

1388. 1303 d. 4 April. Nyborg.

Konung Erics i Danmark Skrifvelse till Riddaren Nils Holmgersson och Kaniken Trugot i Lund, med befallning, att till Ärkebiskopens Fogate öfverlemna Rotne härad på Bornholm och Herrestads härad i Skåne med undantag likväl af staden Ystad.

K. f. 2: 87.

Ericus D. G. Danorum Slavorumqve Rex, dilectissimis sibi in Christo Dominis, Nicolao Holmiger, strenuo militi, et Trugoto Presbytero, Canonico

Lundensi salutem et gratiam. Rogamus vos, modis omnibus volentes et mandantes, qvatenus statim visis præsentibus ad Rothneherrid in Borringholm, et Hervidstadherrid in Scania, personaliter accedentes, virum nobilem, Dominum Johannem dictum Canne, militem reverendi Patris Domini Isarni, Dei gratia Lundensis Archiepiscopi, Sveciæ primatis electi advocatum, in corporalem possessionem, dictorum locorum, jurium et pertinentiarum eorundem, nomine dicti Domini Archiepiscopi et Lundensis Ecclesiæ, inducatis, et defendatis inductum, mandantes ex parte nostra habitatoribus dictorum locorum, ut prædicto Domino Archiepiscopo, et Successoribus suis, tanqvam Domino suo humiliter ac devote obediant, et intendant de omni jure Regio plene et integre, in judicio et extra studeant respondere. Villa Ystade, et hominibus nostris, dicti Hervidstadherrid, duntaxat exceptis, juxta formam scotationis dictorum locorum, qvam in literis inde confectis videbitis contineri. Contradictores et rebelles authoritate Regia compellendo, prout Regiam vitare volueritis ultionem. Datum Nyborg, Anno Domini M.CCC.III. in Cæna Domini in præsentia nostra.

1389. 1303 d. 6 April.

Biskopen Magnus's i Åbo bytesbref, hvarmedelst Kurusa med en löt tillfaller Åbo domkyrka, emot hälften af Rändamäki.

B. 5. 120.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus diuina miseracione Episcopus Aboensis Salutem jn domino sempiternam Quoniam propter labilem hominum memoriam ea que diu excogitata et acta sunt faciliter traduntur obliuioni nisi litterarum testimonio fuerint confirmata Jdcirco notum facimus vniuersis Quatenus nos ex consensu capituli nostri Cum Olauo presencium exhibitore quandam commutacionem terre feceramus sub hac condicione quod dedimus sibi medietatem agrorum nostrorum cultorum jn rænthæmæki medietate illorum cum omnibus aliis wlgariter dictis lindhum ad vsum nostrum et ecclesie retenta et reseruata De eodem vero olauo omnes agros suos cultos jn kurusum cum ceteris aliis minus curatis et cum quodam alio spacio terre wlgariter dicto löt ad perpetuam ecclesie nostre possessionem recipientes Jn cuius facti testimonium firmius et perpetuam ratificacionem Sigillum nostrum vna cum sigillo Capituli nostri presentibus est appensum Datum Anno Domini M°CCC°III° Jn vigilia pasche.

Öfverskrift: De prediis in korusum prope abo.

1390. 1303 d. 8 April. Upsala.

Johan Engels pantförskrifning af 2 örtugland jord i Väppy till Upsala kyrka för en half läst spannmål, beräknad till 8 mark penningar, som han låntagit af Domkyrkan.

A. 3.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, Salutem in domino, Notum facio per presentes me recepisse mutuo de annona fabrice vpsalensis ecclesie pertinenti, dimidiam lestam pro octo marchis denar., vsualis monete nunc currentis, Pro quarum octo marcharum solucione, obligo predium meum videlicet duos solidos terre, in væppy, parrochia østunum, quos si in festo beati martini proximo venturo non redemero, volo quod dicta terra, tunc ut ex nunc ad solucionem dicte summe pecunie deputetur et in jus et proprietatem supradicte ecclesie deuoluatur pleno iure, Huic autem mee obligacioni adhibiti sunt per me testes wlgariter dicti fastær, secunda die pasche ante foras ecclesie vpsalensis Jn huius autem mee obligacionis maiorem firmitatem, sigillum meum presentibus est appensum, Actum anno domini Millesimo, CCC°.III. die et loco supradictis.

(Ett stycke af sigillet qvar på den ur brefvet klippta remsan,

1391. 1303 d. 10 April. Odense.

Konung Eriks i Danmark Bref till Staden Lund, med befallning, att, utan afseende på erhållna misstydda bref eller privilegier, bibehålla åt Kyrkoherden och socknéboerne i S:t Michaels församling derstädes deras kyrkoväg, hvilken Predikarebröderna och deras Prior förmena dem begagna.

A. 5.

E. Dei gracia danorum sclauorumque Rex, Dilectis sibi aduocato et scabinis Lundensibus. salutem et graciam. sua nobis rector ecclesie beati michaelis lundis, et parochiani eiusdem, conquestione monstrarunt, et venerabili patre Domino Jsarno dei gracia lundensi archiepiscopó swechie primate Electo jntelleximus referente, Cui super hoc commisimus vices nostras, quod prior, et fratres predicatores lundenses quandam viam publicam, ad fores dicte ecclesie directam per quam parochiani predicti ad dictam ecclesiam consweuerant conuenire, jn ipsorum et dicte ecclesie preiudicium et grauamen, contra justiciam occuparunt. Jdeoque vobis precipiendo mandamus. quatinus prefatam ecclesiam, et parochianos in possessionem corporalem dicte vie quantocius inducatis et defendatis inductos, non obstantibus litteris confirmatoriis, vel aliis, a nobis, vel nóstris predecessoribus jnpetratis. Cum sit expressum in eis vel exprimi debuisset, vt fieret sine juris alterius lesione,

et sic Rescripta principum sano intelligi debeant intellectu. Datum otthonie anno domini M°.CCC°. Tercio. quarto die pasche, jn presencia nostra.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1392. 1303 d. 18 April. Ribe.

Ärkebiskopen i Lund Ysarns Stadga om gudstjenstens förrättande i Lunds Domkyrka och Stift, Lördagarne till Jungfru Marias och Thorsdagarne till Sct Laurentii ära.

B. 1: 60.

Jsarnus. permissione diuina. lundensis archiepiscopus. suecie primas electus. Vniuersis abbatibus. prioribus prepositis. decanis rectoribus. et aliis ecclesiarum prelatis. salutem in domino sempiternam. Cum prophetica clamat auctoritas quod in sanctis suis laudare dominum debeamus. Nimirum in ipsius matre virgine sanctissima. et beatissimo martire laurencio. tutore sacrosancte lundensis ecclesie ac patrono ympnis et laudum preconiis. dominum collaudare tenemur. et graciarum proferre pro collatis nobis beneficiis actiones. altissime maiestati ad hoc nostri capituli accedente consensu. ad honorem eiusdem beatissime matris dei et virginis. et prefati gloriosissimi martiris. duximus statuendum vt in ecclesia et aliis ecclesiis lundensis ciuitatis et diocesis. qualibet die sabbati in predictis ecclesiis de prefata beatissima virgine. et die jouis. de predicto sanctissimo martire a vespere vsque ad vesperam totum ecclesiasticum officium comiter et sollempniter peragatur .I. festo nonem lectionum aduentu domini et quadragesimali tempore duntaxat exceptis. Jn quibus fiat. prout fieri consueuit. Jdeoque deuocionem vestram exhortamur in domino. vosque requirimus et monemus. et in virtute sancte obediencie vobis precipiendo mandamus quatenus predictum statutum diligenter obseruari curetis. prefatum officium. ex nunc et in posterum vt premittitur facientes deuote. humiliter et attente. Contraria consuetudine non obstante. vt per hec bona et alia que dante deo feceritis. peruenire ad eterna gaudia valeatis. Datum Ripis. anno domini MCCC° tercio. Die mensis aprilis XVIII Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Öfverskrift: Statutum Jsarni. quod in quinta feria de sancto laurencio et in sabbatis de beata virgine peragatur officium cum nouem lectionibus.

1393. 1303 d. 19 April.

Prestmannen Thorkels i Nyköping testamentariska förordnande, angående bortgifvandet af jord och penningar till kyrkor, kloster och enskilde personer.

A. 4.

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti Amen Ego THYRKILLUS plebanus de Nycopia licet grauj infirmitate corporis detentus, mente tamen sana considerans quod Testamentorum ordinacio ad hoc a mortalibus sagaciter est inuenta, vt humana imbecillitas de hiis que bonorum omnium Largitor tribuit pro sue possibilitatis modulo retribucionem faciat, peccata elemosinis redimat et mortis incertitudinem preuia dei gracia ultime uoluntatis insinuacione preueniat. de bonis mihi a deo collatis in meorum remissionem peccaminum meum in hunc modum condo et ordino testamentum, Jn primis ad sepulture mee locum quem in Ecclesia beati Nicholai Nycopie eligo Lego dimidiam marcham terre in ternum, vnum solidum in Ta et dimidium solidum in kialcastum in parochia killæ, Ecclesie strengenensi predium quod habeo in huldæ cum domibus, fratribus minoribus Enikopie, X Marchas denariorum, fratribus predicatoribus in strengenes, sex Marchas denarior., fratribus minoribus nycopie sex Marchas denarior., Ecclesie in husaby dimidiam oram terre in ternum, Jtem eidem ecclesie soluo tres oras terre eciam in ternum pro quinque Marchis puri argenti duabus oris minus. Jtem ecclesie beati Nicholai Nicopie soluo eciam in ternum dimidium quartum solidum terre ad usum sacerdotis, et unum solidum terre ad usum ecclesie, Jtem eidem ecclesie pro decem et octo marchis denarior. soluo VIII:to solidos terre in hostum et unum solidum in øfraby et hec solucio ad usum ecclesie pertinebit, Predia autem que pro sepultura mea legaui pertineant ad usum sacerdotis, Predia que habeo in Nerdælundum committo domino philippo ad soluendum hiis de qnibus predia receperam et non soluj, Cetera alia que amicis meis pro eorum beneficiis et sacerdotibus meis et aliis famulis pro eorum seruitiis dederam, in alia littera continentur Quam litteram uolo iure testamentj nichilominus roborarj, Huius autem testamentj mei exequtores constituo dominum Johannem prepositum strengenensem et dominum philippum jngiwalzsún, Rogans eos humiliter et deuote, vt se de eius exequcione efficaciter intromittent, Jn omnium autem premissorum euidenciam, Sigillum venerabilis patris domini mei episcopi strengenensis, ac sigilla supradictorum exequtorum una cum sigillo meo proprio presenti scripture apponi postulo et requiro, Actum anno Domini, M°, CCC°, III°, kal. Maÿ.

Sigillen bortfallna; remsan till N:o 4 qvar.

1394.

1394. 1303 d. 20 April. Lund.

Johannes Hwits, från Malmö, Fullmakt för sin son och 2:ne andra män, att från någon af hans egendomar taga spannemålen af 2 öresland, för att gifva Domprosten Andreas i Lund, såsom fyllnad i den egendomshandel han gjort.

A. 3.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Johannes hwit de malmøghe aduocatus in burlef, Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi me, plenam dedisse potestatem. viris, discretis. Dominis, Andree gage. Nicolao presbitero de malmøghe øfra et Johanni filio meo, semen duarum orarum de terris meis vbicumque eis placuerit. secundum scotacionem et promissionem dilecti filij mei factam. domino andree preposito Lundensi refundere. et defectum quadrantis terre que sibi vendidi pleniter adimplere. Ratum et gratum habiturus, quicquid per predictos rite factum fuerit in premissis. In cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lundis. Anno domini .M°.CCC°. tercio. Sabbato proximo, ante misericordia domini.

Sigillet obetydligt skadadt, hängande i en ur brefvet klippt remsa.

1395. 1303 d. 4 Maj.

Ärkebiskop Nils Allessons i Upsala Anteckning angående öppnandet af Erik den Heliges skrin på Hertig Eriks begäran, om beskaffenheten af de deri förvarade reliquier, och om de stycken deraf, som vid samma tillfälle utdelades till nämnde Hertig, samt till Biskop Nils i Westerås och Priorn Israel i Sigtuna.

A. 2.

Anno dominj M°CCC° tercio Jn crastino inuencionis sancte crvcis, Nos Nicolaus dei gracia archiepiscopus vpsalensis, aperuimus presens scrinium beati Erici et vidimus ibi caput cum ceteris corporis membris, paucis forte et minutis particulis propter veneracionem martyris inde demptis prius predicta autem caput et membra. composita et connexa fuerant in sex ligaturis siue massis Hanc autem scrinij apercionem et reliquiarum inspeccionem fecimus ob instanciam magnifici principis dominj Erici dei gracia ducis sueorum, filii regis Magni bone memorie Cui ob deuotam peticionem dedimus de predictis reliquijs sacrosanctis, silicet eciam tit. venerabili fratri nostro domino Nicolao dei gracia episcopo arosiensi, et fratri Jsraeli Priori, pro suo conuentu sigthoniensi contulimus de eisdem, premissis presentes interfuerunt testes subscripti, videlicet dominj, Olauuus archidiaconus Magister Laurencius de Waxheld, øyarus, Mathias Nicolaus scolasticus canonicus

vpsalensis et Frater Jsrahel prior sigthonensis, et dominus Jordanus tit. sacrista.

Sigillet något skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1396. 1303 d. 9 Maj. Alsnö.

Konung Birgers Bref, hvari han fritager Abbedissan i Wårfruberga kloster med alla dess underhafvande från alla Kongliga pålagor och skatter, nemligen spannemål, ledungs lama, ättegäld och skipvist, endast förbehållande sig vissa böter.

A. 3.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam, Quamuis generaliter duximus statuendum, vt nullus incola regni nostri, de solucionibus quibuscumque nobis annuatim debitis, liber resideat vel exemptus, nisi nobis [1]) cum dextrario seruierit phalerato, Religiosas tamen personas ampliori gracia prosequi cupientes, Notum facimus vniuersis, quod nos, Discretam et honestam ac deo deuotam Dominam Abbatissam de monte beate virginis, totumque conuentum ibidem cum omnibus bonis suis, mobilibus et inmobilibus, villicis, colonis, familijs et personis in eisdem bonis commorantibus, recepimus sub nostre protectionis et tutele graciam specialem, Reddentes easdem dominas cum personis et bonis premissis, ab omnibus causis et Juribus regijs, ac solucionibus dictis spannamala, ledhungxlama, ættegield et skipuist, ac ceteris juri nostro vel nomini debitis liberas penitus et exemptas, Si vero expedicionem nostram euocari, vel generaliter a toto regno subsidium requiri, seu corone Juramentum aut judicium nostrum infringi, vel causas in occultis homicidijs Moordh dictis aut furtis emergere contigerit, ex hijs ad fiscum nostrum ius nobis specialiter reseruamus, Prohibemus igitur ne quis personas supradictas aut earum bona, contra premissam nostram libertatem et tuicionem, aliquatenus inpetere, vel molestare presumat, sicut graciam nostram diligere voluerit inoffensam, Datum apud alsnø, Anno domini Millesimo, Trescentesimo tercio, Septimo Jdus Maij.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1) Nobis underpunkteradt i originalet.

1397. 1303 d. 18 Maj.

Riksmarsken Thorkel Knutsons Bytesbref med Ärkebiskopen Nils rörande öarne Amnö och Risarne samt gården Österrör, jemte särskild mellangift å Riksmarskens sida.

A. 7. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Thyrgillus knutsson marscalcus domini Regis sweorum illustris, Salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter Nos cum reuerendo patre Domino Nicolao diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi, quandam prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, Dictus enim dominus Nicolaus archiepiscopus, nobis et nostris heredibus dimisit et assignauit totalem partem possessionis in insula ampnø sibi attinentem, videlicet decem et octo oras terre cum ominibus suis attinencijs iure perpetuo possidendam, pro qua parte predicto domino archiepiscopo racione recompensacionis dedimus et assignauimus dimidiam Marcham terre in insula Risarnum, quam a discreto viro Domino philippo de Rumby iusto tytulo conquisiuimus, nec non et nouem oras terre in villa østerrør, quas a nobili viro Nicolao tunesson tytulo permutacionis acquisiuimus eum agris pratis, siluis, pascuis, piscarijs, molendinis, et molendinorum locis, ac alijs attinencijs quibuscumque, verum quia bona prescripta que nos prefato domino archiepiscopo dedimus, pro predijs que ab eo recepimus se ad recompensacionem debitam non extendunt, recognoscimus nos sibi promisisse, quod defectum huiusmodi complebimus, in supradicta villa østerrør aut alibi, sicut idem dominus archiepiscopus gesserit se contentum, et sue placitum fuerit voluntati, Transferimus igitur in eum ius proprietatem et dominium, supradictorum bonorum in Risarnum videlicet et østerrør Jta quod liberam facultatem habeat eadem vendendi, commutandi, donandi, seu alio quocumqne modo voluerit ordinandi, pro sue libito voluntatis, Jn cuius rei testimonium vna cum sigillo domini nostri Regis, quod presentibus apponi petimus, sigillum nostrum eisdem duximus apponendum Datum anno domini M°.CCC°III°. Jn die beati Erici Regis et martiris.

På frånsidan: de dimidia marca terre in riisiærnum et IX oris terre in villa österör

Sigillen: N:o 1 skadadt, N:o 2 nästan oskadadt, hängande på remsor.

1398. 1303 d. 20 Maj.

Konung Birgers Förklarande, att strömmen i Aspwik i Näs socken vid Almarne lagligen tillhörer Nunnorna i Skokloster, hvilka der uppfört en qvarn.

D. 7. 475.

Birgerus dei gracia Sweorum Gothorumque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Tenore presentium con-

stare volumus evidenter, quod nos torrentem in Aspwiik parochiæ Næs apud Almarnir monasterio Sko legaliter attinentem recognoscimus de sanctimonialium ibidem consensu et benevolentia tenere, et molendinum ibidem ædificasse et construxisse, quamdiu Dominæ Abbatissæ vel conventui monasterii supradicti placitum fuerit tenendum et pertractandum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Anno domini M.CCC.III. 13. Kalend. Junii.

Sigillet tyckes hafva funnits. Med Örnhjelms hand är antecknadt: *Coll. med Orig. permebr.*

1399. 1303 d. 12 Juni.

Thords af Stenshult pantförskrifning af dess gård Stenshult till Nils Kettilsson för 40 mark, med rättighet för hans slägtingar, i händelse af hans död, att inom ett år lösa den för nämnde summa.

A. 6. s.

Omnibus presens Scriptum Cernentibus Thordo de stenshulti Salutem Jn domino sempiternam. Que geruntur a viris prudentibus ne quibus possint calumniis attemptari. litterarum solent memoria perhennari Jdeo huniuersitati vestre notum facio per presentes. me. domino Nicholao kætilsson. curiam meam in stenshult. pro .XL. marcis Jnpignorasse volens tamen quod heredes mei curiam prenotatam redimeré poterint intra annum pro pecunia hic inscripta. me tamen mortuo existente, et si me absque procreacione sobolis ab vxore mea contingat decedere ab inpeticione heredum meorum curiam approprio per presentes domino Nicholao kætilsson et heredibus ipsius assigno iure perpetuo possidendam Ne Jgitur super hoc facto aliqua possit jn posterum Suboriri calumpnia vel contradiccio. a quocumque presentes litteras sigillis discretorum virorum domini holmuidi arnbiornason domini Nicholai kætilsson domini hæminggi ǿdgislason et domini marci de langaryd postulo Roborari Datum anno domini. M°CCC° tercio Secundo Jdus Junii.

Sigillen bortfallna, remsorna qvar.

1400. 1303 d. 21 Juni.

Magnus Nilssons af Wilaberga Salubref på åtskilliga gårdar till Kyrkoherden Peter i Ringbohärad.

A. 6. s.

Omnibus presentes litteras inspecturis uel audituris, Magnus niclesson de vilaberghum, salutem in domino, volo constare vniuersis, quod ego M.

discreto viro domino petro rectori ecclesie ringboheredhi vendidi duos solidos cum decem denariis terre, in alby parochie estarnum, vnum solidum cum X denariis terre in norby, in riland, solidum cum dimidio, in karlaby parochie østby a garn, solidum cum dimidio in seby a garn, qualiter supradictas terras seu possessiones cum omnibus attinencijs ad ipsas pertinentibus, a me alieno et eidem domino P. supradicto approprio et asingno perpetuo possidendas Jnsuper ad maiorem rei euidenciam et pleniorem fidem et certiorem, dabo actoritatem et potestatem liberam, famulis meis, Gøtstauo et Olauo, nec non et laurencio de finstadhum vicino meo, vt memorato domino P, firmarios vulgaliter dictos fastæ, nomine mei, asingnant in communi placito søundheredi, et quod ipsi fecerint et ordinauerint super premissis, ratum et firmum habeo nullatenus contraueniendo, Jnsuper eciam idem famuli mei et vicinus, G, L, et O, inpinnorabunt sepe dicto petro vnum solidum terre in viby pro duabus Marcis denar., mihi si potero in proximo festo beati marthini redimendo Actum et datum anno domini M°CCC°III, XI kal. julij presentibus fidedignis dominis presbiteris, petro de husaby, agmundo de bledakær, ragnero de lennum, lajcis forcundo de bershamar, et petro de vagn carpentario ecclesiarum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1401. 1303 d. 28 Juni.

Konung Birgers och Hertig Erics Bref och befallning till Uplands invånare att afgifva de upplysningar som kunde infordras af Ärkebiskopen Nils, Domprosten Andreas och Lagmannen Birger Persson, hvilka fått i uppdrag att bestämma hvilka gods borde Kongl. Maj:t och kronan eller Hertigdömet tillkomma.

A. 6. a.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex, et Ericus eadem gracia dux eorundem, Discretis viris vniuersis vplandiam inhabitantibus, Graciam cum salute. Quoniam dubium quoddam vertitur super bonis, predijs et possessionibus nostris, penes vos sitis, que silicet corone, vel que ducatui de jure debeant attinere Significamus vobis per presentes, quod nos venerabili in christo Patri Domino Nicolao diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi, Discretisque viris Magistro andree preposito ibidem, et Domino birgero pætersson legifero vestro, consiliarijs nostris predilectis, commisimus, vt super premissis, inquisicionem et discussionem habeant diligentem. Ratum et firmum habituri, quicquid per eosdem dominos de predictis bonis predijs et possessionibus corone, vel ducatui fuerit adiudicatum, et certis limitibus deputatum, volentes et mandantes vt super veritate dicenda pre-

dictis dominis assistatis, prout per eosdem fueritis requisiti sicut graciam nostram diligitis inoffensam, Datum Anno domini M°. CCC°III°. jn vigilia apostolorum petri et pauli.

Sigillen bortfallna; remsorna qvar.

1402. 1303 d. 13 Juli.

Peter Ragvaldsons. Intyg ott Bengt Ingwarsson Puke vid sitt inträde i Eskilstuna med sig dit ingifvit nära ett markland jord i Tunnesta gård.

A. 3. 1.

Omnibus christi fidelibus presentes litteras inspecturis uel audituris, Petrus Rangwaldsson, salutem in eo qui est vera salus, Tenore presencium protestamur, et constare volumus tam posteris quam modernis, Benedictum ingwari filium dicti pukæ domui et fratribus beati johannis baptiste in æskilstunum, vnam marcham terre solido minus in tunnestum cum agris pratis pascuis piscacionibus et siluis cum omnibus prope vel longe infra sepes vel extra adiacentibus omnium heredum suorum legitimorum adhibita voluntate et tenore legum reseruato, vna secum contulisse iure perpetuo possidendam, Ne igitur super premissa donacione cassacio aliqua seu calumpnia ab aliquibus in posterum valeat suboriri Sigillum nostrum vna cum sigillis aliorum discretorum qui fuerunt fastær nobiscum ad donacionem predictam videlicet domini haquini prepositi arosiensis, Domini holmwidi elefson, holmberni legiferi, laurencij alamanni, et olaui gýsmundæson presentibus duximus apponendum Jtem fastæ, frøbernus de wiby, annæ de ængiby, Ingimundus karlsson, gudmundus de granestum et Narwi fastæsson Nicholaus iudex nominauit premissos in communi placito arosie, Datum et actum anno domini, M°. CCC°. III°. tercio ydus iulii.

Sigillet N:o 2 skadadt; N:to 1, 3—6, bortfallna, remsorna qvär.

1403. 1303 d. 29 Juli. Alsnö.

Marsken Thorkel Knutssons Bref om utbyte af dess gods Öna i Dalarne, Hjortatorp, Aghastad, Norberg och dess andel i Jern- och Stål-berget, samt Östby i Westmanland, Husaby, Ödmarke och Skira i Nerike samt qvarnar i Thorshälla till K. Birger emot hela den så kallade Konungs-lotten, inom Linköpings och Wexiö stift, samt Tuna i Tjust och en egendom i Östergötland.

L. g. 7: 315.

Omnibus presentes literas inspecturis, Thyrgillus Knutsson, Marscalcus Domini Regis Sweorum illustris, Salutem in Domino sempiternam. Tenore

presentium constare volumus evidenter, Nos cum Magnifico Principe ac Domino nostro, Domino B. Dei gratia Sueorum Gothorumque Rege, fecisse prediorum et possessionum commutationem in hunc modum, videlicet quod nos eidem Domino nostro Regi et suis heredibus dimisimus et assignavimus curias nostras et possessiones infrascriptas, scilicet insulam et curiam Oena dictam in Dalum, cum omnibus attinentiis suis, nec non et Hiortæthorp, cum omnibus pertinentibus ad eandem, totalemque possessionem nostram in Aghastadhum, cum piscatura in torrente ibidem, item Norobergh, et quicquid ibidem possedimus in monte ferri et calibis, ac omnia qvæ possedimus in Dalum, tempore quo presentes emanabant. Item curiam Oestby sitam in Vestmannia, quam habuimus de Domino Aberno Dapifero. Item Husaby, Oedmarchi et Skyraoos in Niericia, ac molendina in Rytlu juxsta Grenna. Item Molendina in Thorsharghe, duo videlicet que nobis Dominus Ulpho Karlsson bone memorie contulit, et unum qvod nobis dedit Reverendus Pater Dominus Ysarus Episcopus Strengnensis, perpetuo et irreuocabiliter possidenda. Ipse vero Dominus noster Rex, ratione recompensationis pro predictis bonis et possessionibus, dimiserat et assignaverat nobis et nostris heredibus totalem partem de communibus prediis in Diocesibus Lincopensi et Wexionensi sitis, sibi attinentem, vulgariter dictam Kunungslut, nec non et curiam suam Tuna in Thyust, et possessionem Bry . . . . . in Oestgotia, cum singulis earum attinentiis, que quidem curia et possessio de prefata tertia parte communium prediorum dinoscuntur derivate. Hoc adjecto, quod ubicunque compertum fuerit, quod aliqua pars de prediis supradictis, communibus scilicet, nobis dimissis, rite et amicabiliter diuisa et distincta fuerit, ac nomini Regio taliter assignata, siue culta sit, siue inculta, videlicet in curiis, coloniis, agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis, molendinis, vel molendinorum locis, infra sepes et extra, ipsa pars ad nos et nostros heredes pertineat, diminutione qualibet pretermissa. Si autem aliquid de tertia parte predicta possessionum per commutationem inventum fuerit dimissum pro aliis equivalentibus bonis, ita quod de hoc gerimus nos contentos, hujusmodi commutatio rata maneat atque firma. Si vero secus factum fuerit, ipse Dominus noster Rex nobis facultatem liberam dedit et commisit, taliter dimissum vel reuocandi et reassumendi, vel etiam satisfactionem plenariam, prout justum est, petendi pariter et acqvirendi. Preterea voluit idem Dominus noster Rex, ut quicqvid de parte predicta prediorum per commutationem vel venditionem factam forsan per progenitores ipsius, vel alio quocumque modo, fuerit alienatum vel distractum, retroactis temporibus quantumcunque antiquis, hoc integraliter ad nos deuoluatur, ita quod nichil penitus sit exceptum, quin totum nobis cedat, quod in premissis suo nomini dinoscitur attinuisse, prout in literis suis super hiis confectis plene patet. Hanc igitur bo-

norum et possessionum commutationem, inter ipsum Dominum nostrum Regem et nos rite et legitime factam, tam ratam et irrevocabilem habere volumus ex utraque parte, quod neque per eundem Dominum nostrum Regem, neque per nos vel heredes nostros aut suos revocari valeat, aut aliquatenus irritari. Hoc etiam adjecto, quod si quid in bonis, prediis vel possessionibus predictis, que nos ipsi Domino nostro Regi dimisimus et assignavimus, impetitum vel calumpniose fuerit impeditum, ita quod hoc diebus nostris sibi non poterimus appropriare, vel de prediis nostris aliis sufficienter refundere, heredes nostros ad hoc faciendum esse volumus obligatos. Simíliter et ipse Dominus noster Rex tenebitur ad tantum nobis vel heredibus nostris refundendum, sicut de predictis possessionibus aut prediis nobis per ipsum assignatis impetitum fuerit vel impeditum, quod si diebus suis factum non fuerit, successor suus, qui post eum regni regimen susceperit, hoc idem nomine suo tenebitur adimplere. In premissorum igitur omnium robur et euidentiam pleniorem, una cum Sigillis Nobilium Dominorum Erici Sueorum et Waldemari Finlandie diuina providentia Ducum, ac aliorum discretorum de consilio ipsius Domini nostri Regis Sweorum illustris, Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Alsnu Anno Domini Millesimo CCC.III. quarto Kal. Augusti.

1404. 1303 d. 1 Aug Linköping.

Linköpings Borgenskaps Intyg att Kyrkoherden Finvid i Hesleby nu till Biskopen öfverlemnar sin förut till Linköpings domkyrka afstådda rättighet i Lindehult med lös och fast, med förbehåll endast af kommande årets afkastning.

E. 79: 118.

Omnibus presentes litteras inspecturis, VNIVERSITAS CIVIUM LINCOPENSIUM, salutem in Domino, Constare volumus euidenter, quod Dominus Finuidus rector ecclesie de Hæsleby in nostra presentia constitutus, recognouit et confessus est, quod tempore venerabilis patris Episcopi Henrici, felicis recordationis, quicquid juris habuit in Lyndæhult cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, ad eandem curiam pertinentibus, ob anime sue remedium contulit liberaliter et mere sedi lincopensis ecclesie ab eo qui eidem sedi prefuit, perpetuo possidendum. Cum autem idem dominus F. dictam curiam, usque ad hec tempora pro usibus suis retinuerit, eandem ex nunc, cum omnibus bonis ut superius est expressum, fructibus duntaxat anni instantis exceptis libere . . . . . in manus domini Episcopi Lincopensis. Ad horum autem euidentiam pleniorem, sepedictus dominus F. presentes Litteras sigillo ciuitatis dicte petiit communiri, datum et actum Lincopie, Anno Domini millesimo CCC.III. ad vincula sancti Petri.

1405.

1405. 1303 d. 8 Aug. Sigarsö.

Biskop Ysars i Strengnäs Bref angående ett jordabyte med Ragnar från Öfrahult.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, YSARUS. dei gracia Episcopus strengenensis, salutem in domino sempiternam, Cum propter diuersos Rerum euentus credimus esse racioni consonum quod racionabiliter . . tenor perpetuet litterarum, idcirco notum esse volumus tam posteris quam modernis quod cum Ragnero de øffrahuldi fecimus quandam commutacionem prediorum, videlicet quod ab ipso in øffra hulde vnam horam terre duobus denariis minus recepimus Reddentes ei duos denarios terre in biærghum pro quolibet denario terre quam habuimus ab eodem, Jnsuper sibi pro recompensacione domorum, quas habuit ibidem in øffrahuld promisimus soluere vnum solidum terre, vbi nobis videtur expedire, vnde duo qui dicuntur vidherwarumen, videlicet, dominus lidhinwardus legifer narichie et dominus magnus marineson, et .XII. firmarii qui wlgariter dicuntur fastær quorum nomina subscripta sunt ad hec fuerunt specialiter nominati et astantes, scilicet, Dominus bero longus canonicus scarensis, Conradus ysarsson, Dominus siluester de østeraker Dominus magnus presbiter, Radulphus de boghasten, sigstanus de sundby, magnus de jørforsi, Eruastus de wrætistum, Olaws in syghanzstum, petrvs styrberni, petrvs villicus in medhaløsum, jadwardus in yra, Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis predictorum firmariorum, qui sigilla habuerunt, presentibus est appensum, Actum sygarsø, Anno, domini, M°,CCC°, tercio in quinta feria proxima ante Laurencij.

På frånsidan med sednare hand: Halla Sochen.

Sigillen bortfallna, remsorna efter N:o 2, 5, 6 qvar.

1406. 1303 d. 12 Aug. Näs.

Ärkebiskopen NILS ALLESSONS Intyg, att Domprosten Andreas med hans tillåtelse köpt ett halft öresland i Morge af Dalby kyrka och socknebоar, och till fullo betalt detsamma.

A. 6. a.

Omnibus Presentes litteras Jnspecturis, NICOLAUS miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Notum facimus per presentes, quod dominus Andreas prepositus vpsalensis, ex consensu nostro emit dimidiam oram terre in morghæ de ecclesia dalby et parochianis eiusdem, pro qua dimidia ora terre dicti parochiani ex parte ecclesie in nostra

ab obitu meo per heredes meos persolutum ex tunc dictj fratres supradictam terram libere distrahendj cuicumque eis placuerit habeant potestatem, Ecclesie knifsta cuius curatus fuj. confero tres marcas. Ecclesie upsalensi tres marcas. Ad domum dei upsalie vnam marcam. fratribus ibidem dimidiam marcam. fratribus enycopie dimidiam marcam. hospitali ibidem dimidiam marcam. Ecclesie tyllingi vnam marcam. Jtem pauperibus quibuscunque dimidiam marcam. Jtem jngiualdo fratri meo vnum iuuenem equm. vnam equam nigram et vnam uaccam. Jtem cecilie sororj mej tabardum meum. Exequtores hujus mei testamentj constituo karissimum fratrem meum jngiualdum cujus eciam assensu hec omnia fecj. et fratrem Thorirum siktuniensem. cognatum meum. Testes predictorum sunt isti. gregorius in læþingi. asmundus villicus dominj abernj. Michael de gridilbỳ. ragualdus ibidem. kiætilbornus de engiabỳ. Nicolaus de terf. et ericus ibidem. Jn premissorum autem robur et euidenciam firmiorem siggillum meum presentibus est appensum vna cum siggillis discretorum virorum domini, omunda de oþinserg et domini laurencij de uadsundum necnon et fratris mej Jngiualdj. Datum knifsta anno domini M°. CCC°, tercio in crastino omnium sanctorum.

Sigillen mer och mindre skadade.

1411. r3o3 d. 6 Nov. Viht.

Elisif Johans af Nybble dotters Testamente till Predikarebröderna i Sigtuna af dess andel i den gård hon hade fått af Juliana.

A. 3. c.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego ELISIF FILIA JOHANNIS de núbyli. compos mente. et jncoluminis corpore. de modica substanciola mea saluti anime mee cupiens prouidere. Jn meorum remissionem peccatorum. fratribus predicatoribus sictonie apud quos eciam corporis mei eligo sepulturam. lego partem meam in curia quam laudabilis memorie juliana mihi ante mortem suam dedit et volo vt predicta pars. et. dimidia pars curie superius nominate per filiam meam christinam si ipsa post mortem meam vixerit a fratribus memoratis pro quinque Marcis denariorum redimatur jnfra annum post decessum meum. si tamen ipsa filia mea partem illàm redimere voluerit et suffecerit et absque caluınnia cuiusquam valuerit possidendo retinere. alioquin predicti fratres partem sibi legetam supradicte curie cuicunque voluerint et carius poterunt vendere liberam habeant potestatem. testes huius ordinacionis mee presentes fuerunt. domina mea Ragnburgis filia condam domini jsraelis legiferi. bero helsinger petrus de borungi. katena vxor sua. margareta et Rangfridis famule domine .R. et fratres de sicto-

nia bero et valterus. Actum jn viht anno domini .M°. CCC° III°. feria IIII:ª proxima ante Martini. Ad confirmacionem autem huius voluntatis mee sigilla. domine mee Ragnburgis et fratris israelis prioris sictoniensis. huic littere apponi peto.

På frånsidan: Testamentum per fratrem lyend. procuratum.

Sigillen bortfallna, remsorna qvar.

1412. 1303 d. 7 Nov. Rom.

Påfven Benedictus XI:s Bulla till Ärkebiskopen Isar i Lund med förklarande af Konung Eriks i Danmark giftermål med Svenska Prinsessan Ingeborg för lagligt, oaktadt de äro beslägtade i fjerde led.

F. 1: 358. A. 31. Ep. 30.

Benedictus XI instante Ingeburg Sorore Regis Svetiæ committit Archiepiscopo Lundensi ab impedimento 4:ti gradus dispensare cum Rege Datiæ, uti statuerat Bonifacius VIII.

Benedictus &c. *Venerabili fratri I. Archiepiscopo Lundensi Svetie Primati Salutem* &c.

Licet matrimonii contractum in quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradu Sacri Canones interdicant, consuevit tamen interdum Sedes apostolica super hoc devotorum, et maxime personarum sublimium inducta precibus dispensare. Petitio quidem carissime in Christo filie Ingeburg Sororis carissimi in Christo filii nostri Burgerii Regis Svetie Illustris nobis exhibita continebat, quod cum olim post mortem cl. mem. Erici Regis Datie per potentiam, et malitiam inimicorum eius Regnum Datie oppressum foret multipliciter et collapsum, magnificus Princeps Ericus Rex Datie Illustris eius filius pro tuitione, ac defensione sua, et dicti Regni cum eadem Ingeburg, de cuius Patris presidio propter hoc plurimum confidebat matrimonium de facto per verba de presenti contraxit, et carnali postmodum copula subsecuta jam per plures annos cohabitavit eidem. Verum quia ipsi Rex Datie, et Ingeburgh quarto se gradu consanguinitatis contingunt fel. rec. B. P P. VIII. Predecessor etiam noster ad ipsius Regis Datie supplicationis instantiam super impendenda eis in hac parte dispensationis gratia tibi tunc Archiepresbitero Carcassonensi Cappellano suo, quem pro quibusdam negotiis ad partes illas transmiserat, suas certi tenoris litteras distinavit, set tu de partibus ipsis rediens, quod tibi mandabatur in eis exequi nequivisti, propter quod ex parte dicte Ingeburgh nobis extitit supplicatum, ut cum ex ipsorum Regis Datie, et Ingeburgh separatione, si fieret maxima scandala, odia, et guerre possent de facili exoriri, providere sibi ac dicto Regi Datie, qui nisi esset

infrascripta excommunicatione ligatus una cum ea super hoc humiliter supplicaret de oportune dispensationis remedio dignaremur. Nos vero, qui fidelium tranquillitatem appetimus, et salutem huiusmodi scandalis odiis, et guerris obviare volentes fraternitati tue, de qua fiduciam gerimus in Domino specialem per apostolica Scripta mandamus, quatenus si premissis veritas suffragatur cum eisdem Rege Datie, et Ingeburgh postquam idem Rex Datie ab excommunicationis sententia, qua propter captionem, et detentionem Venerabilis fratris nostri I. Rigensis tunc Lundensis Archiepiscopi, ac quondam Jacobi Prepositi Ecclesie Lundensis tenetur astrictus iuxta commissionem super hoc per alias nostras litteras tibi factam rite fuerit absolutus, imposita ipsis pro eo quod taliter absque dispensatione apostolica contraxerunt, nec non pro copula, et cohabitatione predictis penitentia salutari eisque ad tempus iuxta tue discretionis arbitrium carnali commercio interdicto, quod in eodem matrimonio remanere licite valeant, impedimento quod ex dicta consanguinitate provenit non obstante per te vel alium, seu alios auctoritate nostra dispenses, prout secundum Deum animarum ipsorum saluti videris expedire, prolem susceptam, et suscipiendam ex eodem matrimonio legitimam nuntiando. Datum Laterani VII. Idus Novembris Anno Primo.

1413. 1303 d. 16 Nov.

Konung Birgers Bref till Borgmästare och Råd i Lybeck om medgifven fri seglats på Newa till Nowogorod, på ett år, med vilkor att ej ditföra vapen, jern eller stål, m. m. eller företaga något, honom eller riket till förfång.

L. c. 231 *).

Birgerus, dei gracia Sveorum gothorumque Rex, discretis viris Consulibus et vniuersitati ciuium de Lubek sinceram in domino dilectionem cum salute in vero salutari.

Accedens ad presenciam nostram vir discretus Johannes, dictus de dowaie, nobis ex parte vestra negocium sibi commissum fideliter exposuit, et efficaciter, quantum in ipso fuit, procurauit.

Nos vero, cognitis vestris supplicacionibus, et cum fratribus nostris karissimis et aliorum de consilio nostro nobilium, cum intencione discussis, peticionem vestram in hac parte taliter duximus admittendam, quod omnibus et singulis de vestra ciuitate, versus Nyn ad nogardiam cum mercibus suis nauigare volentibus, liberam auctoritate presencium transeundi concedimus facultatem, jta videlicet, quod nullus eorum secum arma, ferrum, calibem vel expensas quascumque, preterea que ad vsus persone proprie,

*) Efter originalet, som förvaras i Lybeck.

ferre presumat, nec eciam aliquid attemtabit de facto vel consilio per se vel per alios occulte vel manifeste, quod in nostrum aut Regni nostri preiudicium cadere possit vel grauamen.

Hanc licenciam vobis, vt premissum est, concessam durare volumus a festo pentecostes nunc proximo, vsque ad sequens festum pentecostes proximo tunc futurum. Datum Anno Domini Millesimo trescentesimo tercio, sexto decimo Kalend. Decembris.

1414. 1304 Odat. Skeninge.

Arnulf Eskilssons Salubref på sin gård i Wreta, hvilken han tillbytt sig af sin hustru, till St. Martini Nunnekloster i Skenninge, mot klostrets gård Hälleby och 120 mark penningar.

A. 3. 6.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, ARNNULPHUS ESKILSSON, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium nouerint vniuersi me sororibus apud sanctum martinum skyæningie vendidisse curiam meam in wretum Cum agris, pratis, siluis, Colonis, et omnibus eidem curie attinentibus pro curia ipsarum in Hælleby, piscatura, et omnibus alijs ad prefatam curiam spectantibus, additis mihi ex parte dictarum sororum, Centum viginti Marchis monete vsualis, porro curiam in Wretum de vxore mea emi pro predio equipolente, immo maiore alibi sibi assignate, Commutacio autem, et empcio ex parte mea cum sororibus predictis, et vxore mea, facta est, processibus legum terre per omnia obseruatis, Cuius testes sunt, qui presentes fuerunt, silicet dominus prepositus thorchillus de normæløsæ, Waldæmarus de syundæthorph, folkquidus de faldinghia, et alii discreti fidedigni, Jn huius igitur euidenciam, sigillium venerabilis domini Episcopi lyncopensis vna cum sigillo meo proprio est appensum, Actum Anno domini. M°,CCC,IIII° in ecclesia beati martini skyæningie.

Sigillet, jemte den ur brefvet klippta remsan, borta.

1415. 1304 d. 4 Jan. Upsala.

Magistratens i Upsala Intyg, att Nils Hemmingsson inför densamma erkänt sig hafva bortbytt sina gårdar i Wårdsätra, Gutasund, m. m. till Ärkebiskop Nils i Upsala, mot jord i Balingstad och en gård i Lund, samt 50 mark penningar i mellangift.

A. 3. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, ADUOCATUS, et CONSULES Ciuitatis vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constitutus coram nobis, Ni-

colaus hæmingson, recognouit, et confessus est puplice, se quandam prediorum permutacionem fecisse, cum venerabilj patre, Domino Nicolao Dei gracia archiepiscopo vpsalensi, suo et ecclesie sue nomine, in hunc modum, videlicet, quod pro curia sua wardhsætrum, Cui subiacent Nouem ore terre cum vno solido, et decem et nouem solidis terre in gutasund, Et brachio piscature in fløtasund, Jtem pro curia sua in hwamum, Cui subiacet Marcha terre solido minus, et vndecim solidis terre in nustatunum, que omnia tradidit, assignauit, et appropriauit Domino archiepiscopo, et ecclesie sue, cùm omnibus iuribus et pertinencijs dictis bonis intra, uel extra, prope uel longe sepes positis, absque vlla excepcione dicta affnempning, Recepit ab eodem Domino archiepiscopo Tres Marchas terre in ballinxstum, et Curiam in lundi, in parochia æsæbro, cui subiacent sex. ore. terre, cum omnibus iuribus et attinencijs dictis predijs, intra uel extra, prope uel longe sepes positis, absque qualibet excepcione dicta affnempning, Super predicta autem permutacione, dati, assignati, et recepti fuerunt secundum leges et patrie consuetudinem firmarij wlgariter dicti fastar, Recognouit eciam dictus Nicolaus se recepisse et habuisse ab eodem domino archiepiscopo ad valorem Quinquaginta Marcharum monete nunc currentis, Quas racione cuiusdam melioracionis sibi dedit, Jn premissorum autem testimonium, et euidenciam pleniorem sigillum nostre communitatis ad instanciam dicti Nicolai presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini. M°. CCC°. Quarto, Jn Octaua sanctorum Jnnocencium.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1416. 1304 d. 14 Jan. Linköping.

Tjenstförrättande Lagmannen i Östergötland Waldemars Fastebref på 2:ne åttingar i Öraberg, som Domprosten i Linköping Wimund köpt af Kyrkoherden Salmund i Näsby.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Waldemarus uices legiferatus gerens in osgocia. salutem in domino. Tenore presencium constare volo luculenter. quod anno domini. M°. CCC°. IIII°. feria secunda proxima post octauam epiphanie. que dicitur lagdhingsmanadager. lincopie in curia domini episcopi in magna stupa. communicato discretorum et legisperitorum consilio solempni examinacione et diligenti inquisicione prehabitis. legumque patrie tradicione seruata. duos attungos. in ørabyergh in parochia Rystad. quos dominus Wimundus prepositus lincopensis de domino Salmundo quondam rectore ecclesie de nesby. per legittimam prediorum permutacionem mæd festum oc lagafangum

fangum habuerit. eidem domino .W. preposito sentencialiter adiudicaui. dictos duos attungos cum omnibus eorundem attinenciis. vendicandi. occupandi. possidendi. colendi. seminandi. inhabitandi. arandi. metendi. ibique fructus colligendi et seruandi. plenam et liberam legum auctoritate concedens facultatem. Huic igitur facto interfuerunt. Domini. Haquinus dictus læmæ. et nicolaus throtæson. cum. Johanne ingæson. Swenone de læluby. Siggone thordason. et øiaro niclassæson. nec non et aliis quam plurimis nobilioribus et discrecioribus osgocie tam clericis quam laycis. Quorum sigilla ad premissorum euidenciam pleniorem ac firmiorem. vna cum meo presentibus sunt appensa. Datum loco et die supradictis.

Sigillen: N:o 1 borta; N:o 2—6 obetydligt skadade.

1417. 1304 d. 26 Jan. Örebro.

Konung Birgers Befallning till Edsbergs sockens invånare, att ingalunda sätta sig emot Riseberga klosters af ålder erkända rättighet till vården om deras församling och inkomsterna af densamma.

A. 3. n.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex, Discretis viris vniuersis et singulis parochianis ecclesie eezbergh Jn domino graciam, dilecionem et salutem, Noueritis nos ex relacione fidedigna discretorum plurium veraciter didicisse, quod ecclesia vestra sub ordinacione et regimine sanctimonialium monasterij Risiberghum fuerat ab antiquo, de qua eciam fructus annuatim prouenientes perceperant domine monasterij supradicti, Quare cum beniuolus assensus Reuerendi patris Domini ysarī dei gracia Episcopi strengenensis ad hoc accedat, quod decetero sicut hactenus regimen habeant ecclesie eiusdem domine supradicte, volumus et districte vobis precipiendo mandamus Quatinus super prouisione seu regimine vel eciam fructuum percepcione ecclesie memorate, dictas dominas nullatenus prohibere vel inpedire presumatis, quin pocius ipsis iusticiam omnimodam prout a retroactis temporibus eisdem dominabus fieri consueuit, exhibere curetis, prout vlcionem nostram volueritis euitare, Nam supradicte domine nobis firmiter promiserunt quod reuerenciam omnem et obedienciam, ac seruicium vobis debitum, in omnibus et singulis sicut decet et expedit exhibebunt, Datum apud ørabro Anno domini M°. CCC° quarto, dominica septuagesime.

Sigillet skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1418. 1304 d. 26 Jan. Riseberga.

Ingeborgs, Birger Håkanssons enkas Gåfvobref på en gård i Floby och 17 örtugland i Ötreby, för sina 3 söners själar, till Risaberga kloster, med förbehåll för sina slägtingar, att inom år och dag kunna igenlösa sistnämnde gods, antingen med lika många örtugland jord eller 51 mark penningar.

A. 3. n.

Omnibus christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Ingeburgis relicta domini byrgeri haqunsson, salutem in domino ihesu christo, Quia sepe solent ea que racionabiliter acta sunt in dubium reuocari, nisi bonorum et fidedignorum hominum testimoniis seu litterarum serie roborentur Ego igitur Notum facio tam presentibus quam futuris me cum consensu et voluntate meorum heredum pro animabus dilectorum filiorum meorum gøstaui et siggonis dedisse monasterio in risæbyergh curiam meam floby cum agris pratis siluis nemoribus piscariis molendinis ac omnibus aliis attinenciis mobilibus et inmobilibus perpetuo possidendam, Jnsuper dedi pro anima Haquini filii mei XVII solidos terre in villa que dicitur øtræby in walunæs monasterio supradicto, Hac adiecta condicione quod heredes mei dictum predium debent resoluere infra annum cum totidem solidis terre vbicumque eos poterint procurare, Si uero predium non habuerint quinquaginta marchas denar. cum vna vsualis monete soluant monasterio infra terminum memoratum, et si defecerint in solucione dicte pecunie sicut pretaxatum est idem predium sanctimoniales eiusdem monasterii in perpetuum possidebunt, In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis nobilium dominorum Domini Rangwaldi dicti mulæ dilecti filii mei, et Domini Magni marinæsson dilecti generi mei, ac dilectorum filiorum meorum benedicti et Magni presentibus est appensum, Datum risæbyergh Anno domini .M°. CCC°. IIII°. VII° kal. februarii.

Sigillen: N:o 1 och 3 skadade, N:o 2 helt, N:o 4 bortfallet.

1419. 1304 d. 15 Febr. Stockholm.

Konung Birgers Stadfästelse på Marsken Thorkel Knutssons jordabyte med Nunnorna i Clara kloster, hvarigenom han lemnar gods i Husaby, Lunda, Bergby och Lundby mot klostrets gård i Östby.

A. 3. f.

Byrgherus, dei gracia sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam, Quoniam propter breuem vitam mortalium, hominumque labilem memoriam, ea que racionabiliter aguntur, raro perueniunt ad puram noticiam posterorum, nisi presen-

tes prouiderint, vt succedentibus pateant viuaci testimonio litterarum, Hinc est quod ad noticiam presencium et futurorum euidenter cupimus peruenire, quod nobilis et prudens vir Dominus thyrghillus knutson, marskalcus noster dilectus, ex parte vna, et religiose domine, abbatissa et sorores monasterij sancte Clare, ex parte altera, quandam permutacionem prediorum fecerunt in nostra presencia in hunc modum, Tradidit namque Dominus marskalcus supradictus, eisdem sororibus, et earum monasterio, Duas marchas terre in hosæby marchem vnum solidum terre in lundum, vnam horam terre in byærgby, et quatuor solidos terre in lundby, villis videlicet ibi prope, cum fundo, agris, pratis, siluis, aruis, pascuis, piscacionibus, arundinetis, et ceteris attinencijs sine omni excepcione, perpetuo possidendas, Recepta ab eisdem sororibus, sibi et suis heredibus, in proprietatem et dominium, curia monasterij earum in østby, in parochya danærør, cum omnibus condicionibus supradictis, cui subiacent predia consimilis quantitatis, dimidio solido terre minus. Nos igitur predictam permutacionem, tanquam legittime factam, ratificamus et confirmamus presentibus litteris, volentes eam existere perpetue firmitatis, Jn cuius facti euidenciam, sigillum nostrum, vna cum sigillo ipsius marskalci, presentibus sunt appensa. Datum stokholm, Anno domini, M°, CCC°, IIII°, sabbato ante primam Dominicam quadragesime.

Sigillen, hängande i gula och röda silkessnören, äro något skadade.

1420. 1304 d. 8 Mars *). Strengnäs.

Konung Birgers öppna Bref med förnyade privilegier för Rikets Presterskap.

A. 3.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis. Byrgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex. Salutem in domino sempiternam, Quamuis creatura non habeat quid pro meritis respondeat creatori solicite tamen precauendum est ne filios hominum ingratitudo reos constituat, quos suis graciis preuenire et prosequi nunquam cessat, Sane inmensa [1]) diuine largitatis beneficia erga nos licet immeritos felicium semper augmento successuum comulari [2]) solicita meditacione contemplantes quamquam laudes condignas sibi rependere non

*) Af samma handling finnas i Original äfven 2:ne exemplar, men med årtalet 1305, och de olikheter, som här under, samt på deras ställe, år 1305 d. 28 Mars anmärkas. Den finnes äfvenledes i en afskrift från 1600:talet, Sign. J. 1: 8, som på flera ställen röjer afskrifvarens stora misstag, samt utgifven af Dijkman (Ant. Eccl. s. 285.) och Rudbeck (Privil. Doctor.) med årtalet 1303, hvilket år Konung Birger på nämnde dag var (enligt K. n. 1: 322) i Tyreholm och undertecknade der en Tractat. Afskriften i Cod. Linc. B. 3: 3. är efter Originalet af år 1304, men i Cod. Ups. B. 2: 115 efter det af år 1305, som äfven legat till grund för Påfven Johan XXII:s derå gifna stadfästelse.

1) inmense 1, inmensa 2. 2) cumulari 1, commulari 2.

possimus, ut nos tamen ad sua seruicia in quibus valemus promptos efficiat supliciter exoramus, Hinc est quod progenitorum nostrorum qui ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum, successiuis temporibus speciales fuerant protectores [3]) et specialiter patris nostri karissimi. dominj Magni. felicis recordacionis quondam Regis swecie [4]), qui eas amplius ceteris magnis ditauit donacionibus [5]), et libertatum muniuit priuilegiis, libenter vestigiis inherentes, ut dum eorum acta magnifica grata conseruacione prosequimur efficimur utcumque in ipsorum liberalitatibus, liberales, et quibus affectu communicamus in donis, effectu participemus in premiis, de omnipotentis dei profusa beninguitate [6]) retribucionis sperantes meritum, qui filios in peculio credito sibi efficit donatores, de suo in suis faciens meritum quod coronet, Jndulgemus itaque indulgencia in posterum valitura, ut omnes ecclesie et ecclesiastice persone in nostro regno [7]) constitute. sub nostra protectione maneant, plena securitate gaudentes, ut eo deuocius quo quiecius pacis actori [8]) famulentur, acerbissima contra earum [9]) molestatores nostra vindicta procedente, Concedimus eciam eisdem omnia bona sua mobilia & immobilia. que ad eas sunt cum suis oneribus deuoluta et ecclesiarum nomine possidentur, saluis antiquis ecclesiarum [10]) possessionibus, tam inferiorum quam cathedralium ecclesiarum, cum familiis in eisdem [11]) commorantibus, siue per villicos regantur, siue per colonos, siue per inquilinos seu eciam per noualium excultores, ab omnj jure regio et causis regalibus, solucionibus quoque wlgariter dictis, ledhunslamæ [12]), skypwiste [13]), spannamala [14]), et Ettagyeld [15]), ac aliis muneribus, talliis [16]), exaccionibus, seu quibuscumque tributis rebus vel personis inpositis vel imponéndis quibuscumque nominibus censeantur, ac si specialiter et nominatim essent expressa libera penitus et exempta, Quascumque eciam causas pecuniarias in eisdem [17]) bonis emergentes, ab episcopis et eorum officialibus exigi volumus et recipi voce cuiuslibet alterius preterclusa eciam si aliqui [18]) apparuerint regij iuramenti [19]) transgressores. Hujusmodi tamen [20]) paci et communioni hominum regni nullatenus restituantur, nisi hij contra quos deliquerant, intercesserint pro eisdem, Si vero contingat aliquos inhabitare bona ecclesiastica in parte et in parte bona propria seu alterius alicujus priuate persone, pro rata bonorum que habent ab ecclesia teneantur personis ecclesiasticis respondere. de iuribus et causis omnibus supradictis. et in reliquis regi qui pro tempore fuerit se in omni-

3) speciales successiuis temporibus fuerant defensores 1, 2. 4) sweorum 1. 5) *framför* donacionibus *har varit skrifvet* honoribus, *som iir utstruket*, 1. 6) benignitate 1, 2. 7) regno nostro 1, 2. 8) auctori 2. 9) eorum 1, 2. 10) ecclesiarum *utesl.* 1, 2. 11) possessionibus *tillsatt* 2. 12) lethunxlama 1, ledhongslama 2. 13) skipuist 1, skipwist 2. 14) spannamaala 1, spannæmala 2. 15) ættergield 1, ættergiald 2. 16) tallijs, muneribus 1. 17) dictis 1, 2. 18) siqui 2. 19) iuramenti regij 1, 2. 20) persone *tills.* 2.

bus recognoscant et intelligant debitores, Jn cujus nostre concessionis euidenciam pleniorem sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Datum apud strengyanæs. anno. Dominj. M. CCC°. IIII. in dominica. letare ierusalem.

Ett stycke af Kongl. sigillet finnes.

1421. 1304 d. 12 Mars.

Cecilia, Danska Riks-Marsken Johan Kalfs enkas testamente af penningar till Heliga landshjelpen, och för grafställe i det Predikarebrödra kloster, som ligger närmast den ort der hon dör, samt ytterligare af sina gods i Wragetorp till Lunds Domkyrka, så ock reda penpenningar till kyrkor och kloster i Lund samt andra trakter af Skåne och det öfriga Danmark.

A. 5.

Jn Nomine Patris et Filij et Spiritus sancti Amen. Ego Cecilia Relicta Dominj. Johannis Kalf quondam Marskalci illustris Danorum sclauorumque Regis. Sciens pietatis opera per homines in hac vita exhibita ipsos sequi post mortem et quod nichil de rebus temporalibus secum auferent nisi quod in pios vsus expendere curauerint, pro remedio anime mee de bonis michi a deo collatis testamentum meum ordino in hunc modum, Lego in primis pro redempcione crucis ad terram sanctam vigintj marcas denariorum jutensis monete. Jtem locum sepulture mee eligo apud fratres predicatores in viciniorj conuentu loco mortis mee in quacumque terra me morj contigerit et eidem conuentuj lego viginti marcas denar. illius terre et crucem auream quam habeo in qua est lignum dominj. Jtem omnia bona mea mobilia et immobilia in wrahæthorp que jure hereditario habui post matrem meam confero lundensi ecclesie sub hac forma, quod de redditibus inde prouenientibus deducatur vna marca denariorum ad fabricam ecclesie et vna marca denar. distribuatur inter canonicos qui vigilijs et missis interfuerint in die anniuersarij mej, et due ore inter vicarios diuidantur. Due ore ad offerendum in die Anniuersarij mej, residuum vero inter pauperes diuidatur. Ordinacionem autem istorum bonorum et curam committo Decano lundensi qui pro tempore fuerit, ordinandam. Jtem Fratribus predicatoribus lundis sex marcas denar. si ibidem sepulta non fuero. Fratribus minoribus ibidem .V. marcas denar. Ecclesie sancte Trinitatis ibidem .XII. oras denar. Sacerdoti .II. oras. Monialibus apud sanctum petrum .III. marcas denar. inter eas distribuendas. Ecclesie omnium sanctorum ibidem .I. marcam denar. Hospitali sancti spiritus ibidem .I. marcam denar. Hospitali leprosorum ibidem .I. marcam denar. Ecclesie sancti Johannis .I. marcam. sacerdoti .I. oram. Ecclesie sancti Pauli .I. marcam. sacerdoti .I. oram. Ecclesie sancti petri Monialium .I. marcam.

Ecclesie sancti Petri que dicitur litlæ dimidiam marcam. sacerdoti .I. oram. Ecclesie sancti Andree dimidiam marcam. sacerdoti ibidem .I. oram. Ecclesie sancti Magni dimidiam marcam. sacerdoti .I. oram. Singulis alijs ecclesijs Lundis a iam dictis .II. oras. sacerdoti .I. oram. Jtem Fratribus predicatoribus in Helsingburgh .III. marcas denar. Ecclesie in lummæ .II. marcas. sacerdoti dimidiam marcam. nicholao ministro dimidiam marcam. Ecclesie in Burlef dimidiam marcam. Ecclesie in Asmundæthorp dimidiam marcam. sacerdoti .II. oras. Claustro in Tummæthorp nouiter combusto .I. marcam denar. Jtem Fratri Andree lectori Ordinis fratrum predicatorum in Aosia .I. marcam denar. Jtem lego marcam Annone cum dimidia inter pauperes viduas et alios indigentes distribuendam. Jtem ecclesie Andwordskou in syalandia quinque marchas denar. Ecclesie Jarløsæ dimidiam marcham. Ecclesie gyslingæ dimidiam marcam. Ecclesie Munkæbiærby dimidiam marcham. Fratribus Predicatoribus Roskildis .I. marcham. Fratribus minoribus ibidem .I. marcham. Jtem sororibus Cristine et ælizef filiabus sororis mee apud sanctam Claram Roskildis cuilibet .I. marcham. Jtem ecclesie winningæ in feonia dimidiam marcham denar. Ecclesie Niærthøu .I. marcham denar. Ecclesie lundæ dimidiam marcham denar. Ecclesie Aby dimidiam marcham denar. Fratribus predicatoribus Otthonie vnam marcham. Fratribus minoribus ibidem .I. marcham denar. Jtem lego sex marchas denar. dandas pauperibus scolaribus. Jtem Fratribus predicatoribus Ripis .V. marchas denar. si ibidem sepulta non fuero et psalterium quod dedit michi dilectus maritus meus siue ibidem sepulta fuero siue non. Ecclesie byartæ in Jucia vnam marcham denar. Ecclesie stenthorp vnam marcham denar. Domino Bondoni presbitero in Dalby. vnam marcham denar. Ecclesie beate virginis wibergis quinque marchas denar. Ad altare sancti ketilli ibidem .I. marcham denar. Fratribus predicatoribus wibergis quinque marchas denar. Fratribus minoribus ibidem .III. marchas denar. Ecclesie sancte Trinitatis vnam marcham denar. Jtem ecclesijs sancti Mathei sancti Johannis. sancti Nicolai. sancti Mikaelis ibidem cuilibet vnam marcham denar. Monialibus ad sanctum botulfum ibidem .III. marchas denar. inter eas distribuendas. Jtem ecclesie sancti Botulphi et singulis alijs wibergis a iam dictis dimidiam marcham. denar. Monialibus in asmeld vnam marcham inter eas distribuendam. et ecclesie .I. marcham. Ecclesie sancti petri in skiuæ .III. marchas denar. Jtem ad altare sancti Thiudgeri in westerwik .II. marchas denar. Ecclesie Mambræ .II. marchas denar. Fratribus predicatoribus arusie vnam marcham. Fratri Thorstano seniori ibidem .I. marcham. Claustro øm .III. marchas denar. Domino Thorkillo quondam Capellano meo .X. marchas denar. Exequcionem autem huius mee ordinacionis diligentj deliberacione prehabita confecte committo dilecto filio meo Johannj kalf decano lundensi, et alijs suis fratribus filijs meis ac do-

mino Petro de eliæryth Fratri meo. vt ipsi de hiis se fideliter intromittant et debito effectuj mancipent, secundum quod voluerint in extremo examine, coram altissimo judice respondere. Jn huius autem ordinacionis et facti euidenciam et confirmacionem pleniorem sigillum meum vna cum sigillis dictorum videlicet Johannis kalf filij mej et dominj Petri de eliæryth fratris mej presentibus sunt appensa. Actum Anno dominj .M°. CCC°. Quarto. Jn die Beatj Gregorij pape.

Sigillen: N:o 1 och 2 bortfallna; N:o 3 skadadt.

1422. 1304 d. 26 Mars. Skara.

Domprosten Bengts i Skara Förklaring inför Biskop Brynolf, att de gods han köpt i Ranåkra och Blomberg, äro köpta, icke för hans egna, utan för Domprosteriets medel, och alltså detsamma tillhöra.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Benedictus scarensis prepositus, Salutem jn domino sempiternam. Constitutus jn presencia venerabilis patris, Domini brynjulphi scarensis Episcopi, et Capituli sui, testificor et pupplice recognosco, quod omnia et singula predia empticia que habeo jn ranakrum et blomæbiærg, non de bonis seu redditibus patrimonialibus vel maternis, seu lucro, artificio, vel industria qualibet personali, sed de prouentibus prepositure tantummodo, conquisiueram. volens firmiter, quod dicta predia cum omnibus suis adiacenciis, intra sepes et extra, prepositure scarensi, ad quam de jure pertinent, jn perpetuum, tam me defuncto quam viuente, debeant pertinere. Ne igitur quisquam heredum meorum vel quis alius, colore quolibet quesito, seu excogitata malicia, sepedicta predia post mortem meam, jniuste peteré, vendicare, seu occupare valeat vel attemptet, vna cum sigillo Reuerendj patris, Domini .B. scarensis Episcopi supradicti, sigillum Capituli scarensis, et sigillum meum proprium presentibus apponi fecj, Jn testimonium et euidenciam premissorum pleniorem. Datum scaris. anno domini. M°CCC°IIII°. jn cena domini.

På frånsidan: De bonis in ranacrum et blomæbyerg acquisitis per dominum benedictum tunonis.

Sigillen N:o 1 och 2 bortfallna, N:o 3 nästan oskadadt.

1423. 1304 d. 10 April. Sko.

Abbedissan Radeborgs och Convetets i Sko kloster Fullmagt för deras tjenare Westgöthe, att bortbyta 5 örtugland jord i Kumla till Domprosten Andreas i Upsala, mot 3½ örtugland i Skrymsta, samt på tinget å klostrets vägnar derå gifva fasta.

A. 3. b.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Soror, R, sororum in sko abbatissa totusque conuentus salutem in domino vniuersitati uestre per presentes

notum facimus quod famulo nostro vesgotho auctoritate presencium potestatem committimus predium nostrum quod habemus in cumblum silicet quinque solidos terre in tres solidos terre cum dimidio in skrymistum commutandi cum reuerendo domino andrea preposito vpsalensi, volentes vt loco nostri in plaeito communi dicto domino andree preposito vpsalensi assignet testes qui wlgariter dicuntur fæstær secundum terre consuetudinem approbatam Jn cuius rei testimonium sigilla nostra abbatisse et conuentus presentibus sunt appensa. Datum sko anno domini M°. C°C°C°. IIII:to. quarto Jdus aprilis.

Sigillen skadade.

1424. 1304 d. 17 April. Upsala.

Ärkebiskopen Nils Allessons och Upsala Domkapitels Fullmagt för Kaniken Olof, att som kyrkans ombud besöka Påfliga stolen, med rättighet att upplåna ända till 200 mark silfver, som af dem skola betalas.

A. 2.

Omnibus Presentes Litteras Jnspecturis, Nicolaus Diuina Miseracione Archiepiscopus, Totumque Capitulum Ecclesie vpsalensis salutem in domino sempiternam. Noueritis, Quod nos Reuerendo viro, Domino Olauo Canonico Ecclesie nostre, quem pro quibusdam nostris et Ecclesie nostre negocijs apud sedem apostolicam promouendis, ad sedem destinauimus eandem, ac ipsum propter hoc, nostrum et Ecclesie nostre procuratorem constitueramus, Damus et concedimus, nostro et Ecclesie nostre ac nostri Capituli nomine tenore presencium, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale, Contrahendi et Recipiendi mutuum, vsque ad ducentas marchas argenti puri et examinati, a quibuscumque creditoribus pro nostris negocijs in Romana Curia prosequendis, Dantes Eidem nostro et ecclesie nostre ac Capituli nostri procuratorj, plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum obligandi propter hoc, Nos, (successores nostros *), et Ecclesiam nostram, et omnia bona nostra, (successorum nostrorum *) et Ecclesie nostre mobilia et immobilia Ecclesiastica presencia et futura, et promittendi, Quod nos, dictam pecuniam restituemus et restituj faciemus, loco, termino, et tempore statuendis cum omnibus dampnis expensis et interesse, Que uel quas, dicti creditores incurrerent, si in statutis loco termino et tempore predicta pecunia eis non fuerit persoluta, Necnon renunciandi in hoc, nostro nostrorum successorum dictorum et ecclesie nostre, omni Juris auxilio Canonici et Ciuilis,

*) Utstruket i originalet.

lis, Priuilegio fori, Beneficio restitucionis in integrum, Condicioni indebiti et sine causa, appellacionis remedio cuiuslibet tempore feriato, Juri reuocandi domum, Legi de quadrimestri tempore, Legi dicenti, generalem renunciacionem non valere Priuilegio cruce signatis et cruce signandis, concesso vel iterum concedendo, Excepcioni eciam Quod dicta pecunia, non sit in nostram, nostrorum successorum et ecclesie nostre utilitatem conuersa, Constitucioni de duabus dietis edite in concilio generali, Conuencioni locorum et Judicium omnibus litteris et indulgencijs apostolicis impetratis et impetrandis ac alijs quibuscunque, et omnibus alijs excepcionibus, per quas, Nos et successores nostri et ecclesia nostra, possemus contra creditores eosdem in posterum quomodolibet nos tueri, Submittendi quoque Nos Jurisdiccioni auditoris causarum camere domini pape, Suscipiendi et acceptandi sponte, omnes condempnaciones et excommunicacionis sentencias, quas per dictum auditorem contra nos fieri vel in Nos contingit promulgari, Jurandi in animas nostras, de obseruandis omnibus et singulis supradictis, et omnia alia et singula faciendi in predicto negocio, que veri et legittimi procuratores facere possunt et debent, et que Nos ipsi faceremus seu facere possemus si Presentes essemus. Jnsuper damus eidem procuratori nostro potestatem per presentes et speciale mandatum, Predictam summam pecunie per ipsum mutuo receptam, erogandi et expendendi, pro dictis nostris negocijs et causis, prout sibi visum fuerit expedire. volentes, super erogatis et expensis per eundem, absque quauis alia prohibicione, stare simplici assercioni dicti sui, Ratum et gratum habituri, et inuiolabiliter obseruaturi, quicquid per dictum procuratorem et nuncium nostrum, factum fuerit in omnibus premissis et singulis Premissorum Jn cuius rei testimonium, Presentem litteram fieri, et sigillorum nostrorum munimine, fecimus roborari. Actum vpsalie. Anno Domini, Millesimo .CCC°. Quarto, XV°. kal. Maij.

Sigillet med dess remsa borta. I uppvecket finnas 2:ne hål för sigillremsor.

1425. 1304 d. 17 April. Upsala.

Ärkebiskopen Nils Allessons Fullmagt för Kaniken Olof af Forssa, att såsom hans och hans kyrkas ombud upptaga och qvittera de deposita och de fordringar, hvilka han hvarsomhelst kan ega, samt betala och mottaga qvittens för de skulder, för hvilka han möjligen skulle kunna hafta.

A. 6. a.

Omnibus Presentes Litteras inspecturis, Nicolaus Miseracione Diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Nouerit vniuer-

sitas vestra, Quod nos dilectum nobis in christo filium, Dominum Olaum de forsum, Canonicum ecclesie nostre vpsalensis exhibitorem presencium, facimus, constituimus et ordinamus, nostrum, et Ecclesie nostre vpsalensis, verum et legittimum procuratorem, negociorum gestorem ac nuncium specialem, ad omnia, nostra, et ecclesie nostre negocia, gerenda et exercenda, ad ordinandum et disponendum, de rebus nostris vbilibet inuentis, prout nobis et ecclesie nostre predicte vtilitatibus prospexerit expedire, Necnon ad exigendum et recipiendum pecuniam nostram seu res alias nobis debitas a personis quibuscumque, seu apud quascumque, res nostre inueniuntur deposite, seu eciam, quoquo modo detente, Dantes eidem nostro procuratorj, auctoritatem et potestatem plenariam, faciendi predictis nostris debitoribus, depositarijs, seu detentoribus finem et quitacionem, pactumque de ulterius non petendo, super rebus receptis et leuatis per eum, nostris quoque creditoribus satisfaciendi, si qui inueniantur, Quibus, nos legittime constiterit obligatos, nec non et Litteras quitacionis, petendi et recipiendi ab eisdem. Ratum gratum et firmum habituri, quicquid per dictum nostrum procuratorem, actum, gestum, factumve fuerit in premissis, Jn cuius Rei testimonium, sigillum nostrum, Presentibus est appensum. Datum, vpsalie, anno domini, M°, CCC°, Quarto. .XV°. kalend. Maij.

Den ur brefvet klippta remsan bortrifven jemte sigillet.

1426. 1304 d. 30 April. Aranäs.

Hertigarne Erik och Waldemars försäkran till Konung Birger, att icke begifva sig utomlands ej heller utan på kallelse infinna sig hos Konungen, dock icke åtföljde af flere, än Konungen föreskrifvit, samt i öfrigt, att hvarken inom eller utom landet stämpla mot Konungen och dess hus.

L. d. 2. a. 78.

Universis præsentes litteras inspecturis, Ericus Sueorum, et Valdemarus Finlandiæ, Dei gratia, Duces, salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentium constare volumus evidenter, nos Magnifico Principi ac Domino, D. Birgero, Dei providentia Sueorum Gothorumque Regi semper illustri, fratri nostro charissimo, ex mera et libera voluntate firmiter promisisse, fide præstita corporali, quod nos extra regnum suum nunquam movebimus, nec aliquatenus transferemus, sine ipsius Domini nostri Regis requisitione speciali, et licentia petita et pariter obtenta. Promittimus etiam, quod ad præsentiam ipsius Domini nostri Regis nullatenus veniemus, nisi per ipsius litteras, aut certum mandatum ad determinatum nobis diem, et in locum fuerimus vocati: Et cum taliter vocati fuerimus, ad ejus præsentiam veniemus cum tot personis et equitaturis, tantum quot ipse Dominus noster Rex per

suas litteras, vel mandatum certum nobis duxerit limitandos. Cæterum promittimus ac fide stabili spondemus, quod per nos, aut nostros, vel alios quoscunque, litteris vel nunciis, extra regnum vel intra, nunquam talium quicquam movebimus sive faciemus, nec moveri nec fieri procurabimus, nostris consiliis vel factis, palam vel occulte, de quo, vel quibus, ipsi Domino nostro Regi, aut uxori suæ charissimæ Dominæ Margaretæ, Reginæ illustri, aut liberis eorum, sive etiam eis fideliter adhærentibus, damnum aliquod seu nocumentum posset provenire. In cujus rei testimonium, robur et evidentiam, secreta nostra, quia penes nos alia sigilla non habemus, præsentibus duximus apponenda. Datum apud Aaranæs, anno Domini MCCCIV. pridie Kalend. Maij.

1427. 1304 d. 17 Maj *).

Hertig Eriks Drots Ambjörn Sixtenssons och Philip Ulfssons Bytesbref på Salestad jemte gods i Rasbo och Norunda härad, som lemnas i utbyte mot den sistnämndes gods i Roslagen.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, ABERNUS SIXTENSSON dapifer domini E. ducis sweorum illustris et PHILLIPPUS VLF SON. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus euidenter quod nos subscriptorum bonorum nostrorum commutacionem inter nos fecimus Jn hunc modum videlicet quod Ego abernus sixtensson ipsi domino phillippo vlf son, Curiam meam salastæ cum omnibus eiusdem curie attinenciis mobilibus et immobilibus jntra sepes et extra longe vel prope positis. vna cum prediis meis singulis in Rasbohundere et Norunde sitis dimisi et assignaui suisque heredibus perpetuo possidendam. Ego autem phillippus vlf son ipsi domino aberno sixtensson genero meo dilecto. omnia bona mea in sialandia mobilia et immobilia. cum omnibus eorundem bonorum attinenciis. infra sepes et extra longe vel prope positis, pro bonis suis, que nobis dimisit vt predictum est nomine commutacionis. dimisi et assignaui suisque heredibus pleno iure perpetuo possidenda. Jn cuius rei testimonium et euidenciam firmiorem sigilla magnificorum principum dominorum Erici sweorum et waldemari ffinlandie dei gracia ducum, dominorum arnwidi gøtstaffson. et hemmingi ødgisla son, sighmundi kieldorson. vna cum nostris sigillis presentibus sunt appensa, Petimus eciam, presentem litteram. cum litteris et sigillis, magnifici principis domini .B. dei gracia regis sweorum illustris, et domini Th marskalci sui dilecti roborari Datum anno domini M° CCC° IIII°. die pentecostes.

Sigillen alla 7 borta. Vid N:o 2 qvarsitta några gröna och röda silkestrådar.

*) Skulle äfven kunna vara 1300 d. 1 Juni (fjerdedag Pingst).

1428. 1304 d. 2 Juni. Arnö.

Magnus Johanssons enka, Ingeborgs, testamentariska anordning, hvarigenom gårdarne Säby och Asby tillfalla Sko kloster, för hennes grafplats, samt Valdby tilldelas Upsala Domkyrka, för årsbegängelsen, och penningar gifvas till kloster och kyrkor, samt jord till en del af hennes tjenare, hvilka alla skola frigifvas, hvarefter, och sedan skulder och hvad hon kan bevisas olagligen åtkommit blifvit betalde, återstoden tillfaller hennes döttrar Margareta och Ingeborg.

A. 4.

In Nomine Patris et filij et spiritus sancti Amen. Quoniam infirmancium racionem sepe adeo langor obnubilat, ut non solum rerum temporalium, verum eciam sui ipsius, cogat ipsa langoris vehemencia obliuisci. Jnopinatus quoque transitus ex hoc seculo multos fefellerat, et salubria proposita, sepe relinqui fecerat inperfecta. Hac consideracione ducta Ego Ingiburgis, Relicta domini Magni Joænsson, mente et corpore sana per graciam ihesu christi, diutina deliberacione prehabita, meum infra scripto modo, condo, et ordino, testamentum. Jn primis, heredes mihi instituo karissimas filias meas, margaretam et ingiburgi in omnibus bonis et rebus meis, que possideo tempore mortis mee, illis bonis et rebus duntaxat exceptis de quibus, alias per me ante obitum meum, extiterit ordinatum. Jtem volo, quod debita mea, quecunque extiterint tempore mortis mee, soluantur integre de bonis mobilibus exstantibus in curijs meis, quando decessero. restituciones eciam fieri volo integraliter de bonis eisdem, si probari poterit, me iniuste ab aliquo, quicquam habuisse, volens et quantum in me est inhibens, ne heredes mei, bona predicta post me relicta adeant seu occupent, antequam solucio supradictorum fuerit expedita atque facta. Jtem in monasterio sko apud karissimum maritum meum, dominum magnum Joænsson felicis recordacionis, mei corporis eligo sepulturam, et eidem monasterio, do, et lego, curiam meam sæby in vastmannaland cum duobus solidis terre in asby parrochia rytru, cum agris, pratis, siluis, aquis, et ceteris omnibus bonis mobilibus et immobilibus, ad dictam Curiam et dictos duos solidos terre pertinentibus, iure perpetuo possidenda. Jtem pro anniuersario meo in ecclesia vpsalensi perpetuo faciendo, contuli eidem ecclesie, curiam meam waldby, quam sana et incolumis, assignaui et ad manus tradidi venerabili Patri, Domino Nicolao, Archiepiscopo vpsalensi, in ipsum, nomine ecclesie sue supradicte, pleno iure, transferens possessionem et proprietatem dicte Curie, adhibitis super hoc firmarijs, secundum patrie leges et consuetudinem approbatam. Jtem fabrice ecclesie cathedralis in vestraarus, lego sex marchas denariorum, Jtem fabrice ecclesie Cathedralis in strengenes, sex marchas denariorum, Jtem fratribus predicatoribus in sikthunia, sex marchas puri argenti, Jtem fratri Jsraeli priori ibidem, tres Marchas puri argenti, Jtem fratribus predicatoribus in vestraaros, sex marchas denariorum, Jtem fratribus

predicatoribus kalmarnie, sex marchas denar., Jtem sororibus ibidem, quatuor Marchas denar.; Jtem sororibus apud sanctum martinum skeningie, quatuor marchas denar., Jtem conuentibus fratrum predicatorum, strengenes, skæningi, skarum, lydosum, wisbÿ, finlandie, singulis, tres Marchas denariorum, Jtem monasterijs, aluastrum, wærnem, nÿdal, juluttum, singulis, tres Marchas denar., Jtem monasterijs sororum, wretum. askabÿ gudhem. risabærgh, foodhø, ordinis sancti Benedicti, singulis, tres marchas denar. Jtem conuentibus fratrum minorum vpsalie. Enichopie. stokholmis. et sororibus ibidem, Jtem arbugha, suderkopie Nychopie. Linchopie. Junæchopie. skarum. wisbÿ. singulis, tres marchas denar., Jtem hospitali in Eskilsthunum, tres marchas denar., Jtem cuilibet ecclesie in cuius parrochia curiam possideo, et eius rectori, de qualibet curia in illa parrochia sita, vnam Marcham denar., Jtem hospitali Enichopie, tres Marchas denar., Jtem hospitalibus, sudherchopie, skæningie. skarum. lÿdhosum. wisbÿ. cuilibet duas Marchas denar., Jtem, domui dei vpsalie, tres Marchas denar., Jtem domui dei stokholmis, vnam Marcham denar., Jtem balta seruienti meo, quatuor Marchas denar. Ad soluendum autem premissa mea legata per exequtores huius testamenti mei, si per me met ipsam ante obitum meum soluta non fuerint, obligo. deputo. et assigno. curiam meam broathorp in alem. necnon et curias meas, sundabÿ et sandem, in westgocia, Quas, distrahi et vendi volo per exequtores supradictos, prout ipsis videbitur expediens, si heredes mei, dictas Curias non redemerint infra annum a tempore mei obitus computandum, Jnfra quem tamen annum, predicte Curie, ab exequtoribus huius testamenti mei, occupentur. regantur. et conseruentur. Jtem famulo meo kætillo, do. et lego. octo solidos terre in brohofdhi, parrochia dunker. Jtem. famulo meo Thome, Quatuor solidos terre in wretum, parrochia sundbÿ. Jngiruni famule mee, Quatuor solidos terre, in sudherbÿ parrochia husabÿ. Seruis quoque et ancillis meis omnibus plenam confero libertatem. Preterea, per hoc testamentum meum, quod de consensu expresso dilectarum filiarum mearum predictarum, per me conditum est atque factum, reuoco, irrito, et casso, quodcunque testamentum a me prius factum, seu quomodolibet ordinatum. Exequtores huius testamenti, constituo, facio, et ordino, venerabiles patres et dominos, Nicolaum vpsalensem archiepiscopum, et strengenensem et arosiensem Episcopos, et magistrum andream prepositum ecclesie vpsalensis, et honorabiles viros, Dominos Johannem sudhærmannie et Birgerum vplandie legiferos, Rogans et instanter petens, vt hoc testamentum meum seu extreme voluntatis ordinacionem, implere uelint et perficere propter deum. Quod si hiis exequendis omnes interesse nequiuerint seu noluerint, illi nihilominus qui ea voluerint perficere, premissa exequendi et faciendi, plenam et liberam habeant facultatem, quam ipsis tenore pre-

sencium committo. Hoc autem meum testamentum, a me conditum, Jn presencia venerabilis patris, domini Nicolai archiepiscopi, puplicaui apud Arnø presentibus testibus in testimonium premissorum specialiter uocatis et rogatis, videlicet Dilecta filia mea Jngiburgi, Jtem Jngiburgi, filia Erici østensson et Dominis Mathia et Johanne magnusson Canonicis ecclesie vpsalensis, Fratre Jsraele priore et bernardo suppriore sikthunie, ordinis predicatorum, Gerardo dicto langa, finuido nicolai filio et Philippo biornsson. Jn supradictorum omnium testimonium sigillum meum proprium, presentibus est appositum, necnon et sigilla venerabilium patrum, Dominorum vpsalensis, strengenensis, et arosiensis, ac testium prescriptorum, et dilectarum filiarum mearum, cum Jnstancia peto apponi. Actum apud Arnø, Anno Domini .M°. CCC°. Quarto. Quarto Non. Junij.

Sigillen N:o 1 och 5 oskadade; N:o 2, 6, 7 och 9 skadade; N:o 3, 4, 8, 10—12 bortfallna, remsorna qvar.

1429. 1304 d. 20 Juni. Slantamo.

Johannes Håkanssons Intyg, att Gudirus Hvite sålt sin arfvedel i Hessle, till Ingemund Nilsson.

J. G: 28.

Nouerunt vniversi me Johannem Hakugersson, interfuisse, quin Gudirus hwite vendidit Ingimundo Niclisson, omnem partem suam hæreditariam quam hæreditauit post Dominum Davidem, et Dominum Petrum, bonæ memoriæ in Hesslo, Nullis penitus Exceptis, secundum æstimationem fidedignorum qui tunc præsentes affuerunt. Scriptum in placito Slantamo, sub Anno Domini M. CCC. quarto, sabbato proximo, post festum Botolphi Abbatis.

Sigillet synes, enligt teckningen, hafva varit nästan oskadadt, med omskrift: + Sx iohannis × hakvnsoi.

1430. 1304 d. 22 Juni. Arnö.

Ärkebiskopen Nils Allessons Bref, med löfte om 40 dagars aflat för dem, som lemna bidrag till anskaffande af ljus i Sko kloster.

A. 3. b.

Nicolaus miseracione Diuina archiepiscopus vpsalensis, Christi fidelibus Presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum per opera pietatis, specialiter, que ad cultum diuinum pertinent christi fidelium merita, salutaribus plurimum multiplicentur augmentis, ad ea conuenit, fideles ipsos inueniri voluntarios et deuotos. Proinde, cum monasterium dilecta-

rum filiarum sanctimonialium sko, pro luminaribus ecclesie sue, opus habeat ad presens, fidelium subsidijs adiuuari, Nos, ad tam pium opus, ipsos fideles, remissiuis indulgencijs, quasi illectiuis quibusdam premijs, inuitantes, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad hoc manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum necnon Laurencij et Erici Martirum eius auctoritate confisi, Quadraginta dierum indulgencias, de iniunctis eis penitencijs, misericorditer in domino Relaxamus, Presentem autem nostram graciam, tantum extendi et valere uolumus, in mendicacione quam de foca fecerit dicti monasterij bedallus, stokholmis. in presenti. Datum apud mansionem nostram Arnø. Anno Domini. M°. CCC°. Quarto. Decimo. kal. Julij.

Af Sigillet finnes ett fragment på den ur brefvet klippta remsam.

1431. 1304 d. 6 Juli. Firuryd.

Carl Ragnildssons Bytesbref på en fjerdedel af sina gods i Elghult och Myklahult, hvilka lemnas till Petrus Öjarsson mot tredjedelen af hans gods i Tånga, med förbindelse att vara hans Hemulsman, i händelse af klander, samt så framt han ej skulle kunna skaffa andra gods i vederlag, återlemna hvad han emottagit.

J. 6: 241. v.

Omnibus, ad quos præsens scriptum peruenit, Karolus Ragnildâsson, salutem in omnium saluatore, Omnia quæ aguntur in tempore, et cum tempore sunt evanescant, solent testimonio et sigillis discretorum ad notitiam deduci posterorum, Idcirco tenore præsentis notum facio vniuersis, me cum Petro ôarsson, dilecto cognato meo Cambium et commutationem, super quibusdam nostris prædijs, rite et legaliter fecisse, de nostrorum consensu et beneplacito vtrorumque, ita videlicet, quod de supradicto Petro recepi tertiam partem prædiorum in Tanggum, cum omnibus sibi, infra sepes et extra adiacentijs, quæ in eodem loco possidebat, et quartam partem omnium quæ possedi in Elgiahult et Myklahult, infra sepes (et) extra, perpetue possidendam, sibi et suis hæredibus assignaui, tali tamen conditione interiecta, quod si prædicta bona, pro sepedicto Petro contigerint calumpniari, vel quocunque modo ab aliquo impediri, me sibi appropriatorem, qui vulgariter dicitur Hemulsman, obligo per præsentes. si autem dicta prædia propter aliquem casum futurum contingentem sibi appropriare non suffecero ut promisj auctoritate præsentis liberam habeat potestatem resumendi et habendi prædia sua quæ in loco prius possederat memorato. In cuius rei roboratione et firmitatem Discretorum Dominorum, Magni Karlssons, legiferi wärendensis, et Thorchilli Eringislassons sigilla, vna cum sigillo proprio po-

stulo annectenda. Datum firurydh, Anno Domini M. CCC. quarto, in octauas Apostolorum Petri et Pauli.

Enligt teckningen har Sigillet N:o 1 varit borta, N:o 2 och 3 varit fullständiga.

1432. 1304 d. 10 Juli. Näs.

Ärkebiskopen Nils Allessons Fullmagt för Gudmund Botvidsson på Bro pastorat.

B. 2: 119.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter, quod nos dilecto in christo filio, domino gudhmundo botuidi de morestum filio, ecclesiam bro in ørboholm, cum omnibus suis iuribus, canonice possidendam contulimus cum onere dicte ecclesie per nostros predecessores inposito, videlicet quod idem dominus gudmundus, tempore sue amministracionis, annuatim soluat fabrice ecclesie vpsaliensis, censum trium marcharum argenti puri in denariis, ad valorem, silicet estimacionis communis, cuius medietas solui debet vpsalie, in nundinis dictis disathing, et reliqua medietas, tempore synodi vpsalie, curamque animarum, et amministracionem temporalium bonorum, sibi commisimus in eadem, Quare dicte ecclesie parochianis, precipiendo mandamus quatenus eidem domino gudmundo, reuerenciam debitam, tamquam suo curato, inpendant, atque iura parochialia fideliter et deuote studeant exhibere Jn cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud curiam nostram næs iuxta fløtasund, Anno domini M° CCC° quarto, sexto jdus julii.

Öfverskrift: Ordinacio quod curatus ecclesie bro soluat ecclesie vpsalensi id est sacriste censum trium marcharum argenti puri.

1433. 1304 d. 12 Juli. Sigtuna.

Prosten i Medelpad Andreas's Gåfvobref på sin gård vid torget i Sigtuna till dervarande Predikarebrödrakloster, med tillkännagifvande, att all åbygganden är hans egendom, men en del af tomten tillhörer S:t Petri, och en del S:t Nicolai kyrkor.

A. 7. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Andreas prepositus in mædhalpadha in helsingia, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, Quod religiosis viris fratribus predicatoribus sictunie in meorum remissionem peccatorum, confero Curiam meam sictunie iuxta forum sitam, de meo peculio pro duodecim Marchis denar. emptam, cuius curie omnes domus

mee

mee sunt, pars autem fundi dicte curie ad ecclesiam beati petri, et pars quedam ad ecclesiam beati Nicolai dignoscitur pertinere, Jn dictos autem fratres, dicte curie proprietatem et possessionem, sicut eam possideo, ex nunc transfero totaliter, dans priori et fratribus predicti conuentus sictuniensis liberam potestatem dictam Curiam vendendi et alienandi, pro sue libito uoluntatis, Testes autem huius mee donacionis specialiter uocati et rogati sunt, dominus Johannes de sancto olauo sacerdos, et dominus petrus aliquando curatus in Ekbÿ, et dominus gerika brand, dominus Johannes saxi, Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, et sigilla dominorum Johannis et petri secerdotum predictorum, et domini Johannis saxa, et sigillum communitatis sictuniensis presentibus apponi peto, in testimonium rei geste, Actum sictunie, Anno domini .M°. CCC°. IIII°. Quarto Jdus Julij.

Sigillen borta, remsorna qvar.

1434. 1304 d. 15 Juli.

Presterskapets och Allmogens på Gottland klagomål hos Ärkebiskopen Nils Allesson öfver de olagligheter, som Biskopen Lars i Linköping och hans tjenare, på många, här uppräknade ställen vid visitation på ön begått.

A. 7. a.

Reuerendo in christo patri ac domino, Nicholao dei gracia archiepiscopo wpsalensi, SENIORES, cleri et populi, terre Gutlandie, Cum omnimoda reuerencia obedienciam tam debitam quam deuotam, Vobis presentibus intimamus, Quod coram nobis constituti parochiani seu patroni ecclesiarum infrascriptarum, terre nostre seu insule, necnon persone quedam singulares, sepius sunt conquesti, dominum Laurencium dei gracia lincopensem episcopum, dum in terra nostra visitacionis officium exercebat, eos et ipsorum ecclesias multipliciter aggrauasse, Quia videlicet ecclesias, Sancti Clementis in wisbÿ, et fledÿnge, quas vos cum in predicta terra gutlandie eratis, vestri gracia reconciliastis, Jdem dominus L. postmodum veniens, exegit et aceepit pecuniam pro reconciliacione, non a se sed a vobis eisdem ecclesijs prius impensa, Cimiterium ecclesie in alwm, per dicti domini lincopensis famulum seminis effusione pollutum, prout per confessionem solius mulieris constitit, cum qua idem famulus dicitur facinus perpetrasse, prius reconciliare noluit, quam sibi .XII. marche. denariorum ab ecclesia soluerentur, Jtem in Ekibÿ. postquam dictus dominus .L. procuracionem a sacerdote

ibidem receperat, famuli ipsius omnia que de expensis procuracionis remanserant effuderunt. Jn Syndru, omnes conuiuas nupciales, cuiusdam consanguinei sui, ad expensas quas sibi racione procuracionis, eiusdem ecclesie sacerdos parauerat inuitauit, Jn Hyrsne, Garnæ, et Sandum, consecraciones ecclesiarum, altarium, et Cymiteriorum diuisit, ita quod vna die ecclesiam, alia altare, tercia cymiterium dedicauit, in hoc ecclesias expensis, et parochianos incommodis plus solito aggrauando, Jn thoptu, postquam sacerdotem ibidem ecclesia et bonis omnibus priuauerat, non deductis debitis, nec bonis paternis in fundo ipsius ecclesie, vltra quadrimestre tempus fecit residenciam personalem, obuenciones ipsius ecclesie integre percipiendo, Quapropter vobis vna cum dictis grauatis, quantum possumus supplicamus, quatenus procuratori dictorum grauatorum, presentis portitori, domino Symoni super premissis dei intuitu et nostrarum precum interuentu faciatis fieri iusticie complementum, vt ex defensione eorundem grauatorum sciamus nos cum necesse fuerit ad vos habere refugium speciale, Nos itaque omnia predicta et singula scientes euidencia rei testante sine dubio esse vera, Sigillum terre in premissorum testimonium, presentibus apponi fecimus et annecti, Datum anno domini. M°, C°C°C°. IIII. ydus Julii.

Sigillet borta, remsan qvar.

1435. 1304 d. 24 Juli. Arboga.

Magnus Carlssons Fastebref på det byte, hvarigenom han af Biskop Ysar i Strengnäs erhöll Thegnaby och 80 mark gängse mynt emot sin gård i Eldasund, med tillägg, att Biskopens intill Thegnaby gränsande gård Mundistorps gränser och tillhörigheter derigenom icke rubbas.

A. 2 g.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Magnus karlsson in domino ihesu christo salutem Quoniam ea que rite aguntur, in dubium verti solent et plerumque ab hominum memoria penitus elabi nisi viua voce vel litterarum testimonio sint vallata Notum facimus tam posteris quam modernis quod cum venerabili patre, domino ysaro, Episcopo strengianensi quoddam feci cambium prediorum, videlicet quod recipiens ab eo curiam quam habuit in thiægnaby cum omnibus suis attinencijs, et octoginta marchas denariorum vsualis monete, Curiam quam habui in Eldæsund cum agris, pratis, siluis piscariis et ceteris pertinentibus ad eandem, Eidem reddidi, et tradidi pleno iure, adiecto, quod curie quam adhuc habet idem dominus strengianensis in mundisthorp, que predicte curie thiægnaby est contigua, in metis vel possessionibus aliquatinus non derogetur vnde testes et firmarii, qui wlga-

riter dicuntur fastar hii fuerunt, primo venerabilis pater dominus bryniulphus scarensis, et discretus vir dominus bero longus canonicus eiusdem et Nobiles alii et discreti viri, dominus Magnus marineson et filius eius finwidus, holmgerus vlfsson, sweno olafsson. laurencius dé Eslibý, Thomas sigwidhæ son, Laurencius jonsson Nicholaus de Runxø, Ericus cristiarni, sikir spiælbodher de wanzø henikinus de Arboghæ, Jn Cuius testimonium vna cum sigillis venerabilium patrum dominorum Episcoporum predictorum sigillum meum presentibus est appensum Datum Arbugwm Anno domini, M°, CCC° IIII° in vigilia beati jacobi apostoli.

Sigillen skadade, finnas qvar.

1436. 1304 d. 28 Juli. Alsnö.

Konung Birgers Stadfästelse på ett emellan dess fader, Kon. Magnus samt Upsala Domkyrka skedt jordabyte, sedan Ärkebiskopen nu återlemnat så mycket, som dertill utsedde Män, efter företagen pröfning, funnit att Kronan blifvit lidande på bytet.

A. 7. a.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex vniuersis Presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Cum magnificus Princeps et dominus, Dominus Magnus bone memorie pater noster karissimus, ac venerabilis pater dominus Magnus bone memorie quondam electus ecclesie vpsalensis confirmatus, quandam inter se permutacionem prediorum fecissent, ex parte corone et ecclesie vpsalensis prout in litteris super hoc confectis plene patet, Nos, considerantes in huius prediorum permutacione, coronam aliqualiter esse lesam, Discretis viris, dominis Thýrgillo knuthzsson marskalco nostro, Andree preposito vpsalensi, et Birgero pætersson vplandiarum legifero consiliarijs nostris predilectis, nec non et fideli nostro Cristiarno prefecto stokholmensi, de consensu venerabilis patris, Domini Nicolai diuina miseraçione, nunc Archiepiscopi vpsalensis, dedimus in mandatis, vt ipsi Quod equitatis esset et esse posset in permutacione predicta diligencius inuestigarent et ponderarent, deliberataque referrent, quibus visum est, quod ex parte ecclesie vpsalensis, assignari deberent corone, duodecim ore terre, quas quidem duodecim oras terre, videlicet vnam Marcham terre in stawi parrochie færingiæthunum, et dimidiam Marcham terre in Thorp husæbý broo, Jdem dominus Archiepiscopus vpsalensis, secundûm predictorum virorum assercionem et estimacionem, tradidit et assignauit, Nos igitur supplecionem predictam acceptantes, sepedictam prediorum permutacionem, inter supradictos dominos, patrem nostrum et Magnum electum vpsalensem factam, secundum formam in litteris super hiis confectis contentam, Ratifi-

camus et auctoritate regia confirmamus, Prohibentes, et sub optentu gracie nostre districtius inhibentes, ne quis, dictam ecclesiam vpsalensem vel eius prelatum, pretextu sepedicte permutacionis in aliquo molestare, grauare vel impetere presumat, Prout vindictam regiam voluerit eùitare. Jn premissorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud alsnø, Anno Domini .M°. CCC°. Quarto. Quinto . kalend. Augusti.

Sigillet finnes qvar, men mycket skadadt.

1437. 1304 d. 29 Juli.

Konung Birgers Bref om befrielse för Upsala Domkyrkogods från skatter och utlagor till Kongl. Maj:t och Kronan, med undantag af några vissa fall.

A. 6. a.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque rex, Vniuersis presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam, Quamuis generaliter duximus statuendum, quod nullus incola regni nostri, super exhibicionibus, seu solucionibus quibuscumque, nobis annuatim debitis, liber resideat, vel exemptus, nisi cum dextrario seruierit phalerato, Cum ecclesijs tamen, et earum personis graciam facere volentes ampliorem, predia, possessiones, seu bona omnia, et singula ad fabricam ecclesie vpsalensis, cum villicis, colonis, familijs, et personis ceteris in eisdem bonis commorantibus spectancia, sub nostram recepimus proteccionem, et tutele graciam specialem, Reddentes bona predicta, cum personis vt premissum est, ab omnibus iuribus, et causis regijs, Jnposicionibus, solucionibus, ac exhibicionibus, videlicet, skipuist, lethunxlamæ, spannamalæ, Ættegield, et Thinglamæ, necnon alijs omnibus, et singulis, nomini nostro, vel iuri debitis, libera penitus et exempta, Si vero expedicionem nostram euocari, vel subsidium a toto regno generaliter requiri, seu corone iuriamentum, aut iudicium nostrum infringi, vel quempiam eorum in occultis homicidijs, moordh dictis, aut furtis conuinci contigerit, hoc ad ordinacionem nostram et fiscum regium, volumus specialiter pertinere, Prohibemus igitur firmiter et districte, ne quis predia, seu bona supradicta, vel personas in eis commorantes, contra premissam tuicionem nostram, et libertatem, aliquatenus inpetere, grauare, seu molestare presumat, Sicut graciam nostram diligere voluerit inoffensam, Datum, anno dominj .M°. CCCIIII. Jn festo beati Olaui Regis et martyris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1438. 1304 d. 30 Juli. Närdawi.

Biskopen i Strengnäs Ysaas Stadfästelse på sin företrädares, Biskop Kols utbyte af Biskopstionden från Edsberga socken, till Riseberga kloster, mot en tredjedel i gården Wräk.
A. 3. n.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, ysarus dei gracia Episcopus strængiænensis, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod veris testimonijs. et assertione didicimus fidedigna. Quod venerabilis pater predecessor noster. dominus kol. quondam Episcopus. strængiænensis, cum monasterio Risæbærghum, commutationem quamdam fecerat in hunc modum, videlicet, quod terciam partem totius wræk, cum Piscarijs et ceteris pertinentiis intra sepes et extra recepit, Dando et dimittendo predicto monasterio decimas episcopales de tota parochia, Ezbiærgh, ad vsus suos in perpetuum colligendas, Nos igitur hanc commutationem tam commode vtrique parti et rationabiliter factam. gratam, habemus et ratam decernimus in perpetuum per presentes, Jn cuius testimonium. sigilla. venerabilis patris. Domini Brynylphi, diuina prouidentia skarensis Episcopi. nostrumque. et Capituli nostri presentibus sunt appensa, Datum Nærdhæwi. Anno domini .M°.CCC°IIII°. Tercio kal. Augusti.

Sigillet N:o 1, föga skadadt; af N:o 2 finnes blott ett fragment; N:o 3 är borta, remsan qvar.

1439. 1304 d. 8 Aug Lund.

Johanna, Gudmund Litles enkas gåfvo- och skötesbref på Stamstorp till Lunds Domkyrka, för mässor och årsbegängelse, samt gåfvors utdelande till andeliga och fattiga.
B. 1: 210.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Johanna relicta quondam dominj gudmundi lille. sensu docente ewangelico qui dicit. Vigilate. quia nescitis diem neque horam, diligenter premonita. ne presentis vite exitum, cuius hora et die nichil incertius incaute dormiendo preuenta. penitus obliuiscar ad laudem et gloriam creatoris qui me dignatus est pluribus dotare graciis. omnia bona, mobilia et immobilia que habeo in staffnstorp in parochia næweshøg in bareheret. sana mente et corpore pro salute anime mee. lego secundum leges patrie et consuetudines. scoto et ordino in hunc modum Jn primis volo. quod in exsequiis meis tres misse vna ad summum altare ecclesie beati laurencii Secunda ad altare sancti stephani. tercia ad altare sancti vincencii cum nota celebrentur. Preterea. legatur vna missa ad quodlibet altare in ecclesia memorata. Jn octauo quoque et tricesimo die missa animarum iuxta morem ad summum altare. prout in exsequiis cele-

bretur. Jn vero missis omnibus volo quod oblaciones. de dictorum bonorum redditibus ministrentur Et de oblacionibus huiusmodi. vicarii in choro lundensi percipiant duas oras. reliquum vero inter canonicos qui predictis interfuerint. equaliter diuidatur. Jtem eodem die per totam ciuitatem lundensem debet communiter pro anima mea cum campanis pulsari. Jtem eodem die exsequiarum. de predictis redditibus fratribus predicatoribus vna lagena cereuisie. altera fratribus minoribus. tercia sancti petri monialibus ministrentur Siquid vero remanserit de dictorum bonorum redditibus. pauperibus scolaribus et aliis publice mendicantibus. erogetur. Jnsuper volo. quod animabus patris et matris ac dilecti quondam mariti mei dominj gudmundi in singulis anniuersariis meis due marche denariorum de fabrica lundensis ecclesie deputentur. ad offerendum vero dimidia marcha. Pauperibus scolaribus scolas et chorum frequentantibus. due ore aliis pauperibus publice mendicantibus. due ore Vicariis vero qui vigiliis et misse interfuerint due ore largiantur, Quidquid autem residuum fuerit. inter canonicos siue residentes siue non qui vigiliis et misse interfuerint. equaliter diuidatur. Jtem ministris qui die exequiarum anniuersarii in turri ecclesie predicte. campanas pulsauerint. ora denariorum tribuatur. Jtem volo. vt quicunque pro tempore ordinacionem bonorum mense communis canonicorum habuerit. dicta bona in staffnstorp vt premissum est. habeat ordinanda Ceterum. discretos viros dominos andream prepositum. Johannem decanum. aslonem et petrum dictum holmbo canonicos lundenses omnium rerum mearum mobilium qui post obitum meum in curia mea reperte fuerint erogatores, dispensatores et distributores exnunc facio ordino et constituo volens. ne quis heredum meorum seu quisquam alius se de ipsis aliqualiter intromittat sed ipsi res meas predictas inter familiares meos. erogent dispensent et distribuant. prout in testamento meo seu vltima voluntate fuerit ordinatum Jn quorum omnium euidenciam et certitudinem pleniorem. sigilla dominorum Nicolai magnusson. petri jonæson quondam prefecti. petri filii .N. prefecti. andree de høghby. andree dicti gagge militum. petri vffæson et nicolai tuneson de harabiærgh vna cum meo proprio. presentibus sunt appensa. Actum et datum lundis in communi placito scaniensi Anno domini M°CCC° quarto. die sabbati proxima ante festum beati laurencii martiris *).

Öfverskrift: Svper bonis in staffnsthorp pro aniuersariis domine johanne et mariti sui. dominj gudmundi litle.

*) Vid slutet af brefvet tillägges denna anmärkning: Extat de hac littera vnum vidisse quod ysarnus archiepiscopus E. regi danorum miserit.

1440. 1304 d. 10 Aug. Strengnäs.

Biskopen i Strengnäs Ysars Förordnande, att, emedan Riseberga Kloster årligen uppbär inkomsterna af Edsbergs socken, klostret också bör underhålla en af Biskopen förordnad prestman.

A. 3. n.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, ysarus dei gracia Episcopus strængiænensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos ex relatione fidedigna discretorum plurium veraciter didicisse, Quod Ecclesia Ezblærgh, sub ordinatione et Regimine Sanctimonialium Monasterij de Risabærgh, fuerat ab antiquo. De qua eciam fructus annuatim prouenientes perceperant domine Monasterij supradicti, Quare cum benuolus assensus Prepositi. et Capituli nostri ad hoc accedat quod de cetero jure perpetuo eamdem possideant ecclesiam. Volumus vt ratione eius apud se teneant perpetuum vicarium. per nos et successores nostros Canonice jnstituendum. Cum hoc jure nostro et eorundem successorum nostrorum in alijs omnibus semper saluo, Jn cuius testimonium sigilla. nostrum et Capituli nostri presentibus sunt appensa, Datum Strængiænes, Anno domini .M°. CCC° IIII°. Jn die beati Laurentij.

Sigillen skadade.

1441. 1304 d. 11 Aug. Wexiö.

Amund Bossons Pantförskrifning på sina gods i Lindhult för 25 mark penningar som han lånt af Nils N., med vilkor att återbetala den 1 Nov.

J. 6. 214 v.

Omnibus præsens scriptum cernentibus, Amundus bosson salutem in Domino sempiternam Noverint vniuersi quod bona mea in Lindhult sita, viro discreto Nicolao N. pro viginti quinque marcas [1]) denariorum inpignoraui festo omnium Sanctorum in Ögzryda utique persoluendas [2]), et si prædicto tempore in soluendo defeceram, et prædicta bona mihi et hæredibus meis alieno [3]) et Nicholao et suis hæredibus approprio perpetuo possidendas [4]). In cuius rei evidentiam sigilla discretorum virorum, videlicet Laurentij et Benedicti bosson vna cum proprio præsentibus sunt appensa. Datum wexsio Anno Domini .M. CCC. IIII. die beati Tiburtij martyris etc.

Sigillen, hafva, enligt teckningen, varit borta.

1) *i st. för* marcis. 2) *i st. för* persoluendis. 3) *i st. för* alieno. 4) *i st. för* possidenda.

1442. 1304 d. 15 Aug. Skara.

Håkan Brynolfssons Bytesbref, hvarigenom han till Nils Kettilsson afstår sina gods i Fallunge emot hans gods i Göthene.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, HAQUINUS BRYNIULFSON, salutem in domino. Notum facio per presentes, Me commutacionem prediorum fecisse cum domino nicolao kiætilsson. per hunc modum. videlicet, quod dedi sibi omnia predia mea in fallungi, cum omnibus eorum pertinenciis, intra sepes et extra, recipiens ab eo omnia predia sua in gøtene, cum omnibus suis pertinenciis, intra sepes et extra, sicut superius est expressum. Jn huius igitur testimonium, sigilla, venerabilis patris, domini mej, scarensis, Magistri benedicti, haraldi, bryniulfson. fratris mei. martini cristinæson, vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. Datum scaris. anno domini. M° CCC° IIII°. in die assumpcionis beate virginis.

Sigillen N:o 1, 3, 4, 5 obetydligt skadade; N:o 2 bortfallet.

1443. 1304 d. 19 Aug. Upsala.

Borgmästare och Råds i Upsala Intyg, att Olaus Dabbæ inför dem erkänt, att han, för att godtgöra sina många förbrytelser mot Ärkebiskop Nils, till honom öfverlemnat och upplåtit sin gård i Upsala, den han ärft efter sin fader Mårten Långeben.

A. 8. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis, PREFECTUS et CONSULES ciuitatis vpsalensis salutem in domino Tenore presencium facimus manifestum, Quod in nostra presencia propter hoc personaliter constitutus Dominus Olauuus dictus dabbæ, curiam suam totam quam vpsalie hereditauerat post patrem suum Martinum langæben, pro suis multis forefactis et excessibus in quibus se contra uenerabilem patrem dominum Nicolaum dei gracia Archiepiscopum vpsalensem multipliciter deliquisse fuit confessus coram nobis, ipsam sicut erat in tres partes diuisa sine omni excepcione dicta afnemning, dicto domino Nicolao emendauit et assignauit pleno iure adhibitis super hoc firmariis dictis fastum secundum patrie leges et consuetudinem approbatam, Jn cuius rei testimonium ad instanciam et peticionem dicti dominj Olaui sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini M° CCC° IIII:to die mercurii proxima post assumpcionem virginis gloriose.

Sigillet betydligt skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1444.

1444. 1304 d. 29 Aug. Linköping.

Kaniken i Linköping WINOLD BENGTSSONS skuldebref på 14 mark penningar till Linköpings Domkyrka, att af honom betalas vid återkomsten, efter afslutade studier, eller, om han utomlands dog, af hans arfvingar återgäldas.

B. 3: 81.

Nouerint vniuersi quod Ego WINOLDUS BENEDICTI canonicus lincopensis teneor et fateor Me veraciter obligatum ecclesie lincopensi XIIII marcas denariorum monete nunc currentis racione curie canonicalis prebende mee quam ab ipsa ecclesia comparaui sibi integraliter persoluendas cum de studio per dei graciam fuero reuersus uel per heredes meos si in extraneis partibus decedere me contingat Datum lincopie anno domini MCCC quarto sabbato proximo post bartholomei sub sigillo meo presentibus apposito inpendenti.

1445. 1304 d. 8 Sept.

PETER LIQVIDSSONS Gåfvobref på sitt gods Allensboda i Åsby socken till Domprosten Wimund i Linköping, med full rättighet, att efter godtycko derom anordna.

B. 3: 166.

Omnibus presens scriptum cernentibus PETRUS LIQUIDZSON salutem in domino sempiternam. Tenore presentis constare volo euidenter Me predium meum in allensbodhum in parrochia asby situm. discreto viro. domino W. preposito lincopensi sibi et heredibus suis assignasse perpetuo possidendum Dans ipsi domino wimundo plenam et liberam facultatem dictum predium vendendi commutandi seu quocunque modo voluerit ordinandi pro sue libito voluntatis Jn cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum anno domini Millesimo CCC:mo quarto jn natiuitate beate Marie. virginis gloriose.

1446. 1304 d. 14 Nov. Eskilstuna.

MAGNUS CARLSSONS Intyg, att han af Biskopen i Strengnäs erhållit full betalning i och för utbytet af gården Thegnaby mot Eldasund, hvarjemte han för 40 mark penningar pantsätter Thegnaby, för hvilket, om det ej inom nästa Michaelidag återlöstes, gode män skulle bestämma hvad derföre ytterligare af Biskopen borde betalas.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, MAGNUS KARLSSON, salutem in domino sempiternam, Recognosco per presentes me de commutatione Curia-

rum Thiæghnæbÿ, et Eldæswnd, solutum et pagatum a venerabili patre domino strængiænensi, et dimitto eum liberum et quittatum, jmpignorans eidem domino strengenensi Thiæghnæbÿ, Curiam supradictam pro quatraginta Marchis denar. vsualis monete. jta tamen quod si eamdem Curiam non redemero in festo Michaelis proximo nunc instante. ipse dominus strengenensis et Ego. relinquemus arbitrio discretorum virorum per nos eligendorum quantum debeat ad illas Quadraginta Marchas denariorum addere sepedictus dominus strængenensis, vt sibi venditionis titulo ipsa Curia acquiratur, jn cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum Eskilstunum, Anno domini .M°. CCC° IIII°. in sabbato infra Octauam beati Martini.

Sigillet borta, jemte den ur brefvet klippta remsan.

1447. 1304 d. 14 Dec.

Riks-Marsken Thorkel Knutssons och Lagmannen i Wermland Knuts pantförskrifning af sina gods Rölösa och Långhem i Westergöthland för 100 mark lödig, som de låntagit af Biskop Ysar och Domkyrkan i Strengnäs.

A. 7. a.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Th, knuzson illustris Regis swecie marscalcus, et kanutus legifer vermalandie, salutem in domino, sempiternam. Tenore presencium recognoscimus nos mutuo recepisse a venerabili patre domino ysaro dei gracia episcopo et ecclesia sua strengenensi centum marchas puri et examinati argenti, pro qua quidem argenti summa nos Thurgillus curiam nostram Røløsa parochie swenaby in vazbo vestgocie, Ego kanutus curiam meam langeem parochie langeem in vestgocia cum omnibus et singulis ad curias predictas spectantibus inpignoramus et in pignus ponimus tali condicione adiecta, quod si supradicta bona per nos aut nostros heredes infra diem et annum a vigilia natalis dominj proximo numerandum, resoluta non fuerint, extunc potestatem et aucto . . . . em plenariam habeat dictus dominus ysarus episcopus strengenensis curias predictas resoluendi et argen . . . radictum in vsus debitos et deputatos conuertendi et de ipsis curiis postmodum ordinandi, prout . . . . . tati. Jn cujus rei testimonium siggilla nostra presentibus duximus apponenda . . . . . M°,CCC°,IIII. in Crastino beate lucie virginis.

Obligacio facta ecclesie strengnensis super quodam mutuo .s. bonis in vesgocia.

Nedre kanten af fukt skadad och sigillen, tillika med de ur brefvet klippta remsorna, bortfallna.

1448. 1304 d. 26 Dec.

Prestmännen Haralds i Linneryd, Sigmunds i Sandsjö och öfriga egares af Holkaryd erkännande af Nydala klosters rättighet till en angränsande skog, mot förbehåll af sin gamla rätt till jagt och bifångst.

A. 3. x.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris, HARALDUS sacerdos de lindirydh, SIGMUNDUS Sacerdos de sanzsio ceterique possessores ville de. Holkaryþ salutem et cognoscere veritatem, Quamuis per nos aliquando questio mota fuisset, aduersus discretos viros, monachos noue vallis de silua, jacente ad meridiem a via que ducit directe a monasterio vsque ad pontem wlgariter dictum liuwubro, jnde directe per ductum riuuli, vsque ad stagnum dictum Rosk, Consideratis tamen omnibus que fidem possent facere premissorum Testimoniis eciam seniorum super hoc diligenter examinatis, recognoscimus, quod predicta silua, a fundacione domus monachorum fuerat possessio semper pacifica et quieta, licet venaciones apum et animalium, cum vtilitatibus wlgariter dictis afgærþabyagilzli nobis in eadem silua nunquam fuerint denegate, Quibus eciam juribus amodo contenti, omnibus aliis renunciamus nomine nostri et heredum nostrorum per presentes, jn cuius rei testimonium sigilla discretorum virorum, domini, M, legiferi wærandie Hæmingi ysacson vna cum nostris presentibus sunt appensa, Datum, die beati stephani anno supradicto, videlicet M°CCC°IIII°.

Sigillen bortfallna; en remsa qvar.

1449. 1304 d. 28 Dec.

Fru Cecilia, Gustaf Ingeborgssons enkas Gåfvobref på Lökestad till Riseberga kloster, med vilkor att få återlösa denna gård inom bestämd tid, eller om detta uraktlåtes, få i sin lifstid förvalta densamma.

A. 3. n.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris uel audituris notifico quod Ego CECILIA relicta condam Domini gøstani Jngiburgis. Sana mente pariter et corpore Curiam meam in løkestadhum cum omnibus suis attinencijs claustro sanctimonialium in Risæberghum vbi mihi cum predilecto condam marito meo suprascripto sepulturam eligo pro anima patris mei et anima Dicti mariti mei et pro anima mea racione testamenti allego et confero perpetuis temporibus possidendam. tali tamen condicione preambula quod si dictam curiam pro nouies viginti marchis dum adhuc vixero mihi redimere vel precium pro eadem exhibere voluero partim in pecunia numerata et partim in alijs predijs per me vel heredes meos post me persoluendum pro-

prii sit arbitrii. Si uero curiam memoratam in vita mea redimere uel pro eadem ut supradixi precium exhibere noluero aliqua parte precij ad presens soluta. aliqua uero superstite pro tempore persoluenda. sepedicta Curia cum suis attinencijs ipso claustro in perpetuum possessorie sit annexa. Jta tamen quod meo regimini quamdiu vixero subdatur curia memorata. Quicunque autem cuiuscunque condicionis homo fuerit qui hanc meam donacionem infringere seu irritare voluerit. Jndignacionem dei omnipotentis et beate matris sue marie et omnium sanctorum se nouerit incursurum. Datum anno Domini M°. C°C°C° quarto Jn die sanctorum innocencium.

Sigillet, något nött, hänger på röda silkestrådar.

1450. 1304 d. 30 Dec. Nyköping.

Konung Birgers Stadfästelse på den i Konungens och Riks-Marskens närvaro af ädlingarne Bengt och Magnus; Lars Bobergs söner, samt Algot Jonsson gjorda upplåtelse af Qvadowi och Ekeby, hvilka förbemälte Lars Boberg gifvit med sin dotter Rangfrid till Wårfruberga kloster.

A. 3. k *).

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex. Omnibus presentes litteras jnspecturis, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus euidenter quod in presencia nostra dilectique marscalci nostri dominj Thyrgilli knuzson, nobiles juuenes benedictus et magnus filij dominj laurencij bobiergh necnon et dominus algotus jonson donacionem quamdam videlicet vnam marcham terre jn villa quadhowj parochie hosto. et vnam marcham terre cum duobus solidis in villa Ekeby parochie Rytræ quam dominus laurencius dictus bobiergh cum filia sua rangfridi contulit monasterio sanctimonialium in monte beate virginis dyocesis strengenensis ex mera eorum voluntate cum agris pratis pascuis siluis piscariis molendinis seu molendinorum locis ad terras predictas juste spectantibus dicto monasterio assignasse perpetuo possidendam. Nos igitur donacionem huiusmodi rite et legittime factam tenore presencium ratificamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Prohibentes firmiter et districte, ne quis, sanctimoniales predicti monasterij, super prediis predictis, molestare, grauare, vel aliquatenus inpetere presumat sicut graciam nostram diligere voluerit inoffensam. Datum nycopie anno dominj M°, CCC°, IIII. Jn Crastino beatj Thome archiepiscopi Cantuariensis. sub sigillo nostro dilecti marscalci nostri et dominj algotj jonson.

På frånsidan af en bland B. Styrbjörns vidimationer: littera super kadhawi parochie hosta.

Sigillen, eburu insydda i tyg, söndriga.

*) Finnes äfven i 2:ne af Biskop Styrbiörn i Strengnäs vidimerade afskrifter, den ena af år 1311, den andra af år 1328; och i en af Hertig Erik vidimerad afskrift af d. 29 Apr. 1311.

1450 *a*). Öfversättning. Nyköping.

A. 3. k. *).

Wi BIRGHER med gudhz nadh swerikis ok götha konungher helsom alla the thetta breff see ælla höra æwerdherlika med gudhi Ok kongörum wi thet allom opinbara med tesso waro incigladho breffwe at j waro närwaru oc wars marks herra tyrgiils knutsson komo ärlighe oc welborne vnge men som waro benedictus oc magnus herra laurencii boberghx som oc herra algot jonson holke som fore os thet witnadho, at warefrwbergha clöstre oc renlifwes jomfrwar ther sama staz atto thessom jordha guoz, som först är I marklandh jordh j kedhawi j hosta sokn Oc I markland jordh oc II örtoghlandh i ekeby j rytra sokn, holkit jordha gooz theris fadher herra laurencius bobergh gaff in med synne dotter ramfridhe warefrwbergha clöstre med synna sönir wilia oc samtikkio til äwerdherlika ägo, oc hons sönir som här förra screfne ära, the thet fornempda jordha gooz j waro oc waarz marskz, warefrwbergha clöstre thet stadhfesto til äwerdherlika ägho med akrom ok ängiom fämarkom oc skoghum fiskewattnom oc quernom oc qwernastadhum, Ok fore then skul wi birgher konungher j swerike ransakat hafwm thessa gafwonar skelika oc lagligha gifna waro thy stadfestom wi clöstreno fornempda jordha goz med thesso waro incigladho brefwe oc i wara heghn taghum oc forbiudhom fullirligha ok starklika at engin man heer epttir til dirfwis at hindra dröfwa älla tingia fornempda clöstre ällas jomfrwar offwar tesso fornempda goze swa framth at han ey wili hafwa wara wredhe Datum nykopie anno dominj M° CCC° quarto.

1451. 1304 d. 30 Dec. Normalösa.

RAGNVALD MAGNUSSONS Förpantningsbref på jord i Wreta inom Stens socken till Biskop Lars i Linköping för 36 mark gängse mynt, med vilkor, att om den ej inom den 29 nästkommande Juni återlöstes, skulle den tillhöra Biskopen, hvarjemte betygas att Biskopen förut af honom köpt jord i Ekeby.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis. RANGUALDUS MAGNUSSON, de byarghusom. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium Constare volo euidenter, Me venerabili patri. Domino. Laurencio dei gracia Episcopo lincopensi vnum octonarium in wretum in parochia sten. pro XXXVI, marchis denariorum vsualis monete vsque ad festum beatorum apostolorum petri

*) Ur en af Biskop Styrbjörn i Strengnäs utgifven, odaterad vidimation på papper.

et pauli inpignorasse, tali adiecta condicione, quod si dictus octonarius per me tempore prenotato resolutus fuerit. mihi meisque heredibus cedat. si autem resolutus non fuerit extunc predictus octonarius. dicto domino lincopensi cedat perpetuo possidendus, Ceterum recognosco. dictum dominum lincopensem vnum dimidium octonarium in ekeby prius a me habuisse titulo empcionis, vnde quia ad presens sigillum proprium non habui. sigillum predicti domini lincopensis, vna cum sigillis discretorum virorum. videlicet. Domini beronis canonici. Domini thorkilli prepositi de normaløso, Domini petri de fornusum, Domini øhini curati de husby, haraldi laurensson presentibus peto apponi. Datum normaløso anno domini .M°. CCC° IIII°, sexta die natiuitatis dominj.

Sigillen N:o 1 och 6 bortfallna; 2 och 3 skadade; 4 och 5 fullständiga, andeliga.

1452. 1305 d. 5 Jan. Leckö.

Tholve Petrassons testamentariska anordning till kloster, kyrkor och prester, samt serskildt för sin grafplats i Gudhems kloster, för hvilka utbetalningar pantsättes gården Äng i Eds socken, samt till hans skulders betalning en fastighet i Ransberg och en qvarn i Tjærnakil.

A. 3.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego THOLUO PÆTÆRSSON. sanus mente et corpore, de bonis temporalibus mihi a deo concessis anime mee cupiens salubriter prouidere. anno domini. M°CCC°V°. jn vigilia epiphanie. domini. constitutus in presencia venerabilis patris, domini mei brỳniulphi dei gracia scarensis episcopi, presentibus discretis viris, Domino benedicto alguzson, Magistro benedicto et domino martino canonicis scaris, ac heredibus meis, haraldo brỳniulfson genero meo et johanne filio meo presentibus et consencientibus, testamentum meum lego et ordino in hunc modum. videlicet claustro in guðem vbi sepulturam eligo, do et lego quatraginta marchas monete vsualis. pro quibus .XL. marcis medietatem prediorum meorum in æng in eðzsokn, obligo persoluendis. Jtem do et lego ecclesie beate virginis scaris ad fabricam, viginti marchas. fratribus predicatoribus scaris tres marchas. minoribus ibidem tres marchas. predicatoribus loðosie tres marchas. Jtem cuilibet ecclesie scaris vnam marcham. Jtem ecclesie in frøial, predia valencia decem marchas monete currentis. sacerdoti ibidem, marcham. Jtem sacerdoti et ecclesie in kiðem marcham. Jtem sacerdoti et ecclesie in flo, marcham. Jtem sacerdoti et ecclesie in østæna. marcham. Jtem sacerdoti in eðe et ecclesie marcham. Jtem sacerdoti et ecclesie in salæbỳ marcham. Jtem sacerdoti jn markom et ecclesie marcam.

Jtem sacerdoti et ecclesie in sørbÿ marcham. pro quibus omnibus soluendis, obligo aliam medietatem prediorum meorum in æng in parokia eðe, predictorum. Pro debitis vero meis integraliter persoluendis, obligo coloniam meam in ransbiærg, et molendinum in tiærnækil, cum fundo prope idem molendinum sito, qui importat quolibet anno tria talenta butiri racione pensionis. hoc expresso, quod heredes mei predicta bona omnia, tam in æng, quam in ransbiarg, et tiærnækil, a die obitus mei, resoluere teneantur si velint, infra annum. quod si non fecerint, Domini, sigualdus canonicus scarensis, et laurencius de thÿngvallum, plenariam potestatem habeant dicta bona vendendi, et de precio testamentum integraliter persoluendi, quia ipsos exequtores constituo testamenti. siquid vero soluto testamento de precio residuum fuerit, ipsum residuum heredibus meis recommittant. Jn premissorum igitur testimonium et euidenciam pleniorem, sigilla predictorum, domini scarensis, domini benedicti alguz son, magistri benedicti, domini martini, domine margarete vxoris mee, et haraldi brÿniulfsson generi mei, vna cum meo proprio, presentibus sunt appensa. Datum et actum lækkiu. anno et die supradictis.

På frånsidan: Super ængh in edz sockn testamentum domini tholuonis.

Sigillen N:o 1, 6 hela, N:o 2, 4, 5, 7 sönderfallna, N:o 3 borta.

1453. 1305 d. 6 Jan.

Konung Birgers Intyg, att Konungen icke genom köp af del i Skällviks gård har eller tillegnar sig någon rätt öfver den delen af öarne Jursö, Askö, Yxnö och Mar, som Biskopen i Linköping äger, derigenom att de vid nämnde gårds försäljning undantogos.

B. 3. 55: v.

Birgherus dei gracia sweorum gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter Nos partem quam possidet venerabilis pater dominus episcopus lincopensis. jn insulis infrascriptis videlicet jursø. askø. yxnø et mar. cum curia dicta skyaldawiik. quam cum suis attinenciis de eodem domino episcopo emimus minime habuisse Vnde nec proprietatem in hiis nobis aliquam vendicamus eo quod exempte fuerunt ecclesie insule in empcione curie memorate Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum anno domini Millesimo CCC.V. jn die epÿphanie dominj.

1454. 1305 d. 18 Jan. Upsala.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Allessons testamentariska anordning till kyrkor och kloster, till följe hvaraf griftplats köpes i Upsala, och till B. Nicolai kapell anslås ett markland i Helgö i Frösunda socken, och ½ markland i Hof i Rasho socken.

A. 2.

Jn Nomine Patris et filij, et spiritus sancti Amen, Cum testante apostolo, statutum sit hominibus semel mori, nec quisquam sit hominum, qui viuat, et non videat mortem, Cunctis quoque mortalibus, dies et hora mortis sint incerta, Jdcirco Nos Nicolaus dei gracia archiepiscopus vpsalensis, exitum nostrum de hoc mundo volentes salutaribus ordinacionibus, ob anime nostre remedium prouide prouidere, Jn nostra vpsalensi ecclesia, nostri corporis eligimus sepulturam, Cui pro edificio suo conferimus et assignamus, Quadraginta marchas denariorum, Ad Capellam Beati Nicolai, conferimus vnam marcham terre, in helghø, parochia frøsundi, volentes vt de pensione exinde proueniente, Cappellano de beato Nicolao missas facienti singulis septimanis in anno aliqualiter respondeatur, Jtem ad Capellam eandem conferimus dimidiam marcham terre, in hwff, parochia Resbohunderi, volentes vt de pensione exinde proueniente, scolares paruuli assistentes Cappellano in missa respiciantur, Desiderantes eciam sanctarum congregacionum suffragijs, apud omnipotentem iudicem specialiter adiuuari, Religiosis conuentibus, et pijs locis nostre dyocesis de bonis a deo nobis, et nostre dispensacioni, creditis et concessis, elimosinas pias duximus conferendas, Jn primis Fratribus nostre dyocesis, de ordine minorum. duodecim marchas denariorum, Fratribus predicatoribus, Duodecim. marchas. denar., Jtem sororibus monasterij sancte Clare stokholmis, Tres. marchas. denariorum Domuj dei ibidem. duas. marchas. denariorum. Jtem dominabus in sko. sex. marchas. denar. Jtem hospitali Enicopensi, sex. marchas. denar. Jtem Ecclesie Beate virginis vpsalie sex. marchas. denar., Presbitero vnam. marcham. denar. Jtem ecclesie sancti Petri, duas. marchas. denar. Presbitero, vnam. marcham. denar. Jtem ecclesie sancte Trinitatis, Quatuor. marchas. denar. presbitero vnam. marcham. denar., Jtem domui dei vpsalie, sex. marchas. denar., Jtem ecclesijs Bro et laza. Quatuor. marchas. denar. presbitero earum vnam. marcham. denar. Jtem ecclesie symbatunum Tres. marchas. denar. presbitero, vnam. marcham. denar., Jtem ecclesie Damarchum sex. marchas. denar. presbitero vnam. marcham. denar., Jtem ecclesijs antique vpsalie, Lenum, Akri in Tunum, Munzø, giristum, græn, Egby, Ecclesijs sanctorum Petri, et Olaui siktonie, Alseki, et Nes, Cuilibet ecclesie, vnam. marcham. denar., et aliam presbitero. Jtem ad cappellam beati Erici, ab ecclesia maiori separatam, Quadraginta marchas denariorum, Ad prosequendum et perficiendum premissam nostram voluntatem

luntatem, exequtores ordinamus, et deputamus, Discretos viros, Magistrum Andream, prepositum, et Dominos laurencium decanum, et Beronem Canonicum nostre ecclesie vpsalensis, Transferentes in ipsos exnunc auctoritatem et potestatem bonorum nostre dispensacioni a deo creditorum, quantum opus fuerit, ad premissa totaliter adimplenda, Premisse autem nostre ordinacioni presentes fuerunt, ad hoc specialiter vocati, Domini Mathias, Nicolaus marci, Nicolaus scolasticus, Bero, et Johannes Magnj, nostre vpsalensis ecclesie Canonici, et Joarus noster Cappellanus, Jn horum euidenciam pleniorem, sigillum nostrum, et predictorum Canonicorum sigilla, presentibus sunt appensa Actum vpsalie, Anno dominj Millesimo Trecentesimo Quinto. Quintodecimo kalend. februarij.

Sigillen N:o 1, 3—6 mer eller mindre skadade, N:o 2 fullständigt.

1455. 1305 d. 31 Jan. Hyringsholm.

Jon Jonsson Litles Skrifvelse till Ärkebiskopen Ysar i Lund, om förenande af Wäsby församling, till hvilken han jemte Ärkebiskopen egde jus patronatus, med en prebenda.

B. 1: 131.

Reuerendo in christo patri ac domino. domino Jsarno diuina miseracione lundensi archiepiscopo suecie primati. Joon joonson dictus litle Salutem et semper paratam ad ipsius beneplacita voluntatem. Honorabilium virorum dominorum canonicorum lundensium. qui sicut in dignitate precellunt aliarum ecclesiarum regni dacie canonicos et honore. jta eciam non indigne, diuiciis et rerum habundancia precellere tenerentur. defectibus non immerito compacientes. feruoremque dilectionis. quem ad vos pater reuerende ac sanctam lundensem ecclesiam semper in mente habuimus et habemus volentes quomodo possumus demonstrare. paternitati vestre tenore presencium intimamus. quod nos. non coacti nec decepti sed libere et sponte. nostram vōluntatem admittimus et consensum vt ecclesiam wæsby vestre diocesis. curam animarum habentem in qua nobis vna vobiscum jus competit patronatus. prebende discreti viri dominj Gwidonis de hallandia. lundensis canonici. jllustris regis dominj nostri regis danorum capellam quam in dicta vestra lundensi ecclesia obtinet cum sit multum tenuis et exilis. quando vobis placuerit. annectere poteritis perpetuo et vnire. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum hyringsholm anno dominj MCCC quinto. Dominica proxima ante purificacionem beate virginis marie.

Öfverskrift: Consensus jus patronatus habencium in dicta ecclesia (Wæsby) pro hac annexione. Littera prima.

1456. 1303 d. 5 Febr.

Fru Margaretas, Knut Eriksons Enkas och Ingeborgs, Johan Engels Frus intyg, att deras aflidna moder Ingeborg, som valt sig grafplats i Sko kloster, dit gifvit sin gård Säby i Westmanland jemte jord i Asby i Rytterne socken, samt i Hestbrunna och i Sura.

A. 3. b.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus, Margareta relicta domini kanuti ericsson nec non et Ingiburgis vxor domini Johannis dicti angeli salutem in domino sempiternam, suboriri solet gestis hominum sepe calumpnia si non eis suffragatur vox testium, uel litterarum memoria prebeat firmamentum Jd circo notum sit tam presentibus quam futuris dilectam matrem nostram Jngiburgim felicis recordacionis contulisse monasterio sko ubi sibi elegit sepulturam curiam suam sæby in vestmanneland duos solidos terre in asby parochya rytru, dimidiam oram terre in hestbrunnum, quatuor denarios terre in surum cum agris, pratis, siluis, aquis, et ceteris omnibus bonis mobilibus et inmobilibus ad dicta predia pertinentibus iure perpetuo possidenda, Jn cuius rei testimonium presenti pagine sigilla nostra duximus apponenda Datum anno, domini, M°, CCC° quinto, in die beate agathe virginis gloriose.

På frånsidan: Super angelum.

Sigillen skadade.

1457. 1305 d. 6 Mars.

Gardianen Olofs och brödernas i Stockholm Salubref till S:t Clara kloster på hälften af en gård, som Thomas Faber gifvit dem i testamente.

E. 23: 50.

Universis præsentes litteras visuris vel audituris, Frater Olaws Gardianus, cæterique fratres domus Stokholm. salutem in domino sempiternam. Universitati vestræ tenore præsentium significamus, quod nos medietatem curiæ, quam nobis Thomas dictus Faber in suo testamento donaverat, cum omnibus ad nos in dicta medietate prædictæ curiæ pertinentibus, sororibus ad sanctam Claram pro justo precio relinquimus, et totaliter assignamus. In cuius testimonium sigillum domus nostræ præsentibus est appensum. Scriptum Anno Domini .M°.CCC°.V°. sabbato proximo ante Dominicam XL^am.

Sigillet har, enligt teckningen under afskriften, varit bortfallet.

1458. 1305 d. 8 Mars. Tönsberg.

Grefve Jakobs af Halland Gåfvo- och Skötesbref på dess Grefskap till Konungen i Norrige, för det bistånd han erhållit till Grefskapets försvar.

L. f. 68 *).

Omnibus presens scriptum cernentibus Jacobus Dei gracia comes hallandie, salutem in domino sempiternam. Recognoscentes magnifica et qvam plurima beneficia Excellentissimorum principum dominorum nostrorum videlicet bone memorie qvondam regis Erici et Haqvini nunc regnantis consangvineorum nostrorum carissimorum nobis et nostris sæpius exhibita tam in comitatu nostro et terris contra regem Dacie et suis cum excercitu et magnis sumtibus defensandis in castris hunæ hals et Vardberg construendis et vexacionibus proprie persone et suorum, non absqve magnis periculis et expensis pluries ad placitandum pro nobis dicto Regi Dacie occurendo, qvam in prompta pecunia sub nostra fidejussione, dua millia marcharum sterlingarum dicto Domino Suderjuciæ et alia nobis dona pluries concedendo et alias multimode in nostris necessitatibus et angustiis succurrendo. Nos in recompensacionem prædictorum beneficiorum et potissime qvia contra instantem castrorum nostrorum, a dicto domino rege Dacie impugnacionem et comitatus invasionem non sufficimus propriis viribus resistere et castra eadem ac homines in eisdem existentes liberare, tradimus pleno jure dicto domino nostro regi Norvegie illustri, dictum comitatum nostrum Halland cum castris, prædiis, possessionibus, molendinis, silvis piscariis, portubus, colonis, juribus et pertinenciis qvibuscunqve et proprietatem omnium prædictorum in dictum dominum nostrum regem Norvegie et suos successores ad coronam regni Norvegie perpetuo transferendo, et in signum tradite possessionis scotavimus eidem domino regi dictum comitatum secundum consvetudinem approbatam, volentes, ut deinceps dictus comitatus nominis ejusdem, castra prædia et omnia supra dicta teneantur, possideantur et regantur. Promittimus insuper bona fide et per solempnem stipulacionem nos omnia et singula supradicta fideliter servaturos nec unqvam venire contra ista verbo vel facto, per nos, hæredes nostros vel interpositam personam de jure vel de facto, submittentes nos et infantes nostros gracie dicti domini Regis, ut si dictum comitatum sibi et regni Norvegie per placitacionem vel aliomodo possit retinere, nos et liberos nostros respicere velit prout exitus huius guerre feliciorem vel graviorem eventum sortietur et prout sex Norici meliores de regno, qvos ad hoc elegerimus secundum deum et consciencias suas, si dicto domino Regi interim contingat humanitus, recompensacionem

*) Ur en af Biskoparne Erland och Arne samt Domkapitlet i Bergen d. 11 Mars 1306 bestyrkt afskrift.

pro dicto comitatu decreverint faciendam sicut coram summo judice voluerint respondere. Verum si dictus Dominus noster Rex Norvegie predicta duo millia marcharum cum fructibus dampnis expensis et interesse a sæpe dicto domino duce sudrjucie plenarie fuerit consecutus omnino erimus et esse volumus a supradicta fidejussoria obligacione liberati. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Tunsberghis die lune proxima ante festum beati Gregorii Pape anno domini MCCC.V.

1459. 1305 d. 28 Mars. Strengnäs.

Konung Birgers öppna Bref, med förnyade privilegier för Presterskapet.

A. 7. a. *).

Birgerus [1]) dei gracia sweorum gothorumque Rex Omnibus presentes litteras jnspecturis, Salutem in domino sempiternam [2]) Quamuis creatura noh habeat &c. *Se föregående N:o* 1420, *till* Si vero contingat aliquos inhabitare predia ecclesiastica in parte et in parte predia [3]) propria vel alterius persone priuate [4]), jta videlicet quod huiusmodi prediorum [5]) partes sint equales, pro rata prediorum [6]) que tenent ab ecclesia, ecclesiasticis personis [7]), pro rata vero prediorum propriorum, aut [8]) alterius priuate persone respondeant regi, Quod si ultra medietatem in predijs ab ecclesia tenuerint [9]), exhibiciones omnes vt dictum est, integraliter de omnibus predijs que inhabitant personis ecclesiasticis soluant Si vero [10]) minus de predijs ecclesiasticis, et plus de proprijs aut priuatis tenuerint, tunc Regi qui pro tempore fuerit, se in omnibus recognoscant et intelligant debitores Jn cuius nostre concessionis testimonium et [11]) euidenciam pleniorem, sigillum nostrum maius presentibus duximus apponendum [12]), Actum et datum apud strengienes [13]), Anno domini M°. CCC° quinto, dominica letare ierusalem.

Sigillet bortfallet.

*) Ett annat Original, det vid N:o 1420 åberopade N:o 2, hvarifrån Sigillet bortfallit, men remsan är qvar, finnes med här nedanföre anförda olikheter.

1) Byrgerus 2) jn domino graciam dileccionem et salutem, 3) predia *utesl.* 4) priuate persone 5) bonorum 6) bonorum 7) teneantur personis ecclesiasticis respondere de iuribus et causis omnibus supradictis *tillsatt.* 8) uel 9—10) personis ecclesiasticis exhibiciones omnes de predijs omnibus que inhabitant integraliter vt dictum est soluant, si autem 11) testimonium et *utesl.* 12) est appensum 13) strengyanæs.

1460. 1305 d. 29 Mars.

Konung Birgers vidimation och stadfästelse på Konung Magnus I:s gåfvobref på Sigarsö till Biskopen i Strengnäs.

A. 3. g.

Birgerus dei gracia sweorum Gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter Nos vidisse ac diligenter perspexisse, litteras infrascriptas, non Rasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte, viciatas, quarum per omnia tenor talis erat, Vniuersis christi fidelibus &c. *Se föregående N:o* 645. Nos vero dictam donacionem Ratam et gratam habere uolentes, Prohibemus firmiter et districte Nequis jpsam, infringere, cassare uel irritare presumat, sed in suo permaneat robore perpetuo duratura, Datum apud strangiænæs anno domini Millesimo Trescentesimo quinto, quarto kalend. Aprilis.

På frånsidan: De aquisicione curie sigharsø in nerichia continet vtraque littera.

Sigillet skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1461. 1305 d. 5 April.

Magnus Nilssons tillkännagifvande, att han vid sin systers, Ingegerds inträde i Risaberga kloster, med närmaste slägtingars samtycke, gifvit henne sin och sina syskons i möderne ärfda gård, Sundby, till prebenda.

A. 3. n.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Magnus Niclæsson, salutem in domino sempiternam, Quoniam ea que rite aguntur in dubium verti solent. et plerumque ab hominum memoria penitus elabi, nisi viue vocis vel litterarum testimonio perhennentur, Tenore presencium notifico, quod die lune proxima post dominicam passionis qua dilecta soror mea ingigiærdis in monasterio Risæbergh, ad ordinem beati benedicti recepta est. Curiam Sundby, que nos omnes fratres et sorores carnales. ex parte matris hereditarie contingerat prout consensus nostri omnium. propinquorum que et amicorum nostrorum affuit. eidem sororj nostre assignauimus pro prebenda, Transferentes in abbatissam loci. et Conuentum ibidem. plenum jus possessionis. et proprietatis. eamdem Curiam, cum Siluis. Pascuis. Piscarijs. jnsulis. ceteris que pertinencijs intra sepes et extra. in perpetuum possidendi. vendendi. transmutandi. seu quouis alio modo alienandi. et prout placuerit ordinandi. Jn cuius testimonium sigillum venerabilis patris domini ysari Episcopi strængiænensis, Et sigilla. domini Philippi jngiwaldsson, legiferi swdhermannie, et

domini johannis prepositi strengiænensis, et meum proprium. aliorumque discretorum presentibus sunt appensa, Datum Anno domini. Millesimo. CCC°V°. die Lune proxima post dominicam Passionis.

Sigillen: N:o 1, 2, 5 och 6 bortfallna, remsorna qvar; N:o 3 och 4 skadade.

1462. 1305 d. 11—17 Apr.

Arnold Eskilssons Bytesbref på den af hans hustru Helena, i utbyte mot Kolstad, erhållna gården Wreta, som femnas Skenninge Nunnekloster mot Helleby och 120 mark penningar, med hvilka hans testamente till en del blifvit utbetaldt till Predikarebröderne dersammastädes.

A. 3. s.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Arnulphus Escilsson, Jn domino salutem, Nouerint vniuersi me a dilecta vxore mea Elena, de suo beneplacito et assensu curiam, que sibi attinebat in Wretum, cum omnibus suis attinencijs, pro curia mea in Culstadhum emisse seruatis per omnia legibus terre, et presentibus testibus veredicis domino thorchillo preposito de normæløsæ, waldemaro, et folkwido de faldinge, qui fuerunt in predicta empcione festæ et køpæ, ac alijs pluribus fidedignis, Dictam vero curiam in wretum tam legittime ab ipsa vxore mea emptam cum omnibus attinencijs vendidi sororibus skyæningie, pro bonis, que habebant in hellæby et Centum viginti Marchis vsualis monete, de quibus, fratribus skyæningie meum in parte solui testamentum, presentibus festum et køpum, ac testibus supradictis, Ne jgitur per aliquos dicta bonorum commutacio, empcio, et vendicio iniuste possit in posterum irritari, vna cum sigillis, meo, et prioris skyæningiensis, peto presentes sigillis dominorum, Regis, Episcopi lyncopensis et Marskalchi roborari ad maiorem autem cautelam, si predictam commutacionem, contingat aliqualiter, quod absit, irritari, volo, quod prefate sorores skyæningie predictam curiam in Culstadhum pro Hellæby, et parte testamenti fratribus jam soluta libere habeant perpetue possidendam, Datum anno domini. M°,CCC°V° Jn ebdomada pasche.

Sigillen N:o 1, 2, 3, 4 bortfallna, N:o 5 söndrigt.

1463. 1305 omkring d. 11 April.

Prestmannen Sigmunds i Sandsjö intyg, att han med sin broder Ottos och öfriga arfvingars samtycke, till Nydala kloster i testamente gifvit sin del i Qwarnafors vid Långö, i händelse han skulle dö under sin nu begynta pelegrimsfärd till Rom.

A. 3. s.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Sigmundus sacerdos de sanzio salutem in domino sempiternam, Protestor presentibus me monachis noue

vallis Torrentem meum wlgariter dictum qværnafors in langeþe accedente consensu dilectj fratris mej ottonis nec non omnium aliorum heredum meorum si me decedere contingat, antequam a via romana reuertar quam ingredior nunc, videlicet, anno domini M°CCC° quinto circa pascha in meo testamento contulisse, jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum Anno et tempore supradictis.

Sigillet något skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1464. 1305 d. 1 Maj.

Prestmannen Petrus i Bexheda intyg, att han varit närvarande på Westrahärads ting i Ekesjö, då Önder Starlong, på Germund Bondessons begäran, offentligen tillkännagaf att bemälde Germund för full betalning till Nydala kloster försålt hvad hans fader egt i Qvarnafors vid Långö.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Petrvs sacerdos de beksiþ salutem in domino Tenore presentis protestor me in placito ekesio de westraharad interfuisse. quando ønder dictus starlonger rogatus a germundo bonda son qui presens fuit pupplicauit, quod dictus germundus partem torrentis wlgariter dicti quærnafors in langeþe quam possedit pater suus absque diminucione abbatj et conuentuj noue vallis pro pleno precio vendidisset, jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum Anno domini M° CCC° V:que, Jn festo beatorum apostolorum philippi et jacobj.

Sigillet hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1465. 1305 d. 5 Maj.

Fogaten i Stockholm Cristians Bref, med tillkännagifvande, att han genom byte afstått jord i Svertinge i Sollentuna socken till Sko kloster.

A. 3. b.

Vniuersis presens scriptum cernentibus Cristiarnus prefectus stokholmie salutem in domino sempiternam vniuersitati uestrè constare uolo per presentes me sanctimonialibus in sco vndecim oras terre cum vno solido terre in sverthingi in parochia solendætunum cum domibus et singulis eiusdem terre attinenciis infra sepes et extra longe uel prope positis per cambium dimisisse, transferens a me et meis heredibus et in dictas sanctemoniales plenum ius et dominium dictam terram possidendi, uendendi commutandi seu quocumque modo uoluerint ordinandi, in huius rei testimonium

et euidenciam firmiorem sigillum meum presentibus est appensum Datum anno domini, M°, CCC°, quinto quarta feria proxima post inuencionem sancte crucis.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1466. 1305 d. 12 Maj. Lund.

Ärkebiskopen i Lund Ysars svar, med bifall till den af Kaniken dersammastädes Guido gjorda ansökning, att med hans svaga kanonikat måtte förenas S. Andreæ Församling i Wäsby, till hvilken Ärkebiskopen till större delen egde jus patronatus och hvartill Konungen och de af Adel, som derjemte egde jus patronatus, redan gifvit sitt samtycke.

B. 1: 131.

Jsarnus miseracione diuina archiepiscopus lundensis Suecie primas. Dilecto filio domino Gwidoni Canonico lundensi. salutem et sinceram in domino caritatem Porrecta nobis dudum tua peticio continebat quod prebenda. quam in lundensi ecclesia es canonice assequtus. adeo est in redditibus et prouentibus tenuis et exilis quod ex eis nequeas commode et congrue sustentari. quare nobis supplicasti humiliter et deuote. quod ecclesiam sancti andree in wæsby in qua nobis jus patronatus competit pro maiori parte. dicte prebende annectere perpetuo curaremus Exhibuisti eciam coram nobis. magnifici principis domini Erici regis danorum illustris et quorundam nobilium. qui in eadem ecclesia sancti andree. jus patronatus vna nobiscum habere noscuntur. litteras patentes. in quibus euidenter apparebat eos. annexioni huiusmodi faciende libere et liberaliter consensisse. Verum. quia iuxta canonicas sanctiones. spiritualia sine temporalibus stare non possunt Nos attendentes sollicite quod ecclesie lundensi expediat. jmmo quanto alias ecclesias nostre prouincie in dignitate precellit. tanto amplius et specialius oportunum sit. et omnimode necessarium. viros ydoneos habere in canonicos et in fratres. quibus et morum honestas. et litterarum sciencia ac sue probitatis merita suffragantur Et quia tales non immerito sint maioribus beneficiis honorandi. Necessitate silicet et vtilitate lundensis ecclesie meritis eciam tuis ac peticione predicta suffragantibus. prebendas ecclesie nostre tenues et exiles. de capellis vel ecclesijs parrochialibus in perpetuum annectendis eisdem. discrecione preuia prouidemus ac eciam ordinauimus augmentari. Hinc est. quod predictam ecclesiam sancti andree in wæsby. curam animarum habentem. cum omnibus juribus et pertinenciis suis. habito diligenti tractatu cum lundensi capitulo et deliberacione congrua. predicte prebende tue quam in presenciarum obtines. jure archiepiscopali in omnibus saluo. de consensu eiusdem

dem

dem capituli nostri perpetuo annectimus. et vt nunc annexam. tibi ac prebende tue presenti pagina confirmamus. Prouiso. quod in ipsa ecclesia perpetuum habeas vicarium canonice institutum Assignata sibi de redditibus eiusdem ecclesie. congrua porcione Jn cuius rei testimonium. presentes litteras inpressione sigilli nostri ac sigilli lundensis capituli fecimus consignari. Datum lundis Anno domini MCCC quinto. Jdus Maij quarto *).

Öfverskrift: Annexio ecclesie wæsby ad prebendam dominj gwidonis.

1467. 1305 d. 27 Maj. Upsala.

Domprosten i Upsala Andreas's reglementariska föreskrifter för det nybyggda Helge Ands huset i Upsala, hvartill en del af grunden blef skänkt af Ärkebiskop Nils Allesson, och en annan del inköpt af Domprosten; hvarjemte de gods uppräknas, som blifvit skänkta till denna inrättning.

A. 3. a.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis Andreas prepositus vpsalensis, Salutem in domino sempiternam, Rex altissimus, Dei filius, Dominus omnipotens, jhesus christus Jn consumacione huius seculi, jn sede Maiestatis sue sessurus, et singulis, propria pro meritis premia redditurus, jnpensa pauperibus et infirmis, amore sui, subsidia et solacia pronunciabit sibi facta, juxta illud, Hospes fui et collegistis me, Jnfirmus et visitastis me, Hae consideracione ducti, quidam viri Misericordie, quorum pietates obliuionem non accipient, Cum viderent, et audirent, non nullos pauperum, ex defectu hospicij tempore potissimum hyemali extremas sustinere miserias, Adeo, vt plerosque eorum nudos extingueret vis algoris, et jnfirmi in communibus vicis et plateis, morerentur, jnstinctu spiritus sancti de bonis sibi a deo collatis elemosinas contulerunt, vt pro pauperum hospicio indigencium, et jnfirmancium egenorum vsibus, construeretur habitaculum, Quod vere domus dei diceretur et esset, Ad hoc opus tam pium, tamque salutiferum, ac deo placitum, Venerabilis pater Dominus Nicolaus dei gracia archiepiscopus vpsalensis, patrimonialem fundum suum contulit, jpsum a primario loco suo, ad situm, vbi nunc dicta domus est fundata transmutans, Partem autem dicti fundi, Ego andreas prepositus vpsalensis comparaui, cum multorum bonorum elemosinis, et cooperacione, pro septuaginta duabus marchis denariorum, ab ecclesia beati Petri vpsalie, Complens, et consumans eandem domum de latetibus, Anno Dominj, Millesimo, CCC°. secundo, Sequenti vero anno domini videlicet, M°, CCC°, Tercio, quarto Nonas Junij, Jn Cappella eiusdem domus,

*) *Vid brefvets slut tillägges:* Hvius est et alia littera eiusdem tenoris (*jfr.* N:o 1455).

consecratum est altare jn honore beatissime Marie virginis, et sancti Nicolai epjscopi et confessoris Et Beate Katerine virginis et martyris, a supradicto, Venerabili patre, Domino .N. diuina prouidencia archiepiscopo vpsalensi, Ad fundacionem istius domus, Dominus Magnus jonsson, bone memorie, et Dominus karolus Hérlendsson felicis recordacionis Canonicus vpsalensis, Primj, aliqua predia contulerunt que partim permutata sunt in loca infrascripta, Jn Haghi duas oras terre cum dimidia, Jn strøby. viginti denarios, Jn Hæsliby Tres oras terre, Jn berghby quinque solidos cum dimidio, Jtem in grænum octo solidos terre. Jn Brunnum vndecim solidos terre, Jn adhulustum quatuor solidos cum dimidio, Jn Faxstum vnum solidum terre. Jn kerri vnam oram terre Et quia non, sufficit vtilia et meritoria inchoare, nisi prouida disposicione curentur in bono conseruari, et augeri valeant inchoata, Jdcirco, vt per multorum consilia, ac subsidia, et pauperum augeatur sustentacio, et dicte domus prouisio vtilius procuretur, ordinatum est, quod apud domum dej sepius nominatam quedam communitas et fraternitas fieret, per quam constituantur et deputentur Tres persone deuote et discrete, videlicet duo Clerici, et vnus laycus, qui Tres simul intendant dicte domuj, et eius bonis gubernandis, et pro vsibus pauperum vtiliter dispensandis, Qui eciam tres, vel duo ex ipsis, si Tercius impeditus fuerit, Causas et Negocia dicte domus gerant, per se, uel per aliquem fidelem et Discretum virum, quem ydoneum judicauerint pro predictis exequendis, Tres eciam predicti coram communitate conuiuarum de prouentibus et statu domus semel in anno compotum reddant et faciant racionem, Quod si collegium siue conuiuium predicte domus cessare, vel adnichilari contigerit, dicte domus prouisio pertineat ad Dominum vpsalensem, Jnfirmi autem recipiendi in domo dei confessionem de peccatis suis omnino faciant generalem, antequam in dicta domo colligantur, Jn qua eciam domo vniuersaliter jnfirmi recipiantur, Tali silicet infirmitate detenti, vt solent homines communiter infirmari, Jnsuper quantum commode secundum loci capacitatem fieri potest, Nulli omnino pauperi bono, et hospicio penitus indigenti pernoctacio denegetur, Recollecti eciam, seu recepti in dicta domo, nullum sibi jus vendicent remanendi vltra voluntatem persone que cotidie ministrat pauperibus ibidem, Ceterum elemosine jn victualibus que deferuntur ibidem committi debent persone ministranti in dicta domo distribuende inter pauperes et egentes secundum exigenciam et condicionem ipsorum, Nisi forte aliquis suis notis et propinquis aliquid voluerit speciale impartiri, Jtem qui intromittitur ad decumbendum in domo, sub bonorum Testimonio, res quas habet tradat ad seruandum persone ministranti, et de ipsis quando intrat, ordinet, vt jnde si moritur possit habere necessaria sepulture Si autem euaserit uel conualuerit, eadem resumat integraliter que commiserat ad ser-

uandum, Si vero decesserit res que superfuerint necessariis sepulture, ad ipsam domum debent pertinere, Jtem nullus manencium in dicta domo, assumat sibi specialem seruitorem, sine licencia persone ministrantis, nec extra domum panes, uel victualia a quoquam deferantur, sed quod superfuerit decumbentibus in domo et seruari non potest, distribuatur mendicantibus hostiatim, per eandem personam ministrantem, Nullus eciam ibidem nutriat uel teneat porcellos, vel huiusmodi nisi Cattos, Nec liceat sepius nominate persone ministranti, de rebus dicte domus, aliqua concedere, vendere, permutare, distrahere, vel quoquomodo alienare, sine eorum consensu et consilio qui dicte domui principaliter habent prouidere, Jnterliniarem supra positam videlicet, que partim permutata sunt in loca, approbo et ratifico, Jn premissorum autem robur et euidenciam pleniorem, sigillum meum presentibus est appensum, et sigilla, Capituli vpsalensis, et Domini Birgheri legiferi, necnon et dominorum, Nicolai scolastici et beronis Canonicorum vpsalensium, et Fratris jsraelis prioris sictonie, presentibus instanter apponi peto, Actum vpsalie Anno Domini, Millesimo, CCC°, quinto, sexto kalend. junij.

På frånsidan: Jnstitucio Primaria Domus dei vpsalie et vnde obtentus sit fundus et quis eam edificauit et qualiter pauperes ibi debeant manere.

Alla sigillen borta, men remsorna qvar.

1468. 1305 d. 14 Juni. Upsala.

Ragnfrid Gustafsdotter, Lagman Israels enkas gåfvobref på en tomt vid Mariæ kyrka i Upsala, nära bron, samt ett hus till Predikarebröderne i Sigtuna.

A. 3. a.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Rangfridis Gødstaui filia relicta Domini Jsraelis bone memorie quondam legiferi vplandie, Salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes quod conuentuj Religiosorum virorum fratrum ordinis predicatorum siktunie in meorum remissionem peccatorum, Confero, Do, approprio, assigno, et ad manus trado in area quam pro promptis denariis comparauj et aliquando inhabitauj juxta ecclesiam beate virginis vpsalie prope pontem vnum fundum longitudinis quatuordecim cubitorum et decem cubitorum latitudinis jn introitu vbi porta curie in area memorata constructe esse consueuerat, Predictis quoque fratribus confero domum vnam seu hospicium in dictum fundum transferendum, et jpsos in fundi et domus predictorum corporalem possessionem pono per presentes et exnunc proprietatem et dominium eorum jn ipsos fratres transfero pleno jure, Testes autem huic mee donacionj in puplico placito vpsalie adhibuj per discretum virum dominum Jordanum sacristam ecclesie vpsalensis

wlgariter dictos fastar, secundum patrie leges et consuetudinem approbatam quorum hec sunt nomina. silicet. Dominus Rødh kieldorsun, dominus kanutus Muli, suno de vpsalia, Botulphus pæterson, Conradus de luptstuvy, Olauus asguthsbrodhir, Johannes de grenberghum, Thiegni, Elardus, godhika de svartabek, Hænica, bilderbæk, Engilbrict sartor, lambertus pelliparer, Thomas pictor, johannes longus, Thidhemannus gladiator, Johannes pistor, østanus pistor, Ermundus, thorirus dyakn, spielbudhi pellifex, Johannes coqus, Henza lictenberg, Thidemannus faber, et multitudo reliqua in placito congregata, Jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus apposuj et honorabilis viri Magistri Andree prepositi et communitatis Ciuium vpsalensium et karissime filie mee rangburgis que predicte donacionj mee consensit sigilla huic littere instanter apponj peto, in robur et testimonium veritatis, Datum vpsalie Anno domini. M°. CCC. quinto, XVIII. kalend. Julij.

På frånsidan: De hospicio fratrum vpsalie.

Sigillen N:o 1 och 2 bortfallna, N:o 3 och 4 skadade; remsorna klippta af ett lika lydande, förmodligen misslyckadt bref.

1469. 1305 d. 14 Juni. Upsala.

Bemälda Ragnfrid Gustafsdotters gåfvobref på en gård nära S:t Mariæ kyrka, vid bron, till Helgeandshuset i Upsala, med undantag af det hus med tillhörande grund, som hon hade gifvit till Predikarebröderna i Sigtuna.

A. 3. a *).

Omnibus presentes litteras inspecturis Rangfridis giozstaui filia relicta domini israelis bone memorie quondam legiferi vpplandie salutem in domino sempiternam. Notum facio per presentes quod curiam meam prope ecclesiam beate virginis iuxta pontem ibi situatam. quam dominus gierdarus pro VIII marchis denariorum comparauit. sub nomine domini prepositi ex parte mea a nicolao braxatore. et cecilia vxore sua. acceptis super dicto contractu. in publico placito vpsalie. firmariis wlgariter dictis fastum, et multo tempore personaliter inhabitauj. Confero. do. approprio. et assigno domuj dej vpsalie preter vnum solarium ibidem pro quo illius possessor precium non habuit. et preter vnum ospicium quod fratribus predicatoribus siktunie dedi. et fundum. decem cubitorum latitudinis. et XIIII cubitorum longitudinis. quem contuli fratribus predictis. Et ex nunc proprietatem et dominium dicte curie in dictam domum dej transfero pleno iure. et eandem pono in corporalem possessionem predictorum per presentes, Testes autem mee donacioni premisse in publico placito vpsalie adhibui per discretum virum dominum iordanum

*) Ur en afskrift af d. 28 Juli 1317, vidimerad af Olaus, utvald Ärkebiskop i Upsala.

sacristam ecclesie vpsalensis wlgariter dictos faastar secundum patrie leges et consuetudinem approbatam. Quorum hec sunt nomina silicet dominus røød kyeldorson. dominus kanutus mulj. suno de vpsalia. botulphus pæterson. conradus de lubstubÿ. olaws asguts broder, iohannes de grenberghum. thiegni. elardus. gyodika de swartabæk, hænika biildirbæk. engilbrict sartor. lambertus pellifex, iohannes coqus. thomas pictor. iohannes longus. thidemannus gladiator. iohannes pistor. østanus pistor, ermundus. thorirus dyakn. spielbudhi pellifex. henza lictenbærgh. thidemannus faber. et multitudo reliqua in placito congregata. Jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus apposuj. et honorabilis viri magistri andree prepositi et communitatis ciuium vpsalensium. sigilla huic littere instanter apponj peto. in robur et testimonium veritatis. Datum vpsalie anno dominj M° CCC° quinto. XVIII kal. Julij.

1470. 1305 d. 17 Juni. Helgeskog.

Biskopen i Wexiö Magnus's förklaring, att de friheter från Biskopstionde han tillgodonjuter å sina gods i Linköpings stift, tillkommit af serskild mot honom visad välvilja och icke till följe af någon rättighet.

B. 3, 45. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Magnus dei gracia Wexxionensis episcopus salutem jn domino sempiternam Constare volumus omnibus euidenter quod libertates et gracias quas venerabilis pater dominus laurencius lincopensis episcopus nobis super bonis nostris et decimis episcopalibus ex eisdem bonis prouenientibus famulis ac familiis nostris in sua dyocesi constitutis per litteras suas concesserat ex mera gracia et gratuito munere, nec de Jure aliquo recognoscimus nos habere Jn cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum helghescoh Anno domini MCCC quinto jn die beati botulphi abbatis.

1471. 1305 d. 29 Juni. Stockholm.

Konung Birgers vidimation Stadfästelse på åtskilliga Konungars och Hertigars Bref rörande fattigtiondens inom Upsala stift utgörande till Upsala Domkyrka.

A. 3. a *).

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Birgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex salutem in domino sempiternam, Noueritis nos infrascriptas

*) Annu ett dylikt original finnes, med ingen annan skillnad, än att de afskrifna brefven förekomma i denna ordning: N:o 391, 394, 669, 392 och 393. Sigillet borta, silkestrådarne qvar.

litteras progenitorum nostrorum Regum videlicet et Ducum, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, vidisse et diligenter examinari fecisse quarum Tenores subscribuntur in hec verba, B. dei gracia Dux sweorum Omnibus Attundaland intrabitantibus &c. *Se N:o* 391. W. dei gracia, Rex sweorum Vniuersis Attundaland inhabitantibus &c. *Se N:o* 394. W. dei gracia Rex sweorum, vniuersis Tyundaland inhabitantibus &c. *Se N:o* 392. W. dei gracia Rex sweorum, vniuersis fiædhrundaland inhabitantibus &c. *Se N:o* 393. Omnibus presentes litteras inspecturis. MAGNUS &c. *Se N:o* 669. Nos igitur predictas litteras in omni ipsarum parte ratas et firmas, perpetuis temporibus habentes ipsas ratificamus et ratas fore ostendimus, litteris robur perpetuum auctoritate presencium tribuentes memoratis. JN Cuius rei Testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Datum stokholmis Anno Domini. Millesimo. CCC°. quinto. jn Die beatorum petri et pauli apostolorum.

Sigillet skadadt, hängande på svarta, hvita, röda och gröna silkestrådar.

1472. 1305 d. 29 Juni. Stockholm.

Konung BIRGERS öppna Bref till invånarne i Upsala stift, med stadfästelse på Upsala Domkyrkas och dess Prelaters rättighet till så kallade fattigtionden, hvars utgörande år 1299 blifvit förbudet, inom de tre Folkländerna, intill dess undersökning kunnat ske, med hvad rätt kyrkan upptagit denna tionde, och Svenska Folkets tanka häröfver blifvit inhemtad.

A. 3. a *).

BYRGERUS dei gracia sueorum gothorum que rex Omnibus archiepiscopatum vpsalensem inhabitantibus. Jn domino graciam, dileccionem et salutem Jniuriatur memorie frequenter obliuio et longinquitate sepe fit temporis quod res clara presentibus redditur obscura futuris, et sic interdum contingit quod recisa repullulant, suscitantur sopita, et sepulta resurgunt, sane aduersus obliuionis dispendium de scripture remedio prvdencium cautela prouidit, presertim in illis que propter uitanda grauia pericula animarum perpetua debeant firmitate stabiliri. Hinc est quod propter sugestiones quorumdam terciam partem decimarum que olim consueuit decima pauperum wlgariter appellari Ecclesie vpsalensi et eiusdem prelatis per omnes tres fulklandias prohibuimus generaliter exhiberi et mandauimus easdem fideliter conseruari, quousque quid iuris super hoc foret nobis pateret euidenter, anno videlicet Dominj. M°. CC°. XC°. IX°. Tum quia non constabat nobis

*) Ett annat original, endast genom kommatering afvikande från detta, förseedt med blott 11 sigill, finnes, äfven som en ovidimerad afskrift, samt en med Påfven Johannes XXII:s stadfästelse af Påfliga Notarien Arnvidus Johannis d. 1 Dec. 1315 meddelad afskrift.

quo tytulo dicta ecclesia easdem decimas percepit, Tum eciam quia nec nobis innotuit de communi inhabitancium patriam uoluntate, Verum quia litteras super percepcione dictarum decimarum a progenitoribus nostris tam regibus quam ducibus ac alijs maioribus tunc terre principibus quantum spectabat ad eos dimissas ecclesie vpsalensi ac prelatis eiusdem, et uidimus et fecimus examinari diligenter. Jnuenimusque quod prebende Canonicorum quasi omnes super dicta decimarum parte fuerunt ab inicio fundate. Accessit insuper communis consensus et uoluntas tam dilectorum consiliariorum nostrorum quam aliorum inhabitatorum patrie quod predicta Ecclesiã ac prelati eiusdem memoratas decimas perpetuis temporibus percipere debeant pleno iure. Nos igitur *) predecessorum nostrorum clare memorie videlicet Erici et waldemari regum Byrgeri quoque et wlphonis olim ducum suecie. Necnon precipue karissimi patris nostri felicis recordacionis Regis Magni, libenter uestigiis inherere uolentes, et potissimum in hiis que ad augmentum diuini cultus spectant, et salutem respiciunt animarum, supradictas decimas memorate ecclesie et prelatis eiusdem de consensu consilii, ac maiorum nunc regni nostri, libere resignamus, dimittimus et auctoritate regia in perpetuum confirmamus. Jnhibentes firmiter et districte, Nequis decetero prememoratas decimas retinere uel quocumque modo impedire presumat prout offensam regiam uoluerit euitare, Vt autem euidenter hanc nostram constet fore uoluntatem sigillum nostrum maius et consiliariorum nostrorum qui predictis resignacioni dimissioni et confirmacioni interfuerunt sigilla. videlicet dominorum ysari strengienensis et Nicolai arosiensis Episcoporum Thorgilli knutsson Marskalchi nostri, swantæpulk Ostgothorum, Byrgeri vplandie, Magni gregorisson westmannie Leonardi Næricie Philippi Jngialdsson sudermannie Benedicti westgotorum, Kanuti wermalandie legiferorum, Kanuti Jonsson, philippi wlfson. Petri Ragenwaldsson. Gudmari Magnusæson Karoli Thydiskæ et Karoli wlfson presentibus sunt appensa. Actum et datum stokholmis Anno domini M° CCC° quinto in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Sigillen 1—4 borta, hafva hängt på snodder af svart, hvitt, rödt och grönt silke. Af de öfriga 5—17, som alla hängt på pergamentsremsor, finnas endast N:o 9, 11, 13 mer eller mindre brutna; de flesta remsorna till de öfriga sitta qvar.

På det andra originalet hafva 3 Sigill hängt i dylika mångfärgade silkessnören, de öfriga på pergamentsremsor; N:o 3, 10 och 11 finnas i behåll.

*) I andra originalet och vidimation tillägges här: vestigiis, men hvilket ord i det här aftryckta är öfverstruket.

1473. 1305 d. 10 Juli. Upsala.

Upsala Domkapitels intyg, att Kaniken Öjar, till sina Förmyndare och Gode Män antagit Ärkedjeknen Olof och Sacristanen Jordan och åt dem upplåtit förvaltningen af sina så väl andeliga som verdsliga gods, för att af inkomsterna godtgöra alla fordringsägare.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie vpsalensis Salutem in domino sempiternam, Constitutus in nostra presencia Discretus vir dominus øyarus concanonicus noster fecit constituit et ordinauit Venerabilem virum dominum Olauum archidyaconum, et dominum Jordanum sacristam ecclesie nostre vpsalensis presentes et mandatum suscipientes, generales suos procuratores, negociorum gestores et nuncios speciales, ad omnia negocia sua gerenda et exercenda tam in bonis suis ecclesiasticis quam aliis quibuscunque, ad petendum et recipiendum pro eo et eius nomine quicquid sibi quacunque racione debetur vel debebitur in futurum, et ad agendum et respondendum pro eo quibuslibet personis ecclesiasticis vel secularibus que contra ipsum aliquid peterent vel opponerent quauis forma coram quocunque judice ecclesiastico vel seculari, et ad colligendum reponendum et distrahendum omnes fructus et prouentus suos presentes et futuros, et ad satisfaciendum de ipsis omnibus et singulis quibus appareat ipsum dominum øyarum esse in aliquo obligatum et ad faciendum et recipiendum finem et remissionem et pactum de vlterius non petendo, omnibus seu ab omnibus quibus vel a quibus aliquid soluerit vel receperit prout de jure vel de consuetudine fuerit faciendum et ad obligandum personam ipsius et bona, de obseruandis et adimplendis omnibus et singulis que per ipsos procuratores suos suo nomine promissa fuerint siue gesta, Et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda tam in judicio quam extra que jpsemet facere posset si personaliter interesset, Dans et concedens eisdem liberam et generalem amministracionem in omnibus et singulis supradictis. et que ad ipsa qualitercumque spectare noscuntur, Necnon promittens se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum, quicquid per dictos eius procuratores factum fuerit in premissis et quolibet premissorum, volens et promittens super hiis que in posterum gesserint, seu que ab eisdem acta gesta ve fuerint nomine suo, sue simplici assercioni credere et credi debere absque alia probacione quacunque, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum et sigillum ipsius domini øyari presentibus sunt appensa, Actum vpsalie. anno domini .M°. CCC°. quinto, Sexto ydus julij. dictos eciam dominos. videlicet Olauum archidyaconum et jordanum, jdem dominus Oyarus procuratores suos fecit et constituit verbaliter stokholmis, Jn presencia Magnifici principis Domini Byrgeri dei gracia sweorum gothorumque Regis jllustris.

Sigillen bortfallna, remsorna qvar.

1474.

1474. 1305 d. 14 Juli.

Henriks af Lessom qvittens på 100 mark penningar, hvilka Johannes Folkesson till honom betalt.

J. 6: 329.

Omnibus præsentes literas visuris, HINRICUS de lessom perhennem in Domino salutem. Nouerint vniuersj, me a nobili viro Iohanne Folkasson centum marchis denariorum nunc currentium in quibus mihi veraciter obligatus fuerat integre subleuasse, igitur eundem Iohannem de eisdem Centum marchis denariorum liberum habeo atque quittum. In cuius rei Testimonium, Sigillum meum præsentibus est appensum. Datum Anno Domini M. CCC. quinto. feria quarta proxima post Canuti Regis etc.

Sigillet har, enligt teckningen, varit till hälften skadadt.

1475. 1305 d. 17 Juli.

Priorn ISRAELS och KONVENTETS i Sigtuna förklaring och hemställan till Provincial-Priorn och Konventet i Skeninge, rörande tvisten med Sigtuna kloster om rättigheten till Själabodarne i Stockholm.

A. 3. c.

Reuerendis in christo patribus, Priorj prouincialj, et diffinitoribus in Capitulo prouincialj, skeningie celebrando, Frater ISRAEL et CONUENTUS sictuniensis, Reuerenciam et obedienciam debitam cum salute, Paternitatj vestre dirigimus articulos infrascriptos, de negocio, quod uertitur inter nos et fratres Strengienenses de mendicacione foce. Primus est, quod taberne in quibus foca mendicatur, adiacent et pertinent ville stokholmensi, et quasi eiusdem ville pars sunt, vnde siquis ibidem infirmatur, vel moritur, a sacerdote stokholmensis ecclesie, visitatur communicatur, et sepelitur in cimiterio ecclesie eiusdem. Jtem omnis foca, stokholmis venditur et emitur, sed solummodo in dictis tabernis. *v.* sialabodum, quia aliquantulum distant a concursu multitudinis, propter fetorem, foca mensuratur. Secundus est, quod semper habueramus hucusque dictam mendicacionem sine impeticione cuiuslibet, in pacifica possessione, donec frater Laurencius, tunc prior strengienensis, mouit, et misit fratrem mathiam, dictum Cornhest, iam triennio ibidem mendicare, qui statim prohibitus fuit per priorem sictunie, tunc. vicarium prouincialis, et ad presenciam eius vocatus non venit, excusans se per infirmitatem et defectum nauis. Dictus autem locus est in nostro Archiepiscopatu, Legiferatu, et prouincia nostra attundia, non in surdermannia, in qua est conuentus strengienensis, Reuerendus uero pater, prior prouincialis,

hijs nostris racionibus et consimilibus, strengienensiumque similiter auditis, et diligenter hincinde (consideratis *) ponderatis, ordinauit quod in dictis sialabodum de foca mendicacionem faceremus ea condicione adiecta, quam in littera sua super hoc negocio expressit, donec per iudicium prouincie, finaliter causa seu questio dicta finiretur, remittens nobis litteram suam, sub sigillo suo, tenorem predictum continentem, quem exibitor presencium lector noster, paternitatj vestre presentabit. villas eciam que adiacent parochie dicte solnø, que sunt similiter in nostro archiepiscopatu, Legiferatu, et prouincia scilicet attundia, licet ex parte meridionalj torrentis stokholmensis, et vltra sialabodir situate, nostras, et in nostris terminis esse recognoscimus et affirmamus, quamuis interdum villas predictas et ipsi mendicauerant, nostris fratribus, loca illa, quasi exilia et parue (valoris *) vtilitatis, ad aliquot annos non visitantibus. frater tamen røricus dicit, et iurat in anima sua, quod ad triginta annos fuit socius fratris Emundj, sictoniensis, illic mendicantis pluribus annis. jtem iurat frater thorirus, quod frater bo. et alij de siktonia multis annis, terminos illos pacifice coluerunt, Contigit insuper estate precedentj, venerabilem patrem, dominum archiepiscopum nostrum, cum magistro andrea preposito, vna et domino birgero, vplandie legifero, nec non et domino Rødh kialdorsson, domino benedicto boson, alijsque ecclesiasticis et militaribus personis ydoneis, mittj ab illustri rege nostro super quodam negocio, quod uertebatur inter ipsum et dominum Ericum ducem, fratrem suum, de confinio et limitibus inter prouincias memoratas, diligenter requisituris. Qui et indagacione rusticorum antiquorum, conuicaneorum vtriusque prouincie, repererunt in ipso confinio scilicet inter arusboawik et telgedj, quod est ultra confinium villarum predictarum, petras quasdam, in quas infusi sunt circuli ferrej, futuris seculis, ueritatem antiquorum, omnibus ostendentes, ibique maiorum et seniorum sagacitate, verum confinium, coram rege nostro et duce, iuramentis affirmarent. Supradictis nos racionibus, et approbacionibus confisi, et potissime littera reuerendj patris, prioris prouincialis, misimus ex more fratres nostros, andream et johannem, ad tabernas sepedictas, pro foca vt prius mendicanda, quibus ibidem aliquandiu morantibus, superuenerunt fratres strengienenses, magnus et Ericus, asserentes se missos a priore suo et conuentu similiter ibidem mendicare, ad quos accessit frater bernardus, tunc supprior noster, eis ostendens et legens litteram prouincialis, qui responderunt se prius talia audiuisse, et propter hec nihil facere uel omittere. postea rogauit, et tandem mandauit eis prior noster, frater Jsrael, tanquam terminorum nostorum inuasoribus sub pena preceptj, quod desisterent, qui responderunt idem quod prius Nos uero videntes illo-

*) Ordet är underprickadt i originalet.

rum pertinaciam, maluimus, non iurj sed scandalo cedere, quam contencionibus confusibiliter deseruire, Ego frater jsrael, fratribus nostris mandauj supersedere. Supplicamus igitur humiliter paternitatj vestre quatinus, equa lance libretis iusticiam, ne compellamur indebite luere, quod honestatj, concordie et pacj, eciam cum extraneorum irrisione, et dampno nostro, studuimus prouidere, valete in christo, Scriptum anno domini .M°. CCC° quinto, sabbato proximo ante margarete.

Brefvet har varit sammanviket och försegladt, enligt nu varande bruk; märke efter sigillet öfver fogningen synes ännu.

Utanskrift: Priorj prouinciali et Diffinitoribus Capituli prouincialis skeningie celebrandi.
Derunder: Negocium de sialabothum stokholmis.

1476. 1305 d. 16 Aug.

Konung Birgers Bref till Ulf Holmgerssons söner, med förbud, att förskingra något af gården Kyrungsrum i Gelborum socken, som deras aflidne broder, Kaniken Harald, gifvit till Linköpings Domkyrka, förr än lagligen blifvit undersökt och afgjordt, hvem samma gård bör tillhöra.

A. 3. o.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque rex, Discretis viris, domino holmgero, karulo, laurencio et holmgero filijs domini vlfonis holmgeri filij bone memorie, Jn domino graciam et salutem, Quoniam veraciter intelleximus, quod dominus haraldus frater vester quondam Canonicus lincopensis, curiam kyrunxruum, parrochie gelborum, ecclesie lincopensi, in suo legauit vltimo testamento, Prohibemus firmiter et districte, Ne quis vestrum de dicta curia aliqua surripere seu distrahere presumat, donec per nos aut nostrum certum mandatum, legittime discussum fuerit et determinatum. ad quem dicta curia debeat pertinere, Datum anno domini. Millesimo, Trescentesimo, quinto. decimo septimo kalend. septembris.

Sigillet till det mesta bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1477. 1305 d. 22 Aug. Skeninge.

Provincial-Priorn Peters Vidimation af Påfven Bonifacius VIII:s Bulla, utgången till nämnde Orden, rörande brödernas bestraffning.

A. 1. 85.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Frater. Petrus. Fratrum ordinis predicatorum in prouincia Dacie Prior prouincialis licet indignus. Salutem in domino sempiternam. Noueritis me recepisse et habere, litteras sanctis-

simi Patris. Dominj Bonifacij. Pape octaui, non rasas, non abolitas. non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sub uera bulla et filo serico, in hec verba. BONIFACIUS episcopus &c. *Se föregående N:o* 1164. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum skeningie. Anno dominj .M°. CCC°. V°. Jn octauis assumpcionis. Beate virginis. in nostro Capitulo prouincialj.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1478. 1305 Odat. Skeninge.

Provincial-Priorn PETERS och det i Skeninge församlade Provincial-Konventets dom i den mellan Predikarebröderne i Sigtuna och Strengnäs förda tvisten om gränsen vid Stockholm, hvarigenom hela Stockholms Församling och de der belägna själabodarne förklaras tillhöra Sigtuna klosters område.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Frater PETRUS. fratrum ordinis Predicatorum in prouincia Dacie. Prior prouincialis. licet indignus. Necnon. et fratres. NICHOLAUS Prior skeningensis. JSRAEL. Prior Sictuniensis. BOIO. Lector Ripensis. VERNERUS. lector Lundensis. Diffinitores Capituli prouincialis. Skeningie celebrati. Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare uolumus euidenter. Quod questionem iam pluries uentilatam inter Conuentus. Sictuniensem et strengenensem de limitacione terminorum circa stokholm, decidere. et litibus finem inponere volentes. ordinamus et diffinimus. quod Sialaboðer et tota Parochia stokholmensis, attineat fratribus sictuniensibus. pleno iure. Jn cuius rei testimonium. Sigilla nostra presentibus, sunt appensa. Datum Skeningie. Anno dominj. Millesimo. Trecentesimo. Quinto. Jn nostro. Capitulo. Prouinciali.

Sigillen N:o 1, 2, 5 skadade, 3, 4 bortfallna.

1479. 1305 d. 29 Aug.

Konung BIRGERS Stadfästelse på Konung Magnus I:s gåfva af Sigarsö till i Strengnäs Domkyrka.

A. 3. g.

BIRGERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex vniuersis presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam. Quoniam Magnificus princeps dominus Magnus clare memorie, quondam Rex sweorum pater noster karissimus Curiam sigharsø, cum omnibus et singulis ad eam spectantibus,

de consensu et beneplacito venerabilis patris domini benedicti quondam episcopi lincopensis nec non et aliorum quorum intererat, ecclesie strengenensi contulit perpetuo possidendam, prout in litteris super eo confectis, quas diligenter perspeximus plene patet, Nos igitur donacionem curie supradicte sigharsø auctoritate regia confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, prohibentes firmiter et districte, nequis donacionem huiusmodi, cassare vel infringere presumat sicut graciam nostram diligere voluerit inoffensam, Datum Anno domini M°. CCC° quinto Jn collacione beati Johannis baptiste.

Den ur brefvet klippta remsan, jemte sigillet, saknas.

1480. 1305 d. 14 Sept. Herrevadskloster.

Hertigarne Eriks och Waldemars bifall till Ständernes på mötet i Fagradal fattade beslut, hvarigenom Konung Birgers son, Junker Magnus, blifvit vald till Konung, och erhållit Konungatitel.

K. t. 3: 24 *).

Universis præsentes literas inspecturis Ericus Sveciæ, et Woldemarus Finlandiæ Dei gratia Duces. Cum magnificus Princeps ac Dominus noster Byrgerus Dei gratia Sveorum Gothorumque Rex illustris, Frater noster karissimus, nec non et Prælati ac Barones ceterique nobiles et Regni Sveciæ communitas universa Domicellum Magnum dicti Domini Regis Filium primogenitum in Regem Sveciæ concorditer elegerunt, nomenque ei Regium tribuerunt, in Parlamento inter magnificos Principes Dominos Reges Daciæ et Sveciæ apud Faværædalæ jam ultimo celebrato, notum facimus vniuersis, quod Nos dictas electionem et nominis Regii dationem concorditer factas sponte et libere approbamus, et in ipsas consentimus ipsumque Domicellum Magnum in Regem Sveciæ ex nunc eligimus et nomen Regium sibi damus, eidemque fidelitatem et servitia fidelia sicut vero Domino nostro impendere bona fide promittimus per præsentes &c. In cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus duximus appendenda. Datum in monasterio Harivadensi Anno Domini M CCC quinto in Festo exaltationis sanctæ Crucis.

1481. 1305 d. 17 Sept.

Andreas Carlssons Bref om ett med Anund Bankesson förrättadt utbyte af qvarnar i Kasatorp.

J. 6: 298.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens Scriptum pervenerit, Andreas Caruli filius in Domino salutem. Notificamus tam præsentibus quam futuris,

*) Efter Originalet i K. Danska Arkifvet.

quod ego et Dominus Anundus Bankasson camcionem molendinarum Kasatorp superiorem locum, cum suis attinentijs et dictus Dominus Anundus inferiorem cum suis attinentijs mutaturos testes sunt qui fuerunt penes nos Haraldus Munansson, Dominus Hemnerus, Dominus Fridilphus Dominus Sigwatus, Agmundus Caruli filius, nec non et ceteri famuli nostri, et camcione sui fuerunt, et qui secreta habuerunt, cum meo sigillo secretis suis monuerunt. Scriptum Anno Domini. M. CCC. V. secunda die Eufemiæ virginis.

Sigillen hafva, enligt teckningen, alla varit borta.

1482. 1305 d. 22 Sept. Lund.

Konung Eriks i Danmark Gåfvobref till Lunds Domkyrka på 60 mark Skånska i årliga inkomster, till en prebenda, och dervid varande Kanik, hvars utnämnande Konungen förbehåller.

B. 1: 122.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus dei gracia. Danorum Sclauorumque rex Salutem in domino sempiternam Ad perpetuam rei memoriam tenore litterarum presencium significamus vniuersis. quod nos attendentes sollicite. quoniam mensuram bonam et confertam in sinum fidelium suorum pro pietatis operibus reddendam promiserit rex celestis Jdeo circa augmentandum diuini cultum ministerij affectum habentes. sanctam que lundensem ecclesiam quam omnium ecclesiarum regni nostri caput esse recognoscimus et magistrum aliquo speciali munificencie nostre dono honorare volentes. terras LX marcarum denariorum scanensis monete in annuis redditibus annuatim valentes. cum omni libertate et jure regio. quod nobis in eisdem terris et cultoribus ac habitatoribus eorum competit vel competere poterit in futurum eidem lundensi ecclesie. ad honorem dei et beati laurencij martiris eius. perpetua donacione conferimus. Vt ex eisdem terris et eorum prouentibus. vna de nouo constituatur prebenda in ecclesia memorata Et quod ex predictis redditibus. triginta marce ad communem mensam canonicorum racione canonici in ipsa prebenda. ad presentacionem nostram. quam de voluntate. conniuencia et consensu expresso venerabilis patris domini Jsarni lundensis archiepiscopi et capituli eiusdem ecclesie in eadem nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus reseruamus pro tempore instituti seu instituendi. perpetuo deputentur Et residuum totum. ad vsus suos idem canonicus libere percipiat et disponat Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum lundis anno domini MCCC quinto Jn crastino beati mathei apostoli et ewangeliste. Jn presencia nostra.

Öfverskrift: Fvndacio cuiusdam prebende in ecclesia lundensi de LX^a marcis per Dominum Ericum Regem.

1483. 1305 d. 24 Sept. Linköping.

Konung Birgers Gåfvobref till Kongl. Rådet, Domprosten Wimund i Linköping på en tomt i nämnde stad.

A. 6. a.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex, vniuersis presentes litteras jnspecturis, jn domino graciam dileccionem et salutem, Noueritis nos Honorabili viro domino wimundo preposito lincopensi consiliario nostro predilecto, quandam aream in Ciuitate lincopensi sitam, in longitudine viginti tres, in latitudine vero decem et octo vlnas continentem, curiam Magni dicti kræmære ad orientem, ad meridiem autem curiam Conradi quondam dicti krokhand habentem contulisse pleno jure perpetuo possidendam, Ad firmiorem igitur et pleniorem huius nostre donacionis euidenciam presentes litteras nostras eidem domino .W. preposito contulimus sigilli nostri munimine roboratas, Datum lincopie anno domini Millesimo Trescentesimo quinto, VIII°. kalend. octobris.

Sigillet skadadt i kanterna, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1484. 1305 d. 24 Oct. Lund.

Ärkebiskopen Isars i Lund bifall till Kaniken Helmgers anhållan, att med sitt kanonikat få förena Kattarps församling.

B. 1: 133.

Jsarnus miseracione diuina archiepiscopus lundensis suecie primas. dilecto filio. hulmgero canonico lundensi. Salutem. Tua mihi humillima insinuacione monstrasti quod prebenda tua quam in lundensi ecclesia ad presens canonice obtines, adeo est. &c. *lika som i följande N:o* 1490 *utom* ex ea *i st. f.* ex eis *och* precedit *i st. f.* precellit, *till* ecclesiam parrochialem in kätathorp *) nostre diocesis cum omnibus juribus et pertinenciis suis Reseruato nobis nostrisque successoribus jure episcopali in eadem. De consilio et consensu capituli lundensis et nobilium virorum. Domini Sewidi dicti skene. militis. necnon synde soteson. et ebbonis soteson. et asmundi jonoson armigerorum. qui jus patronatus habere dinoscuntur in eadem. predicte prebende tue perpetuo annectimus. Volentes vt secundum canonica instituta in predicta ecclesia ydoneum et perpetuum habeas vicarium canonice institutum. qui pro sua sustentacione. congruentem de ipsius ecclesie prouentibus habeat porcionem. Preterea. hec perpetuo obseruari volumus sub juramento prestito

*) Församlingens namn är tillskrifvet i kanten, i ställe för kätilsthorp, som i texten är öfverstruket.

corporali Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum et sigillum predicti capituli nostri. presentibus sunt appensa. Datum lundis anno domini MCCC quinto. kalend. Nouembris nono *).

Öfverskrift: Annexio ecclesie (Kætilsthorp) Kathsthorp. *I brädden med nyare hand:* Ecclesia Karup.

1485. 1305 d. 4 Nov. Broby.

Biskop Nils Kettilssons i Westerås vidimation af Konung Waldemars bref om Gullatorp.

B. 3: 43. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Nicolaus diuina miseracione episcopus Arosiensis salutem in domino sempiternam Tenorepresencium constare volumus euidenter nos litteras magnifici principis domini W. dei gracia quondam regis sweorum non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba. W. dei gracia &c. *Se föreg. N:o* 573. Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum brobÿ Anno domini MCCC quinto pridie non. nouembris.

1486. 1305 d. 4 Nov. Broby.

Biskop Nils Ketilssons i Westerås vidimation af Biskop Henriks i Linköping bref om Gullatorp och Kusatorp.

B. 3: 44.

Vniuersis presens scriptum cernentibus Nicolaus miseracione diuina arosiensis episcopus salutem in domino sempiternam Tenorepresencium constare volumus euidenter. Nos litteras venerabilis patris domini .H. dei gracia quondam episcopi lincopensis non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec uerba .H. dei gracia &c. *Se föreg. N:o* 623. Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum brobÿ Anno domini MCCC quinto pridie non. nouembris.

1487. 1305 d. 4 Nov. Broby.

Biskop Nils Ketilssons i Westerås vidimation af Biskop Henriks bref om Gullatorp och Kusatorp.

B. 3: 44

Omnibus presentes litteras inspecturis Nicolaus diuina miseracione episcopus Arosiensis salutem jn domino sempiternam. Tenorepresencium constare

*) Härefter följer denna anmärkning: "Exstat littera consensus patronorum, sed nimis est lesa."

stare volumus euidenter nos litteras venerabilis patris domini .H. dei gracia quondam lincopensis episcopi non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba .H. dei gracia &c. *Se föregående N:o* 664. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum broby anno domini M CCC quinto pridie non. nouembris.

1488. 13o5 d. 16 Nov. Sellösa.

Johannes Björnssons intyg om det af hans son Lars till sin hustru Ingeborg gifna morgongåfvogods, med bestämmande af dess belopp 5 öresland i Hargby, under fastställda vilkor.

A. 6. a.

Anno domini .M°. CCC°. V°. XVI°. kalend. decembris Ego Johannes biorneson jn presencia Nobilium regni Dominorum Petri Ragnvaldson et philippi legiferi suthermannie sic protestor racionem donacionis propter nupcias ex parte laurencij filij mei esse factam, videlicet .V. ore terre in Harghby dantur vxori sue jngiburgi in donacionem nupciarum ad hoc fratrum ipsius laurencij accedente consensu, ea dum taxat condicione, vt si predicta Jngiburgis maritum suum dictum laurencium, superuixerit sine propagine liberorum predictam terram in Hargby optineat jure perpetuo possidendam, Si uero mediante liberorum propagine superstes fuerit jngiburgis ad placitum eius predicta terra ad reliquam hereditatem referatur, ac jnter alias porciones cedat sorti, Si autem laurencius absque liberis jngiburgem superuixerit predictam terram in harghby redimere valeat juxta legum terre jnstituta, ad equalitatem uero bonorum mobilium que in vxta assignantur jngiburgi, obligo me in hargby tantumdem assignare. Jn huius igitur donacionis euidenciam testes qui faster dicuntur jnuocati factum legaliter confirmarunt, videlicet supradicti nobiles Domini petrus et philippus qui vidheruarumen sunt vocati cum .XII. qui faster dicuntur qui sunt hic subscripti. jngiualdus gudmundeson, sigwidus østenson. johannes hesdal, jon jnguson Ragnvaldus sibbeson sweno niclisson. Nicolaus ragneson. Magnus frater suus. Arnaldus judex. Olaws de gestum. Laurencius mus. petrus nicolai. Jnsuper sigilla predictorum domini petri et domini philippi vna cum sigillo meo presentibus litteris ad facti robur et memoriam sunt appensa. Actum apud Selløsu, Anno et die superius annotatis.

På frånsidan: littera super harby.

Sigillen något skadade i kanterna.

1489. 1305 d. 6 Dec. Linköping.

Elofs af Berga testamentariska anordning af andelar i Berga samt hälften i lösöreboet till Domprosteriet vid Linköpings domkyrka, der han önskar att jemte sin hustru blifva begrafven.

A. 3. o.

Jn nomine domini amen, Anno ab incarnacione eiusdem, M°, CCC° quinto, Die beati nicolai Ego Elauus de byergum, de bonis michi a deo concessis, Testamentum meum condo in hunc modum, Jn primis Ecclesie lincopensi, in qua sepulturam eligo, pro me, et vxore mea predilecta confero in byergum, dimidium octonarium, et octauam partem octonarij, et duodecimam partem octonarij cvm dimidietate, bonorum meorum mobilium omnium, Jta tamen quod et predium huiusmodi et dicta bona mobilia, ad prepositurам Ecclesie lincopensis, volo specialiter pertinere; Huic autem donacioni presentes fuerunt infrascripti dominus Jngo, et olauus canonici lincopenses, dominus Marchus, et layci videlicet, hemmiggus susanne, qui eciam fuit festemann Rangualdus aduocatus, clemens haconason, olauus pellifex, kanutus de uesterby, et alii quamplurimi fide digni, Exequtores vero dicti testamenti mei, discretos viros infrascriptos constituo, dominos scilicet Jngonem, et olauum canonicos dominum Marchum, Rangualdum aduocatum, hemminggum susanne, clementem haconason, Ad horum igitur euidenciam firmiorem sigilla sepedictorum canonicorum vna cum sigillo communitatis, et laycorum, Rangualdi, Hemminggi, clementis, presentibus sunt appensa, datum lincopie loco et die supradictis.

På frånsidan: Littera super prediis in byærghum sitis donatis ecclesie lyncopensi ad ordinacionem .W. quondam prepositi ibidem. *Med annan handr* parochie sancti laurencii.

Sigillen N:o 1, 4—6 oskadade, 2, 3 och 7 något brutna i kanten.

1490. 1305 d. 17 Dec. Lund.

Ärkebiskopen i Lund Ysars bifall till Kaniken Peters anhållan, att med sitt Kanonikat få förena Saxtorps församling.

B. 1: 132.

Jsarnus dei gracia lundensis archiepiscopus suecie primas Dilecto filio magistro petro dicto herba canonico lundensi. salutem in domino sempiternam. Tua nobis humili insinuacione monstrasti. quod prebenda tua quam in ecclesia lundensi ad presens canonice optines. adeo est in suis prouentibus et pensionibus tenuis et exilis. quod ex eis nequeas vt decet commode sustentari. Cum igitur dignum sit et perquam necessarium eidem lundensi ecclesie vt ipsa. que ceteras lundensis prouincie ecclesias preeminencie et prelacionis dignitate precellit. canonicos habeat ydoneos. quibus et morum honestas et litterarum sciencia suffragatur. ac talibus non immerito de con-

gruis ac pocioribus sit beneficiis prouidendum Nos hac vtilitate et necessitate eiusdem ecclesie diligenter pensatis. ecclesiam parrochialem in saxilthorp nostre diocesis in qua nobis competit jus patronatus. cum omnibus juribus et pertinenciis suis Reseruato nobis nostrisque successoribus jure episcopali in eisdem. de consilio et consensu lundensis capituli. predicte prebende tue perpetuo annectimus. Volentes. vt secundum canonica instituta. in predicta ecclesia. ydoneum et perpetuum habeas vicarium canonice institutum. qui pro sua sustentacione. congruentem de ipsius ecclesie prouentibus habeat porcionem. Preterea. hoc obseruari volumus sub juramento prestito corporali Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum necnon et sigillum predicti capituli nostri. presentibus sunt appensa Datum lundis anno dominj MCCC quinto. kalend. Januarii XVI. ◆

Öfverskrift: Annexio ecclesie saxilthorp. *Med annan hand i kanten:* Ecclesia Sallerup annexa Præbendæ.

1491. 1305 d. 18 Dec. Lund.

Ärkebiskopen i Lund Ysars bifall till Kaniken Th:s anhållan, att med sitt Kanonikat få förena Grefwie församling.

B. 1: 133.

Jsarnus. miseracione diuina lundensis archiepiscopus. suecie primas. Dilecto filio Th. canonico lundensi. Eternam in domino salutem Tua nobis humili insinuaçione monstrasti. quod prebenda tua. quam in ecclesia lundensi ad presens canonice obtines. adeo est in suis prouentibus tenuis et exilis. quod ex eis nequeas vt decet commode sustentari Cum igitur &c. *lika med föregående N:o* 1490 *till* ecclesiam parrochialem in græfføghe nostre diocesis cum omnibus juribus *och vidare, utom* ecclesia tua *och* perpetuo obseruari *ända till* kalend. Januarii XV.

Öfverskrift: Annexio ecclesie græfföghe.

1492. 1306 Odat.

Magnus af Kalstad och dess hustru Ingegerds gåfvobref på deras jord i Kidjawad, efter bägges död, till Wreta kloster, emot det att klostret upplåter dem i deras lifstid klostergods i Ramstad.

A. 3. t.

Vniuersis presentem paginulam visuris vel audituris tam posteris quam modernis, Magnus dictus de kalstat vna cum coniuge sua Jngigerdi, Salutem in omnium saluatore, Racionabiliter induxit antiquitas, quod videlicet, ob fragilem hominum memoriam que geruntur in tempore, ne lapsu tem-

poris obliuioni tradantur. auctentice scripture testimonio futurorum noticie transmittantur, Nos vero sani mente et corpore in puplicam proferimus nocionem, Quod vnum attungum absque diminucione qualibet integrum in kydhiawat simul domificatum cum omni supellectile et vtensilibus omnibus ibidem manentibus, Jta dumtaxat, quod coniux mea .J. terciam partem in eodem attungo, videlicet, antifernam suam, et ego duas partes, claustro et monialibus in vretum pro testamento nostro conferimus perpetua fruicione possidendum, Sub condicione autem tali, Quod domina priorissa ibidem cum consensu et assensu tocius inibidem conuentus, in vita nostra duos attungos, XII:ma parte minus, in Ramstathum concedunt, hoc eciam omnibus declaramus per presens, quod supradictam curiam nostram in kidhiauat quam diu ambo viuimus nobismet ipsis regaliter obseruamus, tam ipsa post me quam ego post illam, Jn cuius euidenciam pleniorem et rei testimonium nobilium siggilla, videlicet, domini swantapolch, Domine, katerine abbatisse in vretum, Domini B canonici lyncopensis. waldemari, in siondakopt presentibus procurauimus appendenda, Datum et actum. anno domini. M°. CCC°. VI°.

Sigillen alla borta; efter N:o 2 och 4 qvarsitta segelgarnstrådar och efter N:o 3 en pergamentsremsa.

1493. 1306 d. 4 Jan. Nyköping.

Håkan Ingeborgssons morgongåfvobref till sin hustru Ingeborg, dotter af Ragnwald Ingeborgsson. A. 6. a *).

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris, Haquinus ingiborgason salutem in domino sempiternam. . . . . uam facti memoriam presencium tenore insinuo tam posteris quam modernis. Me. predilecte vxori mee Jngiburgi *filie* Domini Rangualdi Jngiborgason curias meas dictas Byerghæ et faghernes cum colonis et molendinis ceterisque mobilibus et immobilibus . . in vardhungi con . . . . . solet fieri in crastino nupciarum contulisse hiis condicionibus preconcessis videlicet quod . . . . . paterna hereditate . . . . tentur sed matris Si autem quod . . . . eam absque liberis mori . . . . . predicta bona infra diem et annum redimantur pro Quatraginta marchis puri argenti si autem ipsa superstite sine liberis. et sobole me defungi contigerit extunc sepedicta bona sibi suisque heredibus cedant integro iure perpetuo possidenda. Jn cuius rei euidenciam sigilla illustrium dominorum videlicet domini mei Domini B. regis swecie. et domini E. ducis, domini W. ducis nec non et aliorum no-

*) Brefvet är sönderrifvet och på flera ställen nästan helt och hållet utplånadt.

bilium scilicet domini Petri rangualson. Domini M. karlson. Domini. R. byrgherson. Domini Haquini lemæ. Domini M. cristinæson Domini Mathei ketilmundason. Domini M. marinason. Domini Jngonis rangwalson et Humgeri byrghirson. qui omnes vulgariter dicuntur fastæ. Et Domini Philippi legiferi et Cristiærni aduocati qui vulgariter dicuntur presentes et proloquutores. vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa, Datum et actum Anno domini Millesimo Trecentesimo .VI:to Nykopie Jn Octaua sanctorum Jnnocencium.

Sigillen N:o 1, 8—12 borta; 2—7 och 13 mer eller mindre skadade, hänga i svarta och hvita silkestrådar.

På Baksidan står: pro bærgha parochia vardhonge; *och med yngre hand tillskrifvet:* Håkan Jngeborgsons Morgongåfvebref gifuitt sin hustru fru Ingeborigh her Raguall Jngeborgsons dotter. Daterat Nyköpungh Anno 1306.

1494. 1306 d. 17 Jan. Linköping.

Lagmannen i Östergöthland Svantepolks intyg, att Gudmund Ingeborgsson erkänt sig hafva af Domprosten Wimund i Linköping erhållit Norheda gård och 200 mark penningar för sin gård Wreta.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, SWANTAPOKH Legifer osgotorum salutem in domino sempiternam Tenore presencium Constare volumus euidenter, quod constitutus in presencia nostra lincopie, gwdmundus Jngiborgasson puplice Recognouit, se curiam quandam dictam norheda cum omnibus suis attinencijs, et cum hoc, ducentas Marchas monete vsualis, pro Curia dicta wretom, de discreto viro domino W. preposito lincopensi, integraliter recepisse, Renuncians Jn hiis omnibus et singulis, excepcioni doli mali, in factum condicioni indebiti, omni Juris auxilio, canonici et ciuilis, specialiter Juri generalem renunciacionem non valere, ac aliis omnibus Juris, et facti excepcionibus, dictam curiam wretæ, Jure hereditario, aut quolibet alio modo, vel genere, exigendi, petendi, calumpniandi, impetendi nec non et de cetero reuocandi, Ad horum igitur Euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum lincopie anno domini, M°, CCC°, sexto, secunda feria post octauam Ephiphanie.

På frånsidan: littera legiferi osgotorum super curia wreta.

Sigillet något skadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.

1495. 1306 d. 5 Febr.

Kon. Birgers vidimation och stadfästelse på Biskop Brynolfs i Skara bref om gårdarne Gingrin, Soleryd och Hand.

A. 3. 1.

Birgerus dei gracia sweorum gothorum que Rex. Omnibus presentes litteras jnspecturis, salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis nos vidisse ac diligenter perspexisse litteras venerabilis patris Dominj bryniulphi dei gracia episcopi skarensis non rasas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, continentes jn hunc modum. Vniuersis &c. *Se föregående N:o* 1062. Nos igitur collacionem, possessionis tradicionem, et Dominij ac proprietatis translacionem predicta ratificantes, ipsa sicut rite et legittime facta sunt, in hiis scriptis actoritate regia confirmamus. Jn cuius rei euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Dominj M°, CCC°, sexto. nonas februarij.

På frånsidan: super gingrini solæryder et hand.
Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1496. 1306 d. 9 Febr. Stockholm.

Marsken Thorkel Knutssons Testamente, hvarigenom jordagods och penningar anordnas till kloster och kyrkor, och gården Gum till hans hustru, så länge hon i Sverige lefver enka.

J. 3: 118.

Jn nomine patris et filij et Spiritus Sancti amen. Ego Thyrgillus Knutson quondam Domini Bergeri Diuina prouidentia Sueorum Gothorumque Regis illustris Marskalkus sentiens contra me latam sententiam Regiæ maiestatis, vt conquerentibus de me faceret iusticiæ complementum. De eiusdem tamen domini mei beneuolentia, et pietate confisus plurimum et eius benignitati et gratiæ, quantum ad præsens seculum spectat. humiliter et penitus me submittens. quantum serenitas. magnificentiæ suæ permiserit. testamentum meum condo et ordino in hunc modum. Jn primis fratribus minoribus in Stocholm. apud quos ecclesiasticam in Domino eligo sepulturam, lego curiam meam Thyll. cum omnibus attinentijs. pro vino, oblatis. cera, Oleo, et alijs ad diuinum cultum pertinentibus. procurandis. Jtem Ecclesiæ Vpsalensi. curiam meam in Gestringia. quæ dicitur insula Jtem Ecclesiæ Arosiensi curiam meam Mulhammär. Jtem Ecclesiæ in Strängenäs curiam meam Jdō Jtem Ecclesiæ Skarensi curiam meam Haldiæ. Jtem Ecclesiæ lincopensi curiam meam Skinnarydh Hanc tamen conditionem seruari volo, quo ad curias supradictas cum omnibus attinentijs ut ad eos vsus seruitij Diuini deputentur quos ve-

nerabiles patres Ecclesiarum Episcopi predictarum insimul conuenientes, cum alijs executoribus mei testamenti Deo iudicaverint magis gratos. Jtem cuilibet loco seu monasterio religiosorum vel religiosarum. Regni Suetiæ lego quinque marcas denariorum, illis exceptis. quibus plus confero. Jtem Cuilibet hospitali Regni Suetiæ quinque marcas den. Jtem Sororibus Sanctæ Claræ in Stocholm lego decem marcas den. Jtem Ecclesiæ Stocholmensi quinque marcas den. Sacerdoti ibidem tres marcas den. Jtem domui Sancti Spiritus in Stocholm lego quinque marcas den. Domui Sancti Spiritus Vpsalensi quinque marcas den. Jtem Cuilibet Ecclesiæ in qua bona habeo, lego vnum solidum terræ assignandum. de prædio incolarum curiarum mearum, si quos in illa parochia habeo. Sin autem prædictvs solidus terræ ex ipsis curijs meis assignetur Jtem cuilibet Sacerdoti in cuius parochia bona habeo, lego marcam den. Jtem dilectæ vxori meæ confero Curiam meam Gum. quamdiu in Regno Suetiæ voluerit commorari. et in statu viduitatis perseuerare. Si vero ipsam matrimonium legittime contrahere contigerit volo vt predicta curia hæredibus meis deputetur. Vt autem huius testamenti mei ordinatio obtineat roboris firmitatem. clementissimo principi Domino meo B. Dei gratia Sueorum Gothorumque Regi supplico humiliter ex intimo cordis mei. Quatenus memmor seruitij si quod feci. et condonans offensam, qua offendi, motus visceribus pietatis et benignitatis solitæ autoritatem præbeat et tutelam prædictæ ordinationi, meæ vltimæ voluntatis Cui etiam humiliter supplico, Vt huius testamenti mei executor dignetur existere, vna cum venerabilibus Patribus et Dominis Episcopis Scarensi Lyncopensi Strenginensi et Arosiensi et Domino Folcone Joonson et Domino Gutmaro et Domino Petro Liquisson et Cristierno Aduocato Stocholmensi quod si quam firmitatem optineat. De mera reputo gratia Domini mei Regis. Vt autem legata in hoc testamento, et debita mea alia facilius possint solui. et iniuste per me a quibuscumque ablata restitui. omnia bona mea propria, alia a prædictis executoribus meis assigno. humiliter supplicando, vt vnicuique quod iusticia exigit reddere studeant sine mora. et pro hoc specialiter rogo Christiernum aduocatum Stocholmensem. vt cum scitu Domini mei Regis et aliorum executorum satisfieri faciat propter Deum. Ad huius autem testamenti mei euidentiam pleniorem Sigilla Domini Folconis Jonson Christierni Aduocati Stocholmensis. Communitatis Villæ Stocholmensis et Conventus fratrum minorum ibidem præsentibus sunt appensa. Datum Stocholm Anno Domini M CCC. Sexto. Quinto Jdus Februarij.

1497. 1306 d. 10 Mars.

Ormolfs, Ingemunds och öfriga arfvingars efter Arnvid i Bredaryd förpantningsbref på Hamra till Nydala kloster, för 60 mark penningar af de 80 mark, som Arnvid i testamente ditgifvit, sedan Abboten Johannes efterskänkt 20 mark.

A. 3. 1.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Ormolphus et jngimundus Ceterique heredes domini arnwidi de breþa rÿdh salutem et cognoscere veritatem, Quoniam dominus johannes abbas Noue vallis ad instanciam multorum nobilium de octaginta marchis suo monasterio ex parte nominati predilecti fratris nostri quondam domini arnwidi Testamentaliter collatis nobis viginti marchas denariorum indulgebat, presentibus dominis Thordone preposito et Gunnone de rÿzbÿ Nec non vddone dicto skalgha et Ærlændo kroknæf et Petro brun, ac alijs multis fide dignis promittimus fide prestita corporali. quod in prompta pecunia, Pecoribus et alijs bonis rebus wlgariter dictis bopænninga, predicto domino abbati et suo conuentui cum graciarum accione integraliter debemus persoluere sexaginta marchas denariorum ad vltimum septimana post festum proximum sancti Michaelis, Protestantes quod Cum omnibus mobilibus et immobilibus Curia in hambrum supradictis monachis remanet impignorata sicut in testamento continetur donec predicta summa totaliter fuerit persoluta. Jn cuius rei testimonium quia sigilla propria non habuimus Omnes in littera superius nominatos rogauimus presentem litteram sigillare, Datum anno domini M° CCC° sexto, quinta feria ante mediam quadragesimam.

Sigillen N:o 1 borta, 2, 4, 5 söndriga, 3 oskadadt.

1498. 1306 d. 11 Mars. Bergen.

Biskoparne Erlands och Arnes samt Domkapitlets i Bergen vidimation af Grefve Jacobs bref om Halland, med beskrifning på Grefvens derunder befintliga större sigill.

L. f. 68.

Universis præsentes litteras inspecturis Erlendus Dei gracia Episcopus Farensis, Arnas eadem gracia Episcopus Bergensis ac capitulum ejusdem Ecclesiæ Bergensis salutem in domino sempiternam. Noverint universi nos vidisse et diligenter perlegisse literas domini Jacobi comitis, non rasas non abolitas, nec in aliqva sui parte viciatas de verbo ad verbum infra scriptum tenorem continentes, sub majori sigillo dicti domini comitis cujus sigilli super scripcio hoc est, qvod in superiore parte est qvidam Leopardus qvasi

gra-

gradiens positus ex transverso et desnbtus Leopardum est campus continens sparsos flores qvi dicuntur Söblad. Omnibus &c. *Se föreg. N:o* 1458.

In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Bergis in vigilia beati Gregorii Pape anno domini M CCC.VI.

1499. 1306 d. 7 April. Opslo.

Konung Håkans i Norrige, uppå jordägares i Viken anförda besvär öfver arrendatorernas tredskande, att årliga arrendet enligt gammal plägsed och Vikens gamla lagbok erläggа, gifna förordnande, att det skall, vid en marks böter enligt lag, årligen före Jul erläggas.

L. h. IV: 418.

Hacon Dei gratia. Notum sit vobis, proprietarios Vikenses nobis questos esse, prædiorum conductores annuam mercedem detrectare, quam mos priscus et antiqvus Codex Vikensis imperat. Nos itaque per omne Gulense territorium firmiter ordinavimus, consentientibus optimatibus, qui præsto erant, ut mercedes ex nostris, Ecclesiæ privatorumque prædiis, quotannis ante festum Christi Natale solvantur, sub multa unius marcæ, ex tenore legum. Mandamus insuper Nomophylacibus, ut secundum horum tenorem post hanc diem jus dicant; sub ira et offensa nostra, si quis hæc ullo modo violaverit. Osloæ, die Jovis in hebdomada paschali, anno regni nostri octavo, qui est Christi 1306.

1500. 1306 d. 17 April. Roskild.

Biskopen i Roskilds Olofs vidimation af en Påfven Innocentius IV:s Bulla, hvilken Munken Bo från Nydala företett.

A. 1. a 19 *).

Omnibus presentes litteras inspecturis [1]) - Olauus - diuina miseracione Episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam - Vobis vniuersis et singulis Tenore presencium intimamus quod religiosus uir frater Boecius monachus Monasterij Nouevallis Cysterciensis ordinis - lincopensis dyoscesis - in nostra presencia constitutus - quasdam litteras apostolicas uera bulla et filo serico bullatas - coram nobis exhibuit et pupplicauit - non uiciatas, non

*) En annan finnes, A. 1 a. 18, hvarifrån sigillet bortfallit, men röda, hvita och gröna silkestrådarne äro qvar. Den har följande 2:ne olikheter:

1) uisuris uel audituris.

cancellatas - sed omnj uicio et susspicione carentes - tenorem quj sequitur continentes - JNNOCENCIUS episcopus &c. *Se föregående N:o* 371. Quibus exhibitis et diligenter inspectis ad instanciam predictj fratris Boecij - eas transcribj fecimus de uerbo ad uerbum [2]) nil addito uel mutato - et redigi in hanc pupplicam nocionem - Jn cujus rej testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum - Datum Roskildis - Anno dominj M° CCC° VI° quintodecimo kal. Maj.

På frånsidan: vidisse super papalia de decimis.

Sigillet, något skadadt, hänger på röda, hvita och gröna silkestrådar.

1501. 1306 d. 17 Apr. Roskild.

Samma Biskops vidimation af en annan samma Påfves, af Munken Be uppvista, bulla.

A. 1. d.

Omnibus presentes litteras inspecturis - OLAUUS diuina miseracione Episcopus &c. *Lika med föregående N:o* 1500 *till* JNNOCENCIUS Episcopus &c. *Se föregående N:o* 372 *). Quibus exhibitis et diligenter inspectis - ad instanciam predicti fratris Boecij - eas transcribj fecimus &c. *lika med nästföregående ända till slut.*

Sigillet, nästan oskadadt, hänger på röda, gula och gröna silkestrådar.

1502. 1306 d. 1 Maj. Köpenhamn.

Bemälde Biskops vidimation af en Påfven Alexander IV:s Bulla.

A. 3. þ.

Omnibus presentes litteras inspecturis - OLAUUS miseracione diuina Episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam - Noueritis nos quasdam litteras apostolicas uera bulla et filo serico bullatas - non uiciatas non cancellatas - sed omnj uicio et susspicione carentes - vidisse et perlegisse in in hec uerba - ALEXANDER Episcopus &c. *Se föregående N:o* 441. Nos igitur in hujus rej testimonium - sigillum nostrum presentibus duximus apponendum - Datum Hamnis - Anno dominj M° CCC° sexto in die beatorum philippj et Jacobj apostolorum.

Sigillet bortfallet; röda, gula och gröna silkestrådar qvar.

---

2) de uerbo ad uerbum *utesl.*

*) Bullan har här: Datum Lugduni XIII kal. Octobris, pontificatus nostri anno septimo.

1503. 1306 d. 1 Maj. Köpenhamn.

Bemälde Biskops vidimation af Påfven Bonifacius VIII:s bulla.

A. 1. d. *).

Omnibus presentes litteras inspecturis. Olawus miseracione diuina episcopus Roskildensis, Salutem in domino sempiternam Noueritis nos quasdam litteras apostolicas vera bulla et filo serico bullatas vidisse et perlegisse non viciatas, non cancellatas sed omnj vicio et suspicione carentes tenorem qui sequitur continentes. Bonifacius &c. *Se föregående N:o* 1376. Nos igitur jn huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus . . . . apponendum. Datum Hamnis Anno domini M° CCC° sexto die beatorum philippi et jacobj apostolorum.

1504. 1306 d. 16 Maj. Stockholm.

Folke Jonssons Gåfvobref på fisket Ykowerka till Bo Niclisson och dess arfvingar, om han några med sin dåvarande fästemö Cecilia Knutsdotter erhåller.

A. 6. a

Omnibus presentes litteras uisuris uel audituris. Folco Jonsson. Salutem in domino sempiternam. Notum facio per presentes, quod piscaturam meam, dictam ykowærka, boecio niclæsson dedi et assignaui, sibi, et heredibus suis, si quos ex cecilia knutsdottor, que nunc est sponsa sua, dante domino generabit. perpetuo possidendam. adempta michi et heredibus meis omni facultate dictam donacionem ullo umquam ingenio reuocandi. nisi quod absit, contingat dictum boecium sine liberis ex ipsa cecilia procreandis, tolli de medio. quia tunc uolo quod dicta piscatura ad me uel heredes meos, sine contradiccione qualibet reuertatur. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. ad maiorem igitur firmitatem ne possit super ista donacione dubietas aliqua suboriri, petiui et optinui sigilla uenerabilium uirorum, dominorum, swantapolc, kanuti jons son, birgeri pætars son. Magni gregoris son. et philippi ingiwalsson, presentibus apponenda. Datum stucholmis anno domini .M°. CCC° sexto, die lune infra octauam ascensionis domini nostri.

Sigillen alla i behåll, men något skadade.

*) Ur en afskrift af år 1350, vidimerad af Abboten Ragnwald och Konventet i Alvastra. I midten af brefvet äro tvenne större hål frätta.

1505. 1306 d. 16 Juni. Tynnelsö.

Konung Birgers Skyddsbref för Fogdö kloster i besittningen af Tibble, som Birger Philipsson dit testamenterat.

A. 3. k.

Birgerus dei gracia sweorum gothorum que Rex, Omnibus presentes litteras jnspecturis salutem in domino. Constituta in presencia nostra domina abbatissa de fodhø conquesta est curiam Thygbyle quam birgerus philippusson testamentaliter contulit dicto monasterio cum pertinenciis ceteris perpetuo possidendam pro se et dominabus ibidem in pertinenciis quam plurimum impediri, dignum igitur arbitrantes omnes et singulos et maxime sponsas christi ad justiciam confouere dictam curiam cum pertinenciis quibuslibet sicut ipse birgerus ipsam habuit et in testamento continetur, libere possidendam sentencialiter confirmamus, prohibentes firmiter et districte ne quis dictas dominas aut procuratores earum super dicta curia aut aliquibus suis pertinenciis audeat impedire, verum si aliquis ius aut racionem appetendi dictam curiam aut aliquam de pertinenciis suis esse sibi viderit, super hoc nobis conqueratur nec alij cuiquam quia omnem impeticionem huius cause nostre examinacioni et sentencie decreuimus reseruandam, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Thynilsø anno dominj, M°,CCC°, sexto, XVI. kalendas julij.

På frånsidan: littera domini birgeri regis swecie Tybille.

Sigillet borta, jemte den ur brefvet klippta remsan.

1506. 1306 d. 13 Juli. Kattasträte.

Orm Håkanssons öfverlåtelsebref till Ragnar på sin hustrus gods Öfra Walla på Selaön, för att af Magnus Marineson och Inge Ragnwaldsson sins emellan lika fördelas.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ormerus haqunsson salutem in virginis filio gloriose, tenore presencium constare volo euidenter me nobili viro ragnero predium quod vxor mea in yfra vallum apud sila posedit totaliter dimisisse, Jsta tamen condicione prout discreti viri dominus magnus marina sun et dominus jngo ragualdsson inter eos equaliter fuerint dispensuri, Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum kattastræte anno domini M° CCC° VI°, III° idus Julii, valete in christo.

Sigillet, nästan oskadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.

1507. 1306 d. 19 Juli.

Magnus Carlssons gåfvobref på alla sina egodelar i Tveta och Landsmark till Wreta kloster, för sin systers syndaförlåtelse.

A. 3. t.

Omnibus presens scriptum cernentibus MAGNUS KARLSSON salutem in domino Tenore presencium constare volumus vniuersis, nos claxstro monialium in wretum omnes et singulas possessiones nostras in thywetum et lanzmark infra sepes et extra secundum leges terre assignasse ob remissionem peccatorum dilecte sororis nostre Jn cuius rei testimonium et ad euidenciam pleniorem sigillum nostrum vna cum sigillis discretorum dominorum domini holmgeri domini dan domini kanuti kanonici lincopensis et domini thyrneri ionsson est appensum Datum anno domini millesimo trecentesimo VI in vigilia beate margarete.

Sigillen N:o 1—4 mer och mindre skadade, N:o 5 borta.

1508. 1306 d. 30 Juli. Reso.

Höfvidsmannen i Finland, Harald Thorstenssons gåfvobref på en äng, som han erhållit af Nils i saköre, till Ville i Masko och hans arfvingar.

B. 5: 103. v. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus HARALDUS TORSTENSON finlandie prefectus in domino salutem sempiternam Cum ea que aguntur in tempore ne simul labantur in tempore viuacij solet litterarum testimonio suffulciri Tenore presencium constare volumus vniuersis nos pratum quod de nicolao in sakøri acquisiuimus exhibitori presentis villoni in masko et heredibus eius, perpetuo contulisse possidendum Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in reisum Anno dominj M°CCC° sexto proximo sabbato post festum beati olaui regis et martyris.

1509. 1306 d. 23 Aug.

Konung Birgers vidimation och stadfästelse af 3:ne Bref, rörande Predikaresystrarnes kloster i Calmar.

A. 3. y.

Birgerus dei gracia sweorum gothorum que Rex, Omnibus presentes litteras jnspecturis, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium

*) Ur en af Biskopen i Wexiö, Thomas, i Nummis utgifven vidimation, som tillika innehåller föregående Bref N:o 290.

mine abbatisse et conuentus ibidem et gracia speciali, Datum lincopie sub siggillo nostro, Anno domini M°. CCC°VI°. Jn die sancti Dionisii.

På frånsidan: stenbrydh.

Sigillet skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1514. 1306 d. 14 Oct. Afræ.

Hertigarne Erik och Waldemars skyddsbref för Riseberga kloster.

A. 3. n.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Ericus et waldemarus dei gracia Duces sweorum, salutem in domino sempiternam, Constare volumus omnibus euidenter, quod nos, Religiosas dominas et honestas, dominam abbatissam et sanctimoniales in Risæbærgh, cum omnibus bonis suis, mobilibus et inmobilibus, villicis et colonis, et personis in eisdem bonis commorantibus, sub nostre proteccionis munimen, et tutele graciam specialem recipimus defensandas, dantes et declarantes, memorata bona earundem, cum personis in eisdem bonis, ab omnibus exhibicionibus, inposicionibus et solucionibus quibuscumque, regio nomini debitis, libera penitus et exempta, si vero generalem expedicionem euocari, aut, generaliter subsidium de toto regno requiri, uel iudicium nostrum, aut corone juramentum infringi, seu in occultis homicidijs, mordh, dictis, aut furtis, quempiam conuinci contigerit, ista nobis specialiter uolumus pertinere, quapropter inhibemus sub optentu gracie nostre firmiter et districte, ne quisquam, sepedictas, dominas, abbatissam et sanctimoniales eiusdem uel bona earundem, seu personas in eisdem bonis commorantes, contra hanc nostram libertatem, eis indultam, audeat uel presumat aliquatenus indebite molestare, prout nostram euitare voluerit vlcionem. Jn cuius rei euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum. afræ. anno domini. M°. CCC°. VI°. kalixti pape.

Sigillen bortfallna, remsorna qvar.

1515. 1306 d. 14 Oct.

Svantepolk Knutssons Testamente af 20 mark lödig till Linköpings domkyrka och till det Kanonikat, hans farmoder stiftat i Flisby, sin gård i Kettilstad, att tillträda efter hans död.

B. 3. 132.

Omnibus presentes litteras jnspecturis swantapolk quondam ducis filius. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volo omnibus

nibus euidenter quod jn testamento meo ecclesie lyncopensi confero XX marcas puri argenti. necnon ad canoniam eiusdem ecclesie quam magister Jngo possidet videlicet flydhisby. quam mater patris mei ducis kanuti fundauit, tribuo curiam meam jn kiætilstadhum jure hereditario possidendam cum omnibus pertinciis et adiacenciis ad eandem jta tamen me prius mortuo existente Jn cuius rei euidenciam firmiorem sigillum meum presentibus est appensum Datum anno dominj M°CCC°VI° die beati kalixti pape.

1516. 1306 d. 18 Oct. Skeninge.

Hertigarne Eriks och Waldemars gåfvobref till Riddaren Folke Jonsson på godsen Limsta och Kettilsta, likasom Christian dem förut innehaft, med försäkran, att för sig och sina arfvingar få behålla dem, äfven i den händelsen, att Christian blifver frigifven och åter tagen till nåd.

B. 2: 46 (och 104).

Omnibus presens scriptum Cernentibus, ERICUS et WALDEMARUS dei gracia duces sweuorum salutem in domino sempiternam, constare volumus omnibus euidenter, quod nobili militi, domino fulconi Joonson, bona dicta limstæ et kætilstæ, cum omnibus et singulis suis pertinenciis sicut cristiernus ea liberius possedit, damus et tradimus jure perpetuo possidenda, et si cristiernum liberari contingat et in fauorem gracie nostre recipi, predicta bona propter ipsum cristiernum eidem domino fulconi et suis heredibus omnino libera faciemus, ita quod ab ipso domino fulcone, vel suis heredibus, nunquam debeant reuocari Jn cuius rei euidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda Datum skæningie anno domini M°CCC°VI° luce ewangeliste.

1517. 1306 d. 17 Nov.

Algot Jonssons Fullmakt för Presten Håkan i Hasle, att sköta och lagligen öfverlåta qvarnen vid Kekestad i Lidan, till Biskop Brynolf i Skara och hans efterträdare.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus. ALGOTUS JONSON. salutem in Domino. tenore presencium vobis constet vniuersis. me dedisse in mandatis. discreto viro domino haquino presbitero de haslu. scotandi et alienandi mihi et meis heredibus, secundum leges vesgothorum. molendinum cum torrente situm juxta kekistad in amne tipu cum acursibus et decursibus ad ipsum torrentem pertinentibus. Reuerendo patri domino brynulpho episcopo skarensi et suis successoribus perpetuo iure possidendum. habendum et tenendum et

quicquid deinceps placuerit faciendum. jn cuius testimonium sigillum meum presentibus apposui. actum anno domini. Millesimo. CCC.VI. die jouis proxima post martini.

På frånsidan: De molendino in kekestadhum in parochia vllerui.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1518. 1306 d. 22 Nov. Lund.

Ärkebiskopen i Lund Ysars bifall till Kaniken Thomas's anhållan, att med sitt kanonikat få förena Burlöfs församling.

B. 1: 133.

Jsarnus. miseracione diuina lundensis archiepiscopus specie primas. Dilecto filio. Thome. canonico lundensi. salutem et sinceram jn domino caritatem Tua nobis humili insinuacione monstrasti &c. *som i föreg. N:o* 1490 (*med* melioribus *i st. för* pocioribus,) *till* pensatis. ecclesiam parrochialem in bwrleeff in qua nobis merum jus competit patronatus. cum omnibus juribus. fructibus et pertinenciis suis Reseruato nobis nostrisque successoribus Jure episcopali in eadem. de consilio et consensu capituli lundensis. predicte prebende tue perpetuo annectimus. Volentes. vt secundum canonica instituta. jn dicta ecclesia. ydoneum et perpetuum habeas vicarium. canonice institutum. qui pro sua sustentacione. congruentem habeat de ipsius ecclesie redditibus porcionem. Preterea hoc perpetuo obseruari volumus. sub juramento prestito corporali. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum. necnon et sigillum predicti capituli nostri. presentibus sunt appensa. Datum Lundis anno domini MCCC sexto. kal. decembris Decimo.

Öfverskrift: Annexio ecclesie bwrleeff.

1519. 1306 d. 25 Nov. Vadstena.

Hertig Eriks uppmaning till Rådet i Norrige, att afråda Konung Håkan från att, till följe af förlikningen med Danmark aflägsna några af sina anhängare, enär Danska Konungen genom anfall på ett af Konung Håkans slott redan brutit denna förlikning.

L. f. 77.

Universis in Christo patribus dominis Jerundo archiepiscopo Nidrosiensi, Erlando Ferensi Ketillo Stavangrensi Helgoni Asloensi, arnoni Bergensi, et Ingelldo Hamarensi divina miseracione Episcopis, abbatibus, Baronibus et Consiliariis Magnifici principis, domini Haguini, Dei gracia regis Norvegie illustris patris nostri carissimi, militibus et armigeris cæterisque clericis et

laicis in Norvegia constitutis, ERICUS Dei gracia dux Sveonum, salutem in domino sempiternam, qvoniam magnificus princeps dominus et pater noster carissimus dominus Haqvinus Dei gracia Rex Norvegiæ prædictus voluit omnia tenere pro bono pacis, qve condicta fuerunt, inter ipsum et præclarum principem dominum E. Regem Dacie illustrem, sed idem dominus Rex Dacie placitacionis sue immemor ac fidei dacionis firmate inter ipsos et eorum regna prout in literis super hoc confectis plenius continetur, castrum domini nostri regis Haguini prædicti infra treugas et contra formam placitacionis in non modicum scandalum et dampnum sui et suorum armata manu combussit penitus et destruxit præter hanc placitacionem rationabiliter factam, fide media ipsius et nobilium de regno suo manifeste et publice infringendo, vobis omnibus et singulis bona fide consulimus, ut ipsum dominum nostrum regem efficaciter inducatis ut nullum de fautoribus suis vel sibi adhærere volentibus racione hujus placitacionis de regno suo removeat vel excludat, sed pocius omnes qvos obtinere poterit, colligat, teneat honestius et pertractet. Datum Wazstene Anno domini M CCC. VI. die Sancte Katherine Virginis.

1520. 1306 d. 27 Nov.. Stockholm.

STEPHANS af Hessleby och hans hustru MARGARETAS samt deras öfriga Slägtingars gåfvobref på jord i Gryta samt i Rosberga i Westmanland, jemte 50 mark penningar, till S. Clara kloster, i hvilket dottren Kettillög ingått som Nunna, hvarjemte årliga afkastningen af jord i Nostatuna till nämnde penningesummas betalning pantsättes, med vilkor, att om denna skuld ej inom 5 år blifvit betald, panten hemfaller till klostret.

A. 3. f.

Vniuersis presentes litteras visuris uel audituris, STEPHANUS de heslebÿ. ac dilecta VXOR sua MARGARETA. necnon et CETERI CONSANGUINEI eorumdem. Salutem in domino sempiternam. Notum vobis facimus per presentes, filiam nostram kætilløgh, habitum deuotarum dominarum sororum sancte Clare apud stocholm, accedente voluntate et consensu suorum affinium assumpsisse, Pro cuius aliarumque sororum sustentacione, ac ipsius monasterii vsibus. sex oras terre. quatuor in grÿtum, et duas in westmannia parrochia skedherghe. willa dicta Rodsbÿergum, sitas, perpetuo deputamus et insuper quinquaginta marchas denariorum vsualis monete. Pro quarum marcharum solucione. sex oras terre in villa dicta nostatunum eidem inpigneramus monasterio condicione subscripta. videlicet vt predicte sorores singulis annis fructus dictarum sex orarum in nostatunum percipiant, donec predicta pecunia totaliter fuerit persoluta. quod si infra quinquennium terra supradicta redempta non fuerit, extunc perpetuo eidem cedat monasterio, nec ab aliquo nostrum in

posterum aliquatinus inpetatur. Vt autem predicta maiorem optineant firmitatem, presentes litteras sigillis, discreti viri domini øiari Canonici vpsalensis. ac ciuitatis stocholmensis petimus roborari. Datum stocholm. Anno domini. M°. CCC°. Sexto. Dominica Prima aduentus domini.

Sigillen något skadade.

1521. 1306 d. 13 Dec. Nessia.

Olöf Tunesdotters Gåfvobref på Jerfslösa gård, till föda och kläder för hennes i Wreta kloster såsom Nunna ingångna dotter Christina, och att efter hennes död tillfalla klostret för årliga själamässor öfver gifvarinnan samt hennes arfvingar och förfäder.

A. 3. t.

Vniuersis presens scriptum visuris, vel audituris, Olof thuna dotær salutem, et rei geste cognoscere veritatem Quia ordo naturalis exhigit vt mater filiis et filiabus suis inpendat beneficia materne caritatis, Jllis precipue qui merito melioris vite fulciuntur Hinc est quod luce clarius omnibus cupio elucere quod dilecte filie mee cristine sanctimoniali Wretis quam propter religiosam vitam suam, sincere et tenere diligo, et amplector, duxi conferendum curiam meam in Jærunzløsø cum omnibus suis attinenciis infra sepes et extra ad meliorandum victum et vestitum suum in vita sua, volensque vt post eius obitum eadem curia cedat ad usus perpetuos monialium monasterii supradicti in nostrarum animarum refrigerium et progenitorum nostrorum ac consanguinium beneficium sempiternum, Jta quod prouentus dicte curie per ordinacionem domine abbatisse ad pitanciam conuentus annuatim in crastino apostolorum philippi et iacobi fideliter in perpetuum expendantur, quia eodem die pro me et meis heredibus et progenitoribus missas et oraciones speciales deprecor a conuentualibus monasterii supradicti celebrari Jn huius rei confirmacionem sigillum venerabilis patris domini L dei gracia episcopi lincopensis vnacum sigillis dilectorum propinquorum meorum videlicet domini .B. prepositi skarensis fratris mei ac sororum mearum domine Jngiburgis et domine helene et domini Magni cristinæson, mathei haconason ac meo proprio quo vtor et dilecti filii mei magni presentibus sunt appensa Datum et actum neissium anno domini M° C°C°C° sexto in die sancte lucie virginis et martiris.

Sigillen äro alla bortfallna, endast efter N:o 5 finnes remsan qvar.

1522. 1306 d. 13 Dec.

Olöf Tunnesdotters Gåfvobref på Jerfslösa gård till Wreta kloster för årliga själamässor efter henne och hennes slägtingar.

A. 3. t.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Olof tunæ doter. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare uolo, Quod curiam meam in iærunzløso cum omnibus attinenciis suis intra sepes et extra ob remissionem peccatorum meorum et remedium anime mee contuli sanctimonialibus de wretis, eisdem in perpetuum possidendam. Jta quod racione dicte donacionis habeat conuentus pictanciam ad ordinacionem domine abbatisse annis singulis in crastino apostolorum philippi et iacobi. quia eodem die animarum missas pro me et cognatis meis ibidem deprecor celebrari. Jn huius ergo rei confirmacionem sigillum venerabilis patris. Domini. L. episcopi lincopensis vna cum sigillo meo et filij mei magni presentibus est appensum Datum. Anno domini M° CCC° VI° Die beate Lucie virginis.

Sigillen: N:o 1 borta, 2 något söndrigt, 3 skadadt.

1523. 1306 d. 26 Febr.—17 Dec. *). Skeninge.

Arnolf Eskilssons Gåfvobref på hvad Wreta gård kunde vara bättre än Hälleby med fiske och mellangift i penningar, hvilket han af Skeninge Nunnekloster i byte erhållit, samt försäkran, att om detta klandras, klostret skall i stället erhålla Eneby i Byringe, sådant han det till sin hustru lemnat, m. m.

A. 3. s.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris, Arnulphus eskilssun, jn dei filio salutem, Tenore presencium constare volo vniuersis, quod si curia jn wretis cum suis attinenciis melior fuit in modico vel magno, quam curia jn hællibŷ et piscacio et pecunia parata, quam a sororibus apud sanctum martinum skieningie, pro eadem recepi jn publica et presencia multorum bonorum racione commutacionis, hoc totum. silicet quantumcunque melior extitit curia supradicta jn vretum, confero viuus et sanus, claustro supradicto jrreuocabiliter jn perpetuum possidendum jn remissionem meorum peccatorum, Et si heredes mei nisi, seu conati fuerint commutacionem istam et donacionem, per se vel per alios reuocare in vita mea vel post mortem meam, Tunc supradictis sororibus confero et assigno loco curie in

*) Ingen bestämning är bifogad, som antyder hvilkendera af de 4 Tamper-Lördagarne d. 26 Febr., 28 Maj, 17 Sept. eller d. 17 Dec. brefvet detta år blifvit gifvet.

vretum, Curiam meam Enebÿ in buringi cum omnibus sibi attinentibus mobilibus et immobilibus, sicut eam dilecte vxore mee deputaueram. loco curie supradicte, Assigno eciam sororibus extunc piscacionem quam ab eis recepi in hælliby, et quicquid emi in vretum vel quocunque alio modo optinui, de habitantibus in haralshøg vel ab aliis quibuscunque, siue ante, siue postquam duxi helenam in vxorem, et curiam jn hælliby quam habuj a sororibus sepedictis cedat heredibus meis in possessionem, Jn cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum skiæningie Anno domini .M°. CCC°. VI. sabbato quatuor temporum.

Sigillet borta, jemte den ur brefvet klippta remsan.

1524. 1307. Alvastra.

Holger Ulfssons Testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap, hvarigenom Bredastad i Widbo gifves till Alvastra kloster för en årlig själamässa, penningar tilldelas kloster, prester och kyrkor samt lösegendom anordnas åt tjenare.

A. 3. v.

Jn Nomine domini Amen. Cum naturalis exaccio debitj sine certo vite sue termino in pristinam apellit originem unumquemque transmutari, Ego Holgerus Wlfson corpore debilis racionis mee non inualidus secundum monita saluatoris nostri decreui terrenis et transitorijs bonis celestia et perhenniter mansura comparare, condens testamentum meum in hunc modum. Jn primis ecclesie sancte Marie in aluastrum vbi deo inspirante in extremis meis in presencia predilecte uxoris mee Jngigerdis quam spero vota et uoluntatem meam pre cunctis mortalibus velle deducere ad effectum et in presencia multorum testium fide dignorum circa me tunc temporis existencium locum elegi sepulture Curiam meam bredhæstadher in vidbo situatam cum molendinis coloniis agris pratis pascuis et piscarijs nemoribus ac pertinencijs ceteris infra sepes et extra confero nomine testamenti quam curiam prelibate consorti mee predilecte in crastino nupciarum nostrarum quod dicitur morongief assignaui loco ipsius curie et loco prediorum empcionis titulo acquisitorum curias meas kyningsrum et naruarhø sibi vendico eodem iure possidendas, hoc volens quod in crastino *) post dominicam in albis memoria mea meorumque propinquorum a conuentualibus solempniter celebretur et eodem tempore conuentui et XXIIII. pauperibus per prouidenciam domini abbatis sufficiencia necessaria ministrentur, Jtem fratribus minoribus lincopie. XXX. Marchas denariorum usualis monete do et lego, Jtem ut multiplicatis intercessoribus

*) Här är en lacun i brefvet, ehuru intet ord synes fattas i meningen.

pater misericordiarum ad indulgenciam facilius inclinetur cuilibet claustro in regno swecie ex ista parte maris constituto cuiuscunque ordinis confero unam Marcham argenti. et dimidiam Marcham argenti cuilibet ospitali regni eciam memorati. Jtem cuilibet plebano et ecclesie in cuius parochia bona patrimonialia habere dinoscor unam Marcham lego monete vsualis inter se equaliter diuidendam. Jtem cuilibet armigero meo unum equm confero cuius predilecta uxor mea conspiciat bonitatem. Jtem Harthica famulo meo equm meum rubeum do pro XX. Marchis denariorum appreciato famulo meo steenæ gladium meum confero. Ceteri autem famulis meis cotidianis remunerari committimus predilecte uxori mee et alijs exequtoribus testamenti huius. secundum uniuscuiusque eorum famulatum. Jtem de XL. Marchis puri quas mihi frater meus karissimus fulco tenetur XV. ex eisdem Marchis deputo ad redempcionem crucis mee ad terram sanctam ista condicione prehabita quod decem marche laboranti dentur in expensas et quinque in terra sancta offerentur. XX autem quinque Marchas puri residuas soluat predilecte uxori mee plenariter et perfecte pro debitis meis redimendis. Ceterum debita mea persoluenda committo predilecte consorti mee de qua magis confido et karissimis fratribus meis fulconi laurencio et humgero domino magno kaarlsson execuqutoribus huius testamenti, quorum sigilla una cum proprio presentibus sunt annexa, Datum anno domini M°.C°C°C° VII.

Alla 5 sigillen borta, remsorna qvar.

1525. 1307 Odat.

Waldemars af Sundathorp Testamentariska anordning af penningsummor till kyrkor och kloster, hvarvid Alvastra kloster försäkras om jord i Halstad, till pant för de 30 mark penningar, som för vald griftplats i klostret blifvit anslagna.

A. 3. v.

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen, Ego WALDEMARUS de swndathorp considerans quod omnia que sub celo sunt ex nichilo condita sunt, et ad suam originem tendunt vniuersa, et hoc solum de rebus transitorijs post huius vite transitum non transire dinoscitur quod ad pietatis misericordiam erogatur, Jdeo in superbenedicte trinitatis nomine de rebus mihi ab ea licet immerito largissime concessis testamentum meum condidi in hunc modum, Jn primis monachis alvastri ad quos diutina deliberatione mihi eligi locum sepulture confero XXX:ta marcas denar. currentis monete obligans pro eisdem XXX:ta marcis dimidium octonarium situm in calstadum, assignans eundem loco pignoris monachis memoratis condicione talj vt si ante festum sancti olauj proxime venturum ab heredibus meis redem-

ptus non fuerit, denoluatur ad vsus perpetuos claustri supradictj, Jtem parrochiali ecclesie mee byelbo lego XX.ti Marcas Jtem sacerdotj ibidem X. Marcas ad speciales vsus mense sue Jtem confero Domino olano dilecto, et fidelj confessorj meo .I. Marcam, Jtem ecclesie lincopensi .III. Marcas, fratribus minoribus ibidem III. Marcas, Fratribus minoribus sutharcopie .III. Marcas, Ecclesie sancti laurencij ibidem .I. Marcam, Hospitalj ibidem .I. Marcam, Hospitalj skaningie .I Marcam Jtem fratribus predicatoribus skaningie III. Marcas, sororibus ibidem .I. Marcam, Jtem singulis ecclesiis in quibus predia mea situata sunt, ac singulis sacerdotibus ibidem celebrantibus confero singulas dimidias Marcas. Jn huius rei euidens testimonium sigillum meum vna cum sigillo Magnj predilectj filij mej presentibus est appensum, Datum et actum Anno Dominj. M°. C°C°C°, VII°. in

På frånsidan: Super dimidium octonarium terre in kaalstaadhom.

Sigillen något skadade.

1526. 1307 d. 8 Jan. Sääm.

Hertigarne Eriks och Waldemars Gåfvobref på Häckenäs till Folke Jonsson och hans arfvingar.

J. 6: 266. v.

Omnibus præsentes literas inspecturis, Ericus et Waldemarus Dei gratia duces Svecorum. salutem in Domino; provida principium circumspectio in sui status culmine, tanto magis ab omnibus Excellitur commendanda, quanto amplius et opulentius bene sibi seruientes remunerat, et ipsos ad seruiendum animans, manu munifica reddiderit aptiores. Constare volumus igitur omnibus evidenter, quod dilecto et fideli nostro Domino Folconi Ioansson et suis hæredibus Curiam Häkkienäss, cum colonijs, agris, pratis, pascuis, siluis, molendinis, piscarijs et ceteris pertinentijs, intra sepes et extra, longe uel prope positis, mobilibus vel immobilibus, cum beneuolentia et voluntate nobilium virorum, Domini Ioon dicti Ängill, et Petri Magnussons, ipsi Domino Folconi in præsentia nostra coram multis fide dignis publice et fauorabiliter adhibita, damus et tradimus iure perpetuo possidendam, transferentes in ipsum suosque hæredes plenum proprietatis ius et possessionis dominium prædictam curiam, cum suis pertinentijs superius tactis occupandi, vendendi, donandi, commutandi, et quocunque modo voluerint pro suis usibus ordinandi, et ab ipsis nunquam alicuius aduentionis ingenio revocandam. In cuius rei Evidentiam, sigilla nostra, vna cum sigillis Venerabilium Patrum, Dominorum, Laurencij Lincopensis, Magni Wexionensis Episcoporum, ac cum sigillis nobilium Dominorum, Domini Aberni Sextens-

son

son Dapiferi nostri, Domini Philippi Vlffson, Domini Ioon dicti Ängill, et Petri Magnussons suprascripti, præsentibus sunt appensa. Datum Sääm Anno Domini M. CCC.VII. Dominica infra octauas Epiphaniæ.

Af teckningen ses, att ett sigill varit borta, 2:ne skadade och ett fullständigt.

1527 1307 d. 20 Jan.

Haroks af Fiskaby testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap, och deribland en del af Kohult till Nydala kloster, samt penningar, m. m. till kyrkor och prester.

A. 3. k.

Cum iuxta sacre scripture testimonium. varij et inexcogitabiles sint humane fragilitatis euentus, nec scire quisquam poterit, nisi inspiratus diuinitus, quando, aut quo fine diem claudat extremum, Ego igitur Harochus de fiscaby, quamuis corpore debilis et infirmus animj mej tamen compos, hujus seculj fragilitatem considerans, testamentum meum in hunc modum disposuj ordinandum, Jn primis monachis nouevallis, apud quos eligo locum sepulture, confero predium meum in Coahult, cum omnibus pertinenciis suis, infra sepes et extra, exceptis duabus paruis partibus, quas ibi Erichus, et sweno possident, iure perpetuo possidendum, Jtem confero ecclesie de swythnarom dimidiam marcam, sacerdotj ibidem vnam vaccam, Ecclesie de malbek dimidiam marcam, sacerdotj ibidem similiter, Ecclesie de Topthryd dimidiam marcam, sacerdotj ibidem eciam dimidiam marcam, villico meo in Esgestorp capam meam, in hujus rej testimonium, sigilla discretorum virorum, videlicet hemmingj ysaksson, dominj sigmundi de sanzio, dominj haquinj de Topthryd, Byrgerj dictj stert, sunt appensa presentj testamento, Nos igitur predictj, videlicet hemmingus, Sigmundus, et haquinus, sacerdotes, necnon Byrgerus dictus stert, protestamur, vxorem et heredes ceteros harochj quondam nominatj, in audiencia nostra, et aliorum plurium, fide dignorum, omnia premissa, suo consensu confirmasse, Actum, Anno dominj, M°, CCC°, septimo, quindena post Epiphaniam dominj gloriosam.

På frånsidan: Parochia swidnarum. Kohwlt. Harokus de fyskaby.

Sigillen N:o 1 nästan oskadadt; N:o 2 och 3 bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna; N:o 4 synes aldrig hafva funnits.

1528. 1307 d. 20 Jan.

Magnus Carlssons intyg om vederbörande arfvingars bifall till Harok Sterts testamentariska anordning af all sin egendom, med blott någon del undantagen, i Kohult till Nydala kloster.

H. 1.

Omnibus presens Scriptum cernentibus Magnus karlsson salutem in domino sempiternam Protestamur presentibus heredes harochi quondam dicti stært donacioni testamentali quam idem harochus bone memorie fecit monasterio noueuallis de possessionibus omnibus quas habuit in coahwlth exceptis duabus paruis partibus quas ibidem possident ericus et sweno nobis audientibus consencientibus acclamasse Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apposuimus ab eisdem heredibus ad hoc rogati Datum anno domini Millesimo CCC°. septimo, quindena post epyphanyam domini gloriosam.

1529. 1307 d. 24 Jan. Påtorp.

Hertigarne Eriks och Waldemars Gåfvobref på deras andel i 2:ne torp Blåwik till Bo Niclasson.

A. 6. a. *).

Omnibus presens scriptum cernentibus, Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod dilecto et fideli nostro, Bo niclæs son partem nostram in duobus opidis, que. blawijk. nuncupantur dedimus et assignauimus, sibi et suis heredibus perpetuo possidendam, Prohibentes firmiter et districte, ne quis, ipsum super dicta donacione presumat aliquatenus indebite molestare. Datum pafwæthørp, anno domini. M°. CCC°. VII°. Jn profesto conuersionis beati pauli apostoli.

Fragmenter af sigillen äro qvar på de ur brefvet klippta remsorna.

1530. 1307 d. 30 Jan.

Magnus Carlssons intyg, att ett vite af 30 mark blifvit utsatt för den, som bryter det gjorda utbytet af Svens gårdar i Wrigstad socken till Nydala kloster emot klostrets gårdar i Wernamo, Starkeryd och Mölnarp.

A. 3. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus karls son salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus posteris et modernis

*) Finnes äfven i en af Abboten Ragvald i Alvastra vidimerad afskrift af d. 20 April 1345.

nos a discretis viris domino abbate johanne et conuentu noue vallis ex vna parte, et swenone gunna son ex altera audiuisse, quod infringenti concambium terrarum quod fecerant de possessionibus omnibus quas habuit jdem sweno jn parochia wrixstaþ gratanter acceptatis a predictis abbate et conuentu pro possessionibus eorum omnibus attinentibus curiis in Wernamo starkaryþ et mølnothorp cum agris, pratis et molendino penam jmposuerunt XXX:ta marcharum denariorum ex vtraque parte ad hoc fide prestita corporali, Jn cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum Anno domini M° CCC° septimo, Tercio kal. februarii.

Sigillet skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1531. Vid 1307.

Gjurd Nilssons bytesbref på en skift i Mjöhult till Abbot Johannes i Nydala, emot dess lotter i allmänningsskogen mellan Ingabo och Stenbäck i Fryeleds socken.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Gyrdo nicolai son in domino salutem presentibus protestor mé cum discreto viro Domino iohanne abbate conuentus noue vallis terrarum cambium egisse in hunc modum Quod ego pro partibus suis quas habet in communitate silue que iacet iuxta ingatbothi vsque ad riuulum qui wlgaliter dicitur stenbæk possessiunculam meam quam in miutlhult habeo que wlgaliter dicitur skipt contuleram. Jn cuius rei testimonium siggillum meum presentibus est appensum.

På frånsidan: Parua possessio in mthulth.
Sigillet finnes på en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1532. 1307 d. 13 Febr. Linköping.

Borgmästare och Råds i Linköping intyg, att Helena, Johannes Ingessons enka, i sin syster Christinas närvaro gifvit sin gård Utala till Linköpings Domkyrka (till inrättande af en prebenda).

B. 3: 116. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Consules ciuitatis Lincopensis salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis quod constituta coram nobis lincopie in sacrista ecclesie feria secunda post dominicam jnuocauit relicta johannis Jngason presentibus omnibus nostris videlicet rangwaldo baliuo hemmingo susanne laurencio prouisore curie episcopi pe-

tro bothulphi kanuto sutore, Røbichino et johanne tyeco bonda nec non et aliis quam plurimis fide dignis curiam suam vtalæ cum colonis molendinis et omnibus eiusdem curie attinenciis sorore sua cristina presente et consensiente publice et expresse nomine testamenti assignauit ecclesie lincopensi ad fundandam . . . . *Det öfriga, som varit fortsatt på följande bladet* 117, *är, tillika med bladet* 118, *ur boken bortskuret.*

I brädden, med något sednare hand: consensus super vtala et fröswi.

1533. 1307 d. 13 Febr. Linköping.

Domkapitlets samt Borgmästare och Råds i Linköping intyg, att Christina, Ingemunds af Anundstad enka, offentligen medgifvit sin syster Helenas rättighet, att efter behag afyttra sina gods i Utala och Fröswi, hvilka hon gifvit till Linköpings domkyrka.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis Capitulum ecclesie Lincopensis necnon et consules ibidem in domino salutem Tenore presencium constare volumus euidenter, quod constituta coram nobis lincopie in sacristia ecclesie feria secunda post dominicam inuocauit cristina, Relicta Jngimundi de Anunstad, publice recognouit et expresse consensum suum. voluntatem omnimodam et assensum dedisse penitus. vt Elena soror sua bona sua que habet vtalæ et frøswy cum coloniis, molendinis ceterisque eorundem bonorum attinenciis, possit, libere donare, permutare et quouis alio modo alienare necnon et de bonis eisdem testari et pro libito voluntatis ordinare. Renuncians dicta cristina in hiis omnibus et singulis, Excepcionibus doli mali, in factum condicioni, Jndebiti, omni iuris auxilio canonici et ciuilis, specialiter iuri, generalem renunciacionem non valere. Ac aliis omnibus iuris et facti excepcionibus. dicta bona iure hereditario, aut quolibet alio modo uel genere, inpetendi vendicandi, exigendi, petendi, calumpniandi seu eciam reuocandi, ad horum igitur euidenciam pleniorem. sigilla nostra presentibus sunt appensa, Huic facto interfuerunt vna nobiscum primo Ragwaldus aduocatus qui fuit festa man. quando dicta Elena secundum leges patrie per legittimas festas dicta bona assignauit ecclesie lincopensi, Jtem Hemmingus susanne, løbichinus laurencius, prouisor curie domini episcopi. sweno. tyndirbo, petrvs botulphi. kanutus sutor, nicolaus bøgir, Henichinus. corradi, Røbichinus et alij quam plurimi fidedigni. Datum et actum anno domini. M°. CCC° VII loco et die supradictis.

På frånsidan: Hec est littera de consensu cristine, sororis helene super donacione vtalom et fröswi. Sigillet N:o 1 skadadt, N:o 2 bortfallet.

1534. 1307 d. 13 Febr. Kepstad.

Gjurd Nilssons Salubref på sin och sin systers andel af Tröjeboda i Kolahult till Biskop Lars i Linköping för 110 mark penningar.

B. 3: 49.

Omnibus presentes litteras inspecturis Giwrdho niclisson salutem in domino sempiternam Constare vobis volo euidenter per presentes Me venerabili patri domino laurencio dei gracia Episcopo lincopensi curiam meam et sororis mee predilecte partem sibi in eadem curia attinentem jn kolahult dictam troyobodhe cum domibus, prediis siluis pecoribus ac omnibus aliis attinenciis mobilibus et immobilibus pro centum et decem marchis denariorum vsualis monete vendidisse necnon et sibi suisque successoribus ex parte mea et sororis mee Jngridis sine qualibet diminucione legaliter assignasse. dans eidem suisque successoribus plenam potestatem dictam curiam cum omnibus mobilibus et immobilibus ut premissum est. donandi. vendendi mutandi. commutandi. alienandi seu aliter pro sue libito voluntatis disponendi Jn cuius Rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis discretorum virorum. videlicet. dominj Elaui prepositi de alsidhum. dominj boo. prepositi de bierkrydhum. thorstani de fallandafors. dominj henrici de Akan. folkonis ionsson. gøzstaui siggasson. est appensum Datum kepstadhum anno domini M CCC VII Jdibus februarii.

1535. 1307 d. 2 Mars. Hammarhem.

Hertigarne Erik och Waldemars skydds- och frihets-bref för Gudhems kloster.

A. 3. 4.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Ericus et waldemarus dei gracia Duces sweorum salutem in domino, Constare volumus omnibus euidenter quod nos nobilem dominam ac religiosam dominam abbatissam de gutheem, totumque conuentum ibidem, cum omnibus bonis suis mobilibus et inmobilibus, villicis et colonis, ac personis et familijs in eisdem bonis commorantibus, sub nostre proteccionis munimen et tutele graciam recipimus specialem, dantes et declarantes eandem eiusdemque conuentum, cum premissis bonis, et personis, ab omnibus juribus et causis regalibus, videlicet, gengærth, almænningsøræ, spannæmaal. Lethungslamæ, skipwist et sakøøræ, ac alijs exhibicionibus, inposicionibus et solucionibus quibuscumque nomini nostro debitis, liberam penitus et exemptam, Si vero expedicionem nostram euocari, aut generaliter subsidium de toto Regno requiri, uel corone Juramentum,

seu Judicium nostrum infringi, aut in occultis homicidijs mordh dictis, vel furtis, quempiam conuinci contigerit, Jsta ordinacioni nostre volumus specialiter pertinere, Prohibentes sub optentu gracie nostre firmiter et districte, ne quis predictam dominam abbatissam uel eius conuentum, in premissis bonis seu personis, contra hanc nostram defensionem et libertatis graciam sibi indultam, molestare, inpetere, uel grauare presumat, seu quomodolibet inpedire, prout nostram euitare voluerit ulcionem. Datum. Hambrheem. anno domini. M°. CCC°. VII°. Jn quinta feria ante dominicam medie XL:e.

Sigillen N:o 1 bortrifvet, N:o 2 obetydligt skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1536. 1307 d. 6 Mars.

Hertigarne Erik och Waldemars Skyddsbref till Nunneklostret i Calmar, med frihet från alla ordinarie skatter och pålagor.

A. 3. y.

Ericus et W. dej gracia duces sweorum, Omnibus presentes litteras Jnspecturis. salutem Jn domino sempiternam. Tenorepresencium. Notum facimus euidenter, quod nos. religiosas dominas Margaretam priorissam. kalmarnie. totumque conuentum eiusdem. cum omnibus bonis ipsarum mobilibus et inmobilibus, villicis et colonis, familiis et personis in eisdem bonis commorantibus, sub nostram proteccionem recipimus et tutele graciam specialem, Reddentes ipsas cum bonis et personis premissis, ab omnibus causis et iuribus regiis ac exhibicionibus dictis skipuist spannamala. ledungxlama. ætagiald. gengiærd almenningxøre. et borghagierd ceterisque imposicionibus nominj nostro aut iuri debitis, liberas penitus et exemptas, Si vero expedicionem nostram euocari aut generaliter a toto regno requiri subsidium, seu corone Juramentum uel iudicium nostrum infringi aut causas in ocultis homicidiis mord dictis vel furtis emergere contigerit. ista sibi nullatenus libera reddimus, sed ea ad ordinacionem nostram specialiter volumus pertinere, prohibentes nequis ipsas in bonis aut personis premissis presumat aliquatenus molestare, Datum anno domini. M° CCC°. VII°. feria secunda proxima post Letare iherusalem.

På andra sidan: Konings sak øre vp ath taka aff landbomen; *samt med sednare hand:* Konungh Eriks breff.

Af Sigillen finnes blott det ena qvar på en ur brefvet klippt remsa, som likväl blifvit afryckt och sedermera fastsydd.

1537. 1307 d. 28 Mars. Nyköping.

Hertigarne Eriks och Waldemars stadfästelse på Upsala kyrkas och stifts alla förut undfångne privilegier, och serskildta stadganden om den så kallade fattigtionden.

A. 3. a. *).

Vniuersis presentes litteras visuris uel audituris [1]), Ericus et waldemarus [2]) dei gracia duces sweorum [3]), salutem in domino sempiternam [4]), Progenitorum ac [5]) predecessorum nostrorum uestigijs toto conamine inherentes [6]), et precipue in hiis que ad diuini honoris cultum spectant [7]), et salutem respiciunt animarum, Tenorepreseneium facimus manifestum, quod priuilegia omnia indulta et libertates concessas a predecessoribus nostris et precipue a patre nostro karissimo, felicis recordacionis Rege Magno, ac [8]) fratre nostro, domino [9]) Rege Birgero, vpsalensi ecclesie [10]) et ministris eiusdem, ac clericis et alijs eorundem personis quibuscunque dyocesis vpsalensis auctoritate nostra, necnon declaracionem et approbacionem, factas per predictos reges super decimis canonicalibus, que olim consueuerunt decime pauperum wlgariter appellari, approbamus, perpetuo ratificamus, et tenorepresencium irrefragabiliter innouamus secundum tenores litterarum a predictis regibus concessarum, ac si presentibus de uerbo ad uerbum essent expressi et inserti, Prohibentes firmiter et districte ne quis cuiuscunque dignitatis uel preeminencie presumat hanc predecessorum nostrorum et nostram concessionem infringere seu quomodolibet uiolare [11]), prout nostram indignacionem ac [12]) ulcionis acerbissime aculeos voluerit euitare. Jn cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum nycopie [13]). Anno domini. M°. CCC°. VII°. tercia [14]) feria pasce.

På frånsidan: priuilegia et libertates vpsalensi ecclesie et eius clero concessas per Reges Magnum et Birgerum Ericus et Waldemarus duces confirmant Jtem decimas canonicales dictas decimas pauperum.

Sigillet N:o 1 mycket skadadt, N:o 2 bortfallet, remsan qvar.

---

*) Ett annat original finnes med följande olikheter: 1) inspecturis *i st. f.* visuris uel audituris; 2) W. 3) suecie, 4) ihesu christo *i st. f.* sempiternam 5) et 6) inhererere cupientes *i st. f.* inherentes 7) et cultus spectant augmentum, *i st. f.* cultum spectant 8) et 9) Domino *uteslutet* 10) Ecclesie vpsalensi 11) impedire 12) et 13) Actum et datum apud Nycopiam 14) III. *På frånsidan af detta original:* Super priuilegiis per Ericum et W. duces confirmatis et decimis canonicalibus. *Under detsamma finnas 2:ne remsor, hvarifrån sigillen bortfallit.*

1538. 1307 d. 28 Mars. Nyköping.

Hertigarne Erik och Waldemars uppmaningsbref till invånarne i de tre Folkländerna, att lemna hälften af deras kyrkotionde till understöd för den påbegynta kostbara domkyrkan i Upsala.

A. 3. a

Ericus et waldemarus dei gracia Duces sweorum, Omnibus Tres fulclandias archiepiscopatus vpsalensis inhabitantibus, Jn domino graciam, dileccionem et salutem, Cum ecclesia vpsalensis, que est metropolis regni, sit inchoata ad honorem dei, opere adeo sumptuoso, quod eidem ad sui oportunam structuram, proprie nullatenus sufficiant facultates, absque vestrarum parochialium ecclesiarum adiutorio speciali, volumus, consulimus et hortamur, quatinus medietatem decimarum uestrarum ecclesiasticarum, secundum cursum et modum exhibendi easdem conswetum actenus, ad requisicionem ychonomorum fabrice vpsalensis curetis in antea fideliter exhibere. Datum Nycopie. anno domini. M°. CCC°. VII°. tercia die pasce.

Sigillen bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna.

1539. 1307 d. 28 Mars. Nyköping.

Hertigarne Erik och Waldemars tillstånd för Upsala Domkapitel att taga i besittning den af aflidne Marskalken Thorkel Knutson gifna gården Ön i Gestriklaad.

A. 3. a.

Vniuersis presentes inspecturis Ericus et W. dei gracia duces suecie salutem in domino ihesu christo Notum facimus per presentes Nos dedisse et concessisse Capitulo vpsalensi licenciam intrandi et occupandi auctoritate nostra possessionem predij seu curie que dicitur øø situate in gestringia cum omnibus pertinenciis eiusdem Curie prout eam quondam Marscalchus Th. knutsson legauit ecclesie vpsalensi. Hoc adiecto quod si aliquos contingat querulari racionabiliter se iniuste spoliatos parte possessionis seu predij predicti vel eciam sibi non fuisse plenarie satisfactum. predicti Capitulum teneantur eisdem secundum iusticiam et leges patrie respondere, Prohibemus igitur firmiter et districte Nequis ipsos Capitulum contra predictam nostram concessionem et datam licenciam presumat quomodolibet impedire prout graciam nostram diligere uoluerit in offensam, Actum et datum Nicopie Anno dominj M° CCC° VII°. tercia die pasche.

På frånsidan, af samma hand: De insula dicta öö. in gestricia que est capituli.

Remsan till sigillet N:o 1 finnes qvar, N:o 2 bortrifven jemte en del af uppvecket, hvari den varit fästad.

1540.

1540. 1307 d. 30 Mars. Nyköping.

Hertigarne Eriks och Waldemars förläning af åbyggnader i Näshult till Biskop Lars i Linköping, med samma friheter, som de af deras fader, Konung Magnus, blifvit honom förlänte.

B. 3: 49.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum salutem in domino sempiternam Constare volumus omnibus euidenter quod venerabili patri nobis in christo Carissimo domino laurencio dei gracia lincopensi episcopo Colonias jn nessiohult sicut temporibus karissimi patris nostri Regis magni easdem liberius habuit, libere duximus concedendas Quapropter mandamus colonis predictis sub optentu gracie nostre firmiter et districte quatenus Eidem uel suo certo nuncio omnimodam iusticiam Reuerenciam et obedienciam facere non omittant prout nostram euitare uoluerint ulcionem Volumus eciam ac firmiter precipimus ut si quis officialium nostrorum quicquam de prefatis colonis iam leuauerat Eidem domino lincopensi illud sine omnj contradiccione restituere non omittat Datum nycopie Anno domini M CCC septimo quinta die pasche.

1541. 1307 d. 10 Apr. Benhammar.

Jedward Philipssons morgongåfvobref på Watha till sin hustru Birgitta, dotter af Lagman Nils i Wärend.

A. 6. a.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, Jedwardus philippi filius, Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium singulis esse volo manifestum, me curiam meam vatha cum omnibus et singulis ad eam de Jure spectantibus sicut eam possideo, vxori mee predilecte Birgitte, Nicolai legiferi quondam verendie filie, donacione propter nupcias de voluntate et consensu patris mei karissimi domini philippi expresso dedisse et assignasse sub hac condicione possidendam, Quod si ipsam vxorem meam ante me sine prole mea discedere contigerit, ego bona supradicta redimere tenear pro quadraginta Marchis argenti puri, si vero me prius ab hac luce dominus vocauerit predictam curiam cum omnibus sibi adiacentibus possideat vxor mea supradicta, Si autem de ipsa mea vxore birgitta prolem suscepero ad eam memorata bona jure materno deuoluantur, Jn huius autem mee voluntatis testimonium et euidenciam pleniorem vna cum sigillis Nobilium virorum dominorum philippi patris mei karissimi kanuti jonsson, Magni gregorisson, Fulconis jonsson, philippi jngiualdsson, et domini Johannis presbi-

teri ecclesie knifsta fratris mei, sigillum meum presentibus est appensum, Datum et actum apud benamar Anno domini M°. CCC° VII°. feria secunda ante beatorum martirum Tiburcij et valeriani proxima.

Sigillen N:o 1 och 6 finnas nästan oskadade; N:o 2—5 och 7 bortfallna, remsorna qvar.

1542. 1307 d. 12 Apr. Svingarn.

Philip Ulfssons bytesbref på Sjökarlaby, som lemnas till Petrus Jungfru, i utbyte mot hans gård i Defwingsö.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, PHILIPPUS VLFSSON, salutem in domino sempiternam, ne quod veritas approbat .a. posteris trahatur in dubium viuaci solet testimonio litterarum liquido perhennari, Tenore igitur presencium ad communem proferimus nocionem, quod cum dilecto et fideli nostro, petro dicto jvncfrw commutacionem prediorum facimus in hunc modum videlicet quod eidem petro, suis que heredibus, curiam nostram syokarlaby, cum agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis, et ceteris pertinenciis, intra sepes, et extra, longe vel prope positis, damus et tradimus, cum pleno proprietatis, et possessionis dominio, iure pleno et perpetuo possidendam, Recipientes nobis, et nostris heredibus, in recompensacionem curie nostre predicte, curiam eiusdem petri, cum omnibus et singulis suis pertinenciis vbicunque locorum situatis, in defwinxø sitam, consimili pleno iure in perpetuum possidendam, ablata nobis, nostrisque heredibus omni facultate, hanc commutacionem vllo vmquam ingenio reuocandi, Jn cuius rei euidenciam, sigilla magnificorum principum, dominorum nostrorum, E. et W. ducum swecie illustrium petiuimus, et optinuimus, vna cum sigillo nostro presentibus apponenda, Datum swinagarn, anno domini. M°. CCC°. VII. feria quarta proxima ante tiburcii et valeriani.

Sigillen N:o 1, 3 bortfallna, remsorna qvar; af N:o 2 finnes ett fragment.

1543. 1307 d. 16 Apr. Ekolsund.

Herligarne Eriks och Waldemars skydds- och frihetsbref för Skokloster.

D. 7: 479 *).

Omnibus præsens scriptum cernentibus Ericus et Waldemarus Dei Gratia Duces Sweorum, salutem in domino sempiternam. Constare volumus omni-

*) Derstädes efter originalet.

bus evidenter, quod nos religiosas dominas et honestas, dominam Abbatissam et conventum ejusdem in Scho, cum omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, villicis, colonis, familiis et personis in eisdem bonis commorantibus, sub nostræ protectionis munimen, et tutelæ gratiam recipimus specialem, dantes et declarantes ipsas, cum predictis honis et personis, ab omnibus juribus et causis regalibus, videlicet lethungslamæ, Skipvist, Spannæmalæ, ætagiald, ac aliis exhibitionibus, impositionibus et solutionibus quibuscunque, nomini nostro vel juri debitis, liberas penitus et exemptas. Si vero expeditionem nostram evocari, aut generaliter de toto regno subsidium requiri, vel coronæ juramentum, seu judicium nostrum infringi, aut in occultis homicidiis Mordh dictis, vel furtis, qvempiam convinci contigerit, ista eis nullatenus libera reddimus, sed ordinationi nostræ volumus specialiter pertinere. Prohibemus igitur firmiter et districte, ne quis ipsas in premissis bonis vel personis, contra hanc nostræ defensionis et libertatis gratiam eis indultam impetere, gravare vel molestare presumat, seu quomodolibet impedire, prout gratiam nostram diligere voluerit inoffensam. Datum Ekolssund Anno domini M. CCC. VII. 16 Kalend. Maji.

1544. 1307 d. 16 April. Ekolsund.

Hertigarne Eriks och Waldemars Skrifvelse till Riddaren Folke Jonsson, med befallning, att undersöka och bestraffa de oförrätter Predikarebröderne i Sigtuna klagat sig lida af sina egna tjenare och andra, derföre att de ej blifva straffade.

A. 3. c.

Ericus et waldemarus dei gracia Duces sweorum, Nobili militi, dilecto sibi in christo domino folconi joon son sinceram in domino dilectionem et salutem, querela religiosorum virorum, Prioris et fratrum ordinis predicatorum syctunie, nobis proposita continebat, quod famuli eorum ex quo pro delictis non corriguntur, et non nulli alii, diuini nominis timore postposito, ipsis dampna, iniurias, et molestias varias, inferre non verentur, quia igitur dicti fratres, pro iusticia optinenda, causis et placitis, conuenienter interesse non possunt, nos ipsos tuicionis gracia speciali, et oportunis fauoribus, fouere, ac malignorum ausus temerarios, choibere volentes, de vestra prudencia firmam gerentes fiduciam, ad peticionem prioris et fratrum predictorum, vobis committimus per presentes, vt negocia ipsorum, que vobis exposuerint, secundum iusticiam prosequamini, per vos, vel per eum quem vobis substitueritis, si non vobis vacauerit, ac procuretis ipsis fieri iusticie complementum, et notabiles famulorum ipsorum excessus, debita choercione

castigetis, si quis autem eos indebite molestare presumpserit, omnipotentis dei et nostram poterit non inmerito formidare vindictam, Datum ekoolesund Anno domini M°. CCC°. VII. XVI. kalendas maij.

På frånsidan: Quod dominus Fulco Jonson famulos fratrum corrigat et fratres ab iniuriis tueatur.

Sigillet, skadadt, på en ur brefvet klippt remsa; flera synes icke hafva funnits.

1545. 1307 d. 17 Apr. Göksholm.

Carl Ulfssons, Drotset Ambjörn Sixtenssons, Riddarne Philip Ulfssons, Peter Ragnwaldssons och Leonhard Ödessons, samt Håkan Lämas skiftesbref å Fröken Brigittas och Ambjörn Sixtenssons barns mödernearf, hvarigenom på Frökens lott föllo Husbyfjöl, Göksholm, Alfwerwi, Smedby och Ulfsberg, och på de öfrige barnens lott Akra, Skulasta, Helgö, Kil Vindestad, Hwarf, Wam, Dille, Aros i Wermland, Bro och Hammarö, samt gården Moom.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Karolus vlfsson. Salutem in domino sempiternam. Constare volo omnibus per presentes quod anno domini. M°.CCC°.VII°. die lune proxima post tyburtii et valeriani, Ego karolus vlfsson cum nobilibus militibus dominis aberno sixtensson, dapifero illustris ducis swecie. philippo vlfsson. petro rangualdsson. leonardo ødhason. ac discreto viro haquino læma. conuenimus gøksholm ad computandum et diuidendum bona hereditaria domicelle byrgitte et liberorum Domini aberni sixtensson succedencia eis ex parte matris eorum condam consortis eiusdem domini aberni sixtensson bone memorie. vnanimi consensu in hunc modum. Primo quod ipsi domicelle .B. bona infrascripta. videlicet hosabyfiol cum agris. pratis. pascuis. siluis. piscariis. molendinis. ac ceteris eiusdem curie pertinenciis. gøksholm cum omnibus bonis mobilibus. et immobilibus. ac ceteris eiusdem curie pertinenciis. aluervi. cum ceteris eiusdem curie adiacentibus. Smidhaby. et vlfsberg. cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus. intra sepes et extra. longe vel prope positis, cedere debent, ac in sua possessione. et heredum suorum perpetuo perdurare. Jnsuper bona alia. videlicet. *akræ*. sculastæ. hælgø. kiil. vindistadha. hvarf. vaam. dillæ. aros. in vermalandia. bro. et hamarø. cum agris. pratis. pascuis siluis. piscariis. molendinis. coloniis. ac ceteris earundem curiarum pertinenciis. mobilibus et immobilibus intra sepes vel extra. longe vel prope positis. liberis predicti domini aberni. ex predicta diuisione succedere debent et eius heredibus vt superius est pretactum. Curia eciam in moom cum singulis suis pertinenciis liberis sepedicti aberni cedere debet. quam ego karolus vlfsson sponsus predicte domicelle .B. ac alii propinquiores cognati sui. cum molendinis et coloniis. adeo bonam faciemus. quod quatraginta thynones anone reddere valeat annuatim. Jn huius

igitur rei euidenciam pleniorem siggilla omnium nostrorum predictorum presentibus sunt appensa. Datum et actum anno. die. et loco supradictis.

Sigillen N:o 1—6 bortfallna, remsorna qvar; den första innehåller början till ett bref så lydande: Omnibus presens scriptum cernentibus Abernus sixstenson dapifer Domini .E. ducis sweorum illustris salutem in domino sempiternam Constare volo omnibus per presentes.

1546. 1307 d. 2 Maj.

Konung Håkan Magnussons i Norrige bref om de oförrätter Konungen i Danmark honom och Grefven af Halland tillfogat; med tillkännagifvande, att han på Hertig Eriks i Sverige, Biskoparnes och andra Råds råde antagit sig sin frände Grefve Jakob, Herr Peter Jakobsson, samt deras barn och andra duglige mäns barn från Danmark.

L. f. 91 *).

Hacon met gudz miskunn Noreghs Kongr sun Magnus Kongs sendir allum monnom thæim sem thetta bref sea edr hoyra qvediu guds och sina. that man gudi kunnight och hinom bedstom mönnom i ríkino sem optaz hafa í hiá os verit hvasso mikla ahyggio ver hafom haft och æfterlæitat vid Kong af Danmörk at fridr och nádhir mættu verda rikinna ímillum Noreghs och Danmarkar. thar sæm ver hafom í mörgom mött os och adra goda menn vara æfter at leita fridnom och sændom thá mæn sem ver haffdom med os och konghr af Danmörk gaf sök um daudha fodhrs síns til profs vidhr hann och undanförslo um thær sakir sæm hann gaf thæim. och thá er thæir skyldo thar koma. thá sás thæir bref thau sem móte thæim var göer och thæir hafa en i dagh i huæriom ær thæir varo ænghi thau lögh bodenn sem annat tuæggia gánga i Noreghe eda Danmörk ædha adrom landom sva at mæn hafa höyrt getit. oc thar met varo settar firir thæim stórar och hardar umsátor at sumir af thæim mátto met ængho móti fram thingat komaz. æn thæir sæm framkomo matto ænghom laghom ne rettindom framfirer sik koma utan konghr af Danmörk næmpdte menn til och let sværia upp á tha slíkt sem hanum líkadi och er that bædi á móti guds löghhom och allra kristinna manna sem flestir skinsamir menn mæiga undirstanda eptir tæim framferd sem i fyrstunni var é höfd vidr thá er su sök var gefinn thæim. at thæir varo thegar utflæmtir af Rikino och godz thæirra upptekit firer thæim. frændr thæirra dræppnir och suæinar fángadir och ófrægt tha sua um öll löndin med brefum sinum och annari ófrægd och vildi æghi hoyra thar lög och rættindi ne undan förslo sem thæir budu firir sik. oc sídan er thæir sáo at thir mátto ænghom rettindom firar sik koma sakar ofmykillrar ágyrndar vidr thá. tha skutu thæir síno máli til Pafans och lagdo sik och

*) Thorkelins Latinska öfversättning häraf (L. f. 94—97) är mycket olik den af Torfæus (L. n. IV: 420) efter Hvitfeld anförda.

sín málöfni oll á hans dóm letom ver thá thetta alt vera æfter vilia kongs af Danmörk och vikom æftir och vildom æighi thessa mænn hafa sidan í hiá oss och hugdunst med thesso och allu adru til thægia at ver och thegnar varer möttom frid och nadhir hafa. kom sidan en su skipan á millom vor och kongs af Danmörk at sætt och æfinlegar fridr var gær och stadfastliga sættir millum rikianna. var thæssi fridr och öll annur daghthingan æigi bæter halldinu vidr oss ænn thegar efter lett konghr af Danmörk tilfara och taka nidrbrióta och brenna hús vart hialm thvert moti thvi sem ádr var mælt och dagthingat var i millum. En suma huæria kaupmenn norröna thà sem til Danmarkar varo siglder let han upphalda och af thæim taka that godz sæm thæir haffdo mæd at fara och sialfa thá imisliga illa handla thá sæm æighi gato undan komist och thví kænnunz vær thar vidr at vær erom konghinom af Danmörk ænghan lut skyldhughir at halda af thæirri dagthingan och gerom ver allum mannom kunnúgt at æfter rádi hertogha Eriks af Sviaríki Mágsæfnis vars biskupa varra och annara rádgiáfa thá hafum vær thægit herra græifan Jacob franda varn hinn kiærasta och herra petr Jacobson och börn thæirra och allra annara dugandi manna börn thæirra sæm af Danmörk varo til var komnir. och suæina thæirra alla thá sæm med thæim æro och allan thæirra varnad i gudz valld och vara hægnd och konglegt traust til allra rættra mála. fullkomliga fyrir biódandi huærum manni thæim at misthyrma i nokoram lut ædr hindra tha ædr thalma afloghliga. nema sá er that gerir vili sætta af oss ræidi och ræfsingom och hinom hardastom afarkostom sua at adrom skal til vidrsiónar verda at misthirma frændom varom och thæim adrum sæm vær hafum sua sæmiliga i vara hægnad tækit. man och that gudi kunningt vera och hinum bædstu mannom í ríkino ær sannindi vilia umsæigia. at ófridr thæster oc ónádir sæm værit hæfir ofrídir var byriader och upphafdr í ómegd ockara bródra nu thó at sumir favitrir mæn thali thar ymisliga um thæir sæm thar vito æigi suá liósliga skilá. Thetta bref var giört i Nidarósi kross messo aftan um varit á VIII ári ríkis vars. och insiglat siálfum oss hiá værandom æn Ivar klærkr ritadi.

1547. 1307 d. 6 Maj. Motorp.

Hertigarne Eriks och Waldemars förening med Grefve Christopher af Halland och Samsö, om inbördes vänskap och understöd.

L. f. 82.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem M. CCC. VII. sabbato proximo post ascensionem domini, cum magnifico principe domino Chri-

stoforo, Dei gracia ducis Hallandie et Samsoy. Nos Ericus et Waldemarus eadem gracia Duces Sveorum apud curiam Mothorp placitaciones compromisimus et concordavimus unanimiter in hunc modum. Imprimis videlicet, qvod qvilibet nostrum alterius juvamine qvamdiu vixerit, efficaciter debet congaudere, et inter ipsum dominum ducem Christoforum et nos amicicia stabilis, sincere caritatis unio et vera concordia a modo debet esse semper affectibus duratura. Singule qvoqve discordie, controversie, si qve inter nos hactenus suborte fuerant, exstirpate de cætero debent esse et penitus suffocate. Nos itaqve Ericus et Waldemarus promittimus qvod, ipsi domino duci Christoforo et suis liberis, fideliter assistemus, adjuvantes eundem contra dominum regem Dacie fratrem suum, in dextrariis qvadringentis specialiter eidem domino duci Christoforo et nulli alii, ad coronam regni Dacie obtinendam auxilia toto conamine porrigentes. Item promittimus qvod placitaciones seu treugas cum prædicto, Rege Dacie sine consensu ipsius domini Ducis nullatenus ineamus, nec in aliqvo sine isto concordabimus cum eodem. Præterea in Scania vel in aliis locis sibi aptis, ubi commode poterimus, ipsum dominum Ducem secundum consilium nostrum 3um super castris adjuvabimus construendis. Item in inchoacione guerre mouende, qvamcunqve terram Dacie scilicet Scaniam vel aliqvam aliam ibidem sitam intraverimus devastando vel incendium faciendo, nos ipsi nobis et nostris de eadem terra, donec domino Christoforo subjugata fuerit, providebimus in Expensis. Si vero aliqva terrarum Dacie præfato domino duci fide digne adhærere voluerit, ipse dominus dux postea nobis et nostris seqvacibus in expensarum necessariis prævidebit. Item si ad bellum publicum devenire contigerit, et in eodem bello de nostris adversariis aliqvos captivari, qvilibet nostrorum prædictorum secundum pluralitatem personarum, qvas habet, participet de eisdem; similiter eciam de castris intelligatur, si per nos aliqva devicta fuerint, capti in eisdem castris participentur, sicut prius. Item inchoacione gverre eidem domino Christoforo trecentas marchas puri argenti committere nos oportet. Præterea si prædictum ducem Hallandie de castris suis et aliis bonis in Dacia sitis, qvod Deus avertat proscribi contingat, ad terras regni nostri et castra in possessione nostra et dominio existencia dummodo sufficienter caveatur ne dolus nobis aliqvatenus intendatur, liberum accessum habeat, fraude qvalibet procul mota, eidem domino duci Christoforo castrum Lothosiæ vel Engellis specialiter assignantes, una cum mille marchis denariorum monetæ Svecie infra duodecim septimannas a die, qva idem castrum receperit integraliter persolvendis, qvos eciam redditus liberis suis et servientibus promittimus, si ipsi domino duci, qvod absit, humanitus qvid contingat, exulando, quousqve eis in Dacia bona sua procurare poterimus rehabenda placitando. Item si aliqvi de familia ejusdem ingratitudinem

suam incurrentes, ad nos venerint, eos libere colligere possumus, et p
eisdem erga dictum ducem placitare, dummodo præfato domino vel s
damnum non inferant vel violenciam aliqvalem. Similiter etiam sepedi
dominus dux Christoforus hominibus nostris, si ita contingat, potest fac
vice versa. Si vero aliqvi ejusdem domini ducis bona aliqva in dominio n
stro habuerint, libertatibus super iis sicut famuli nostri omnino debent o
gaudere: Et si aliqvis bona eorum vel ipsos infestaverit, eisdem in o
bus adstabimus sicut nostris, ut secundum leges patrie se defendant, si v
castra prædicti ducis ab inimicis suis obsessa fuerint, ad expellendum e
dem cum festinacione sibi, si qvo modo poterimus, juvamina impende
Promittimus insuper qvod nos ambo dicte guerre inchoande personaliter i
teresse debemus vel ad minus alter nostrum præsens erit, si forte ali
casu contingat aliqvo impediri, Insuper si aliqui in Dacia habitantes pro
et bonis suis, ne devastentur vel comburantur, placitare attemptaverint
compositionem facere, qvæ vulgariter dicitur Thingæ argentum vel pecuni
aut alias res exhibentes, ista omnia domino Christoforo debent speciali
pertinere. Item omnia castra qvæ in Dacia per auxilium nostrum devi
fuerint, eadem cum omnibus suis pertinenciis et terra, in qva sita su
prædicto duci Christoforo cedant perpetuo possidenda. Et nunquam de gu
ra inter ipsum et fratrem suum Regem Dacie mota cessabimus nec aliqua
ter desistemus anteqvam ipse Christophorus propositum suum in Dacia co
pleverit pro sue lubitu voluntatis. Si vero eidem domino Duci per juvamin
nostra in eadem Dacia plura bona qvam nunc habet augmentata fuerin
de eisdem bonis nobis eciam in pluribus juvaminibus qvam prius provide
bit. Et si propria industria, sine nobis, sibi aliqva subjugaverit, de illis no
bis astabit qvantum sibi placet, ad hoc autem qvod omnia supra scripta
sint firmiter et irrefragabiliter observanda. Nos Ericus et Waldemarus una
cum duodecim militibus nostris videlicet dominis Aberno Sixsteins Philippo
Ulfsson Guthmarno Magnosson Kanuto Jonsson Falcone Jonson Petro Rog
wallsson Philippo Ingwallsson Benedicto Hafridarson Benedicto Algautsson
Lydan de Kyrnæ. Yvaro de Kyrnæ. et Yvaro de Sandbergh. ac viginti qva
tuor armigeris nostris sub sentencia excommunicacionis domini Pape firmi
ter promittimus, fide super iis prestita corporali ita qvod si nos promissio
nes infringerimus supradictas per nullum nisi per ipsum dominum Papa
absolvemur, nec eciam per ipsum nisi reconciliacionem prius fecerimus cu
domino Christophoro prius dicto. Item si promissa predicta non servabimu
prefati milites nostri vel armigeri, a servicio nostro et familia omnino fu
giant et discedant vel eciam concordiam inter nos promoveant prius scrip
tam stabiliter observandam aut eciam ipsi milites et armigeri excommunica

cioni

cioni subjaceant supradicte. In cujus rei testimonium sigilla nostra unacum sigillis eorundem militum presentibus sunt appensa. Datum Anno die et loco supradictis.

1548. 1307 d. 12 Maj. Sko.

Hertigarne Erics och Waldemars Gåfvobref till Skokloster på en qvarn, som Konung Birger låtit uppföra i den bemälte kloster tillhöriga Aspviks ström i Näs socken.

D. 7: 480 *).

Ericus et Waldemarus dei Gratia duces Sweorum omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint salutem in domino sempiternam. Tenore præsentium constare volumus omnibus evidenter, quod nos, molendinum, quod Magnificus Princeps frater noster dominus Birgerus dei Gratia Sveorum Gothorumque Rex illustris torrente in Aspwik parochiæ Næs, apud Almarnir, monasterio Sko rite et legaliter pertinente, ædificari et construi fecit, et pro tempore ex consensu et benevolentia dominæ Abbatissæ et conventus ejusdem ad usus suos tenuit, eidem dominæ Abbatissæ in Sko et conventui suo damus et tradimus pleno jure et possessionis ac proprietatis dominio in perpetuum possidendum. Datum Sko Anno domini. M.CCC.VII. Nerei et Achillei Martyrum.

1549 1307 d. 16 Maj.

Priorens och Brödernas i Eskilstuna tillkännagifvande, att de erhållit Fors kyrka af Biskop Ysars enskilda ynnest; hvarföre det allt framgent som förut tillhör Biskopen i Strengnäs, att tillsätta någon af Bröderna, som finnes dertill skicklig, till föreståndare för densamma och att denne bör erlägga Biskopstionde, likasom andra kyrkoherdar inom Stiftet; likaledes, att bemälde Biskop tillåtit dem hafva en lekman till Prior, enär han har någon andlig man till substitut.

A. 3. l.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Prior et fratres jn Eskilstunum, salutem jn domino sempiternam, Tenore presentium recognoscimus nos, ecclesiam, Foors, Strængiænensis diocesis, a venerabili patre et domino. domino ysaro dei gracia Episcopo strængiænensi, recepisse. et habere de gracia speciali, Jta, quod sicut dominus Azerus, confrater noster in eadem

*) Derstädes efter originalet afskrifvet.

ecclesia per ipsum episcopum iam fuerat primum jnstitutus canonice. sic alius quisquam frater nostre domus et ordinis. eure capax. vnus post alterum debeat ibidem jnstitui. aut forsan destitui. deinceps. successiue. per episcopum strængiænensem, Qui jnstitutus tenebitur jn omnibus et ad omnia jura episcopalia facienda sicut de ecclesia, Eskilstwnum, ac ceteris ecclesijs que sancte sedi Strængiænensis ecclesie subsunt sui Rectores facient, ac facere consueuerunt, Jnstitutus eciam iste de obuentionibus ipsius ecclesie pro labore suo leuet et habeat decem marchas, Preterea supradictus dominus ysarus Episcopus Strængiænensis, tolerando permisit ista vice quod habeamus priorem laycum. non quia huiusmodi jus in laycum cadit. sed quia habet alium qui clericus est. ydoneum substitutum, Jn cuius testimonium sigilla nostra Prioris et fratrum quorundam, presentibus sunt appensa, Datum Anno domini .M°. CCC° VII°. tercia die Pentecostes.

På frånsidan: Littera super ecclesia forss quod sit priori et fratribus in Eskilzthunar concessa ex speciali gracia.

Sigillen: N:o 1, 3 föga skadade; N:o 2, 4 och 5 bortfallna.

1550. 1307 d. 22 Maj. Helgö.

Hertigarne Erik och Waldemars Gåfvobref på Ekeby gård till Risaberga kloster.

A. 3. n.

Vniuersis presentes litteras visuris uel audituris. Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, salutem in domino sempiternam, Ne quod veritas approbat, a posteris trahatur in dubium, viuaci solet litterarum testimonio perhennari, Constare volumus igitur omnibus euidenter, quod Religiosis personis et honestis, domine abbatisse in Risæbærgh et conuentui ibidem, Curiam nostram. Ekæby. cum domibus, agris, pratis, pascuis, siluis, molendinis, piscarijs, et ceteris pertinencijs intra sepes et extra, longe uel prope positis damus et tradimus in perpetuum possidendam, transferentes in ipsam dominam abbatissam et conuentum eiusdem, plenum proprietatis ius, et possessionis dominium, memoratam curiam occupandi, inhabitandi, vendendi, donandi, commutandi, et quocunque modo voluerint pro suis vsibus ordinandi, ablata nobis, nostrisque heredibus omni facultate, sepedictam curiam, vllo vnquam adinuencionis ingenio reuocandi. Jn cuius rei euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Hælghøø. anno domini .M°. CCC°. VII°. in secunda feria proxima post dominicam trinitatis.

På frånsidan: Littera super ekebi.

Sigillet N:o 1 mycket skadadt; N:o 2 bortfallet, remsan qvar.

1551. 1307 d. 25 Maj.

Abboten Johans och Konventets i Nydala samt Germund Bondessons bref om utbyte af en del af klostrets egor i Nässja till Germund, emot hans egor i Långed och Gällaryd.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Frater JOHANNES dictus abbas et CONUENTUS noue vallis, Nec non GERMUNDUS BONDA SON salutem et cognoscere veritatem, Protestamur presentibus, nos ad inuicem terrarum huiusmodi concambium fecisse, videlicet quod ego germundus gratanter acceptaui possessiones monachorum omnes in næsium exceptis pratis Ecclesie de wrixstaþ et exceptis torrentibus omnibus ad edificandum aptis ibidem prata omnia intra terminos istos constituta, videlicet, a, ponte wlgariter dicto stenolfs bro, ductu jtineris in stenolfs spanga, jnde semper per concursum sicci et humidi in bøghio waþ primum, quod inuenitur juxta culsholma, deinde directe in sepes de næsium ductu vie, et cum pascuis pecudum wlgariter dictis bỳiahagha nuper per vddonem in sỳndrunæsum certis sepibus circumclusis, Ac accessibus omnibus et vtilitatibus afgærþabỳagilzli wlgariter vocatis Que quidem omnia nos predicti abbas et conuentus recognoscimus nos eidem Germundo pro possessionibus suis omnibus intra sepes et extra in langedh et Gællurỳþ justo commutacionis commercio vendidisse Quapropter Ego prefatus germundus recognosco me jura omnia disponendi de predictis prius bonis meis in langeþ et Gælluryþ possessionis videlicet et proprietatis a me et heredibus meis ad predictos abbatem et conuentum et eorum successores transtulisse, Simul insuper omnes nos predicti abbas cum conuentu, ex vna parte et sepedictus Germundus ex altera recognoscimus nos predictam commutacionem apposicione pene sedecim marcharum denar. wlgariter dicte wiþerlæghe, quas quidem XVI marchas cum omnibus alijs receptis infringere quod absit finaliter volens aduerse parti soluere debet racione qua supra confirmasse, Jn cuius rei testimonium quia Ego Germundus sigillum proprium 'non habui Nobiles viros videlicet Hæmingum ỳsaksson, Birgherum wixstensson et swenonem gunna son rogaui presentes litteras nostri facti seriem continentes sigillare, Actum Anno domini M° CCC° septimo, Die beati vrbani martiris.

Sigillen N:o 1, 2 och 4 bortfallna, remsorna qvar; N:o 3 skadadt.

1552. 1307 d. 29 Maj.

Johannes Ödd . . . sons salu- och faste-bref på en wret vid Westerås, till Kaniken dersammastädes Thideman.

A. G. a.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris Johannes filius ÖD . . . . . LONGABEEN Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi presentes pariter et futuri me de cognatorum meorum beneplacito pariter et assensu agrum vnum iuxta westraaros ab alijs separatum wret wlgariter appellatum inter agrum nicholai dicti skimalpænning ab orientali parte et quasdam curias ex occidentali parte situatum ad me iure hereditario deuolutum domino thidemanno canonico arosiensi prout inter nos conuenerit pro iusto precio vendidisse sibi ac suis heredibus iure perpetuo possidendum, quod agri precium mihi plenarie persolutum fore tenore presencium recognosco jn tantum quod nullus. hominum prefatum emptorem super possessione dicti agri debeat vel possit in posterum aliqualiter impetere uel grauare Jn cuius contractus vendicionis ac empcionis euidenciam secundum legum terre promulgacionem testes sunt inuocati dicti fastæ qui partes contrahencium hinc inde cognouerunt quorum testium nomina tunc consulum existencium subscripta continentur. Allo prefectus. Henricus crusæ. magister siwrdus. albertus pes vlpho in monte. bernardus kietilhot. nicholaus bicarmæster. henichinus hardarwigh. thorstanus sutor. arnaldus sartor. thogillus humul. gerbertus. Olauus ingiulphi. Jn cuius rei testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno domini M°. CCC°. VII°. IIII° kalend. iunij *).

Sigillet blott i ena kanten skadadt.

1553. 1307 d. 31 Maj. Falkenberg.

Hertig Christophers af Halland och Samsö för Halmstad utfärdade privilegier.

L. i. 19 **).

Omnibus præsens scriptum cernentibus, Christophorus Dei gratia, Dux Hallandiæ et Samsö salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, quod nos exhibitores præsentes dilectos nobis Villanos in Halmstadhe, sub nostra protectione recepimus specialiter defendendos, volentes eis gra-

*) Skriften är på åtskilliga ställen af fukt utplånad.
**) Hemtadt ur Stads-Archivet.

tiam pro tempore specialem sibi omnia eadem jura, quæ singulæ villæ forenses regni Daciæ de dilectissimo Patre . . . . . Rege Daciæ habere dignoscuntur . . . . et concedimus per præsentes, donec aliud cum iisdem ducimus faciendum, unde per gratiam nostram districtius inhibemus, ne quis advocatorum nostrorum, seu quisquam alius, cujuscunque condicionis, temere statuat, consilio in præmissæ conclusionis tenorem præsentibus injurias aliquas audacter irrogare, prout indignationem nostram et ultionem duxerit evitandam. Datnm Falkenberg Anno D:ni millesimo trecentesino septimo in Die beatæ Patronæ *) Virginis in præsentia nostra et dapiferi nostri.

(L. S.)

1554. 1307 d. 11 Juni. Monäs.

Hertigarne Eriks och Waldemars Öfverlåtelsebref på gårdarne Tuna i Näs, och Näs mellan Wika, samt qvarnarne i Thorshälla, hvilka Marsken Thorkel Knutsson egt, och hela ön Ängsö till deras Drots Ambjörn Sixtensson, för 600 mark af Hertigarnes mynt och 42 tunnor smör, samt 100 mark lödig, som de voro honom skyldige för hvad han lemnat på deras slott i Nyköping och Kongelf, samt 6 markland och 4 örtugsland jord.

A. 6. a.

Vniuersis presentes litteras visuris uel audituris, Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, salutem in domino sempiternam, Constare volumus omnibus euidenter, quod dilecto et fideli dapifero nostro, domino aberno sixten son, in sexcentis marchis denariorum nostre monete, cum quadraginta duabus lagenis butiri, et ducentis marchis puri argenti, pro expensis suis, quas ad castra nostra, nycopie, et kungellie deferri fecimus, ac in sex marchis cum quatuor solidis prediorum vere recognicionis titulo, obligatos recognoscimus nos teneri, pro quibus omnibus et singulis, eidem dapifero nostro suisque heredibus, curiam, tune in næsi situatam, et Curiam, Næs mellin wikæ, cum domibus, agris, pratis, pascuis, siluis, molendinis, piscarijs, ceterisque earundem curiarum pertinencijs, intra sepes et extra, longe uel prope positis, et cum omnibus molendinis in Thorsharghæ, que possedit quondam dominus Th. marscalcus, et cum tota et integra insula dicta. ængsøø. cum ceteris suis pertinencijs tradimus et persoluimus, pleno iure in perpetuum possidendas ablata nobis nostrisque heredibus omni facultate, premissa vllo unquam ingenio reuocandi. Si vero eadem premissa, uel aliquod premissorum, in parte uel ex toto ab aliquibus iuste ac racionabiliter inpeti contigerit, promittimus, quod ipsis inpetitoribus prout iustum

*) *Troligen felaktigt läst för* Petronellæ.

fuerit satisfacere volumus et debemus, ita quod omnino exnunc ipsi dapifero nostro et suis heredibus, omnia suprascripta integraliter uendicamus, et specialiter obligamus nos, ad quittandum et satisfaciendum, dilecto et fideli nostro, domino magno gregori son, pro omnibus et singulis predijs suis et eorum pertinencijs ceteris, que in predicta insula ængsøø dinoscitur possidere ita quod, tam predia illa cum illorum pertinencijs, quam omnia alia predia, in predicta insula existencia, eidem dapifero nostro suisque heredibus exnunc libere uendicamus, volentes, et promittentes nos, omnibus prefate insule possessoribus, quibus adhuc satisfactum esse non constiterit, integraliter satisfacere et quittare Jn cuius rei euidenciam sigilla nostra vna cum sigillis aliquorum de consilio nostro, presentibus sunt appensa, Datum. Moonæs. anno domini .M°. CCC°. VII°. die beati barnabe apostoli.

Sigillen N:o 1, 3, 5, 6, 9—12 bortfallna, remsorna qvar; N:o 2, 4, 7, 8 skadade.

1555. 1307 d. 10 Aug.

Biskopen i Strengnäs, Ysars Skrifvelse till Ärkedjeknen Olof och Domkapitlet i Upsala, med underrättelse, att han affärdat brefvisaren Kaniken Thorsten, för att emottaga hvad uppdrag de kunde finna godt att honom gifva, och med anhållan, att genom öppet bref från detta årets besök varda frikallad.

A. 6. a.

Reuerendis uiris, Dominis. Olawo Archidyacono. toti que Capitulo vpsalensi, ysarus dei gracia Episcopus strængiænensis, Salutem in domino sempiternam, Dirigimus ad vos in officio visitationis. dilectum nostrum Canonicum dominum Thorstanum latorem presentium ex parte nostra. parati cum reuerentia qua decet suscipere. que nobis jnsinuanda duxeritis uel mandanda, Rogantes vt a visitatione presentis Anni nos velitis absoluere. nobis super hoc vestras patentes litteras remittentes, Datum Anno domini. M°.CCC°VII°. die beati Laurentij Martiris.

På frånsidan: Ysarus strængiænensis visitat capitulum vpsalense per procuratorem.

Sigillet bortrifvet, med den ur brefvet klippta remsan.

1556. 1307 d. 25 Aug.

Johannes Ingessons enka, Helena Orms dotters Testamente af gårdarne Utala och Fröswik till det Vicariat, som Domprosten Wimundus stiftat vid Linköpings Domkyrka, samt dessutom af penningar till kloster och hospital inom Östergöthland.

A. 4.

Jn. nomine domini amen Cum sine discrecione magnoque cautele studio adinuentum non fuerit. vt quod racionabiliter agitur viuaci litterarum

testimonio roboretur, Ne uel presentes. lateat. vel processu temporis occultum posteris habeatur, Ego ELENA ORMSDOTÝR, Relicta iohannis ingæson, anno ab incarnacione domini. M°. CCC°. VII. nomine domini inuocato, mortis ac nouissimorum non inmemor que vrgente necessitate feliciter recoluntur, ad omnipotentis dei, beatissime matris eius marie et apostolorum eius petri et pauli, omniumque sanctorum, laudem et honorem et meorum et progenitorum meorum remissionem peccatorum bona infra scripta ad augmentacionem perpetue vicarie quam fundauit dominus Wimundus prepositus nomine testamenti ecclesie confero lincopensi. videlicet. Curiam meam vtalæ in kind sitam cum coloniis, molendinis ceterisque aliis eiusdem curie attinenciis, Jtem curiam meam frøswÿ videlicet duos attongos cum omnibus et singulis eorum attinenciis similiter assigno ecclesie memorate. apud quam eciam michi eligo sepulturam, Jtem ffratribus minoribus lincopie. nouem. Marchas. quarum septem sunt solute et due restant soluende Jtem ffratribus minoribus. sudercopie tres Marchas. Jtem ffratribus predicatoribus. skeningie. tres. Marchas. Jtem sanctimonialibus wretis. tres. Marchas. Jtem sanctimonialibus in askabÿ, VI. Marchas pro duabus ampullis argenteis faciendis. Jtem hospitali. sudercopie .J. Marcham denar. Hospitali. in skeningie .I. Marcham den., Jtem sororibus Skeningie .I. Marcham, Hec omnia nisi per me soluta fuerint. solui volo de alio octonario in frøswÿ per illum qui bonorum possessionem adiuerit predictorum, Exequtores igitur huius testamenti mei ordino et constituo venerabilem patrem Episcopum lincopensem. dominum magnum karlsson. dominum beronem canonicum lincopensem. et ketilbernum knutsson. ad euidenciam igitur istorum et confirmacionem, sigilla illustrium principum Erici et waldemari ducum swecie. Episcopi lincopensis, domini swantapolch. domini magni karlsson. domini beronis canonici lincopensis. et ketilberni knutsson fratris eius presentes litteras instanter peto roborari, Datum. anno domini. M°. CCC° VII in crastino beati bartholomei.

Sigillen N:o 1—4 något skadade; 5—9 bortfallna jemte remsorna.

1557. 1307 d. 25 Aug. Orleans.

Kaniken i Upsala, Magister JOHANS Testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap, nemligen jord till Upsala och Simtuna kyrkor, böcker till sina bröder samt penningar till kyrkor, samt andeliga inrättningar och personer.

B. 2: 145.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti amen Ego IOHANNES magister de swecia canonicus vpsalensis compos mentis mee licet aliquantulum infirmus corpore attendens et considerans quod nichil est morte cercius, nichil

vero incercius hora mortis nolens decedere intestatus, testamentum meum seu vltimam voluntatem meam facio et ordino in modum qui sequitur et in formam Jn primis siquidem do et lego ecclesie vpsalensi sex oras terre in curia mea in kythywy, ea condicione adiecta quod si parentes mei eas habere et retinere voluerint, iustum precium valoris earundem infra annum a tempore sciencie obitus mei reddant et soluant prefate ecclesie alioquin volo et precipio quod dicte sex ore terre dicte ecclesie remaneant pacifice, et eas possideat in futurum Jtem do et lego ecclesie mee de symbatunum duas oras terre in curia predicta sub condicione predicta Jtem sepulturam meam eligo in domo fratrum predicatorum aurelianensium, et eisdem do et lego sexaginta solidos parisienses Jtem do et lego ecclesie sancti vincencii in vineis aurelianensibus sex solidos parisienses Jtem do et lego rectori eiusdem ecclesie decem solidos parisienses Jtem do et lego clerico eiusdem loci duos solidos parisienses Jtem do et lego domui dej aurelianensi sex solidos parisienses Jtem do et lego fabrice aurelianensis curie quatuor solidos parisienses Jtem do et lego fratri meo ingiualdo paruas decretales meas cum sexto libro apparatatas Jtem do et lego fratri meo finuido alias decretales meas non apparatatas Jta quod vendantur in florenos qui in eiusdem fratris vsum et commodum conuertantur Jtem do et lego domui sancti spiritus vpsalie I marcham denariorum Jtem conuiuio eiusdem domus I marcham denariorum Jtem do et lego conuiuio presbiterorum apud enicopiam vnam marcham den. Jtem hospitali in enecopia dimidiam marcham den. Jtem do et lego ecclesie de birkistum dimidiam marcham den. huius autem testamenti seu vltime voluntatis mee exequtores meos facio et constituo in regno francie, dilectum fratrem meum nicolaum canonicum strengnensem et dominum beronem de tyllingum canonicum vpsalensem, Jn partibus autem meis dilectissimum patrem meum dominum magnum marinason et dominum haquinum prepositum arosiensem et quemlibet eorum in solidum ita quod si ambo noluerint aut nequiuerint interesse quod alter ipsorum exequcioni debite premissa demendet Et volo quod istud testamentum meum seu vltima voluntas vel disposicio valeat iure testamenti, aut jure codicillorum aut jure canonum aut vt puplicum instrumentum Aut valeat vt quelibet alia vltima voluntas vel disposicio aut valeat prout melius valere poterit et debebit de consuetudine vel de jure Et ad hec vocaui in testes specialiter et rogaui nicolaum magni jngiualdum magni, fratres meos, dominum johannem duus canonicum lundensem dominum alfinum canonicum hamarensem dominum iohannem dictum vlfstorp johannem rectorem ecclesie sancti vincencii in vineis aurelianensibus presbiterum et iohannem de cruce clericum curie aurelianensis notarium juratum et rogaui eos vt huic presenti pagine sigilla sua vna cum meo apponerent

in

in testimonium premissorum Datum aurelianis anno domini M°CCC° septimo die veneris post festum beati bartholomei apostoli.

Öfverskrift: Testamentum domini iohannis magistri canonici vpsalensis in quo legantur ecclesie VI ore terre in kytowi et quedam alia aliis.

1558. 1307 d. 20 Sept.

Borgaren i Linköping Benechins Testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap till kyrkor och andeliga inrättningar samt hustru och barn.

B. 3: 86.

Jn nomine dominj Amen anno a natiuitate eiusdem Millesimo CCC VII jn vigilia sancti mathei apostoli et ewangeliste Ego BENICHINUS Ciuis lincopensis licet corpore debilis mentis tamen compos testamentum meum de Rebus mihi a deo concessis condo et ordino in hunc modum Primo ecclesie lincopensi in qua mihi eligo sepulturam confero tres marchas argenti et vnum agrum in ballahell. capientem III mensuras, fratribus minoribus jbidem II marchas denariorum fratribus minoribus sudercopie II marchas den. Ecclesie sancte trinitatis ibidem I marcham den. Ecclesie sancti laurencii I marcham den. ecclesie sancti egidij I marcham den. Hospitali ibidem dimidiam marcham den. predicatoribus skæningie I marcham den. Ecclesie beate virginis ibidem I marcham den. Monialibus dim. marcham den. Hospitali ibidem eciam dim. marcham den. Jtem dilecte vxori mee vnum vas argenteum ponderans III marchas puri Domino Johanni filio eiusdem vnam armaturam, fratri meo Roberto eciam vnam armaturam, Johanni filio liberti I marcham argenti, domino Marcho sacriste I marcham argenti et domino magno dim. marcham den. Jtem cuilibet vicariorum in choro lincopensi II oras den. Ad horum igitur euidenciam pleniorem sigillum meum presentibus est appensum Actum anno et die supradictis.

Öfverskrift: De agro ecclesie in ballahell.

1559. 1307 d. 23 Sept. Svansholm.

Biskop Magnus's i Wexiö vidimation af Biskop Lars II:s i Linköping förordnande, om tionden från församlingarne i Östra Härad Njuding och Östbo Härad till Nydala kloster.

A. 3. x.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Magnus dei gracia Episcopus Wexionensis salutem in domino sempiternam, Sigillatas veris sigillis magni-

fici videlicet principis domini Birgheri dei gracia regis sweorum ac venerabilium patrvm felicis recordacionis dominorum Nicholai quondam Archiepiscopi vpsalensis, nec non Laurencij Episcopi et Capituli lincopensis, protestamur nos vidisse litteras non rasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, quas diligenter inspeximus de verbo ad verbum Tenore qui sequitur continentes, Vniuersis &c. *Se föregående N:o* 1316 Jn huius igitur inspeccionis nostre testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum Swansholm anno domini M° CCC° VII, jn crastino sancti Mauricij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1560. 1307 d. 30 Sept.

Påfven Clemens V:s Bulla, med befallning till Arkebiskopen i Upsala och hans Lydbiskopar att genom predikningar och aflats meddelande uppmana folket till deltagande i det beslutade treåriga korståget mot Turkarne eller att med gåfvor understödja det.

A. 1. bl

Clemens episcopus seruus seruorum dei Uenerabilibus fratribus . . Archiepiscopo vpsalensi eiusque suffraganeis Salutem et apostolicam benedictionem. Jnsurgentibus contra fidem catholicam et religionem extinguere molientibus christianam ea uirtute illaque constantia est a fidelibus resistendum ut fideles christi fidei orthodoxe ardore succensi uirtutibusque pro posse succinti detestandum illorum propositum obice contrarie intentionis impendant et roboris oppositione conatus iniquos prohibeant eorundem sicque mentis et corporis armatura muniti, ac directi lumine fidei insurgentes eosdem spirituali carentes munimine et infidelitatis tenebris obsecatos deo cui militant ipsis assistente prosternant. Sane iamdudum et nuper etiam prout euidentia facti pro dolor notum reddit non sine amaritudine mentis accepimus quod gentes illorum infidelium paganorum que uulgari lingua Turchi uocantur sicientes sanguinem populi christiani et ad extinctionem catholice fidei hanelantes collectis sue uiribus nationis a certis retro continuatis temporibus cum maxima quantitate lignorum naualium armatorum in partibus Romanie et alijs locis fidelium conuicinis eisdem christianorum fines per mare fuerunt ingressi, et in christianos et loca ac insulas eorundem atrociter seuientes per mare discurrerunt hactenus et discurrere non desistunt dampnificantes et depopulantes loca et insulas christianorum partium earundem ipsasque incendio miserabili supponentes et quod nefandius est christianos eosdem in predam abducunt et subiciunt horribili ac perpetue seruituti, uendentes eos ut animalia ipsosque ad abnegandum fidem catholicam compellentes, quodque insu-

lam, Nigripontis, diuersis temporibus et uicibus, cum eorum iniqua potentia et furore seuissime feritatis hostiliter inuaserunt, et post depopulationes incendia cedes et spolia per infideles ipsos in dicta et alijs insulis ac terris dictarum partium immaniter perpetrata innumerabiles personas fidelium eorundem cepisse ipsasque in seruitutem predictam redegisse pro dolor asseruntur. Cum autem de huiusmodi prauis conatibus et oppressionibus quos fera paganitas in eosdem fideles sic exercet atrociter in intimis doleamus et propterea, uias et modos exquisierimus ut statui dictorum christianorum sic oppresso possemus utiliter prouidere, tandem diligenti tractatu super hijs prehabito duximus ordinandum ut certa armata galearum per nos in isto primo Anno realibus subsidijs de nostra Camera licet sit multis expensarum oneribus aggrauata et deinde spiritualium et ecclesiasticorum subsidijs adiuuanda nec non carissimum in christo filium nostrum Hugonem Regem Cipri illustrem ac dilectos filios . . Magistrum et fratres hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et nobilem virum . . Ducem veneciarum et quosdam alios in instanti fiat pro succursu et defensione fidelium predictorum usque ad Triennium duratura et quod huiusmodi galee bellatoribus et alijs gentibus oportunis et armis bene munite apud dictam insulam Nigripontis in instanti festo omnium sanctorum debeant conuenire contra infideles eosdem auctore domino uiriliter profecture. Licet igitur assidue cogitemus quomodo et qualiter negotium ipsum ad dei laudem et gloriam et non solum ad defensionem catholice fidei et professorum eiusdem sed etiam exaltationem ipsius feliciter prosperetur, et pro feliciori prosecutione ipsius decimas reddituum et prouentuum ecclesiasticorum in certis terris prouincijs et partibus consistentium et aliqua alia subsidia duxerimus concedenda, quia tamen negotium ipsum quod maxima expensarum profluuia requirit maioribus subsidijs noscitur indigere ac ad illud coadiuuandum fidelium caritatiua subsidia existunt plurimum oportuna fideles eosdem ad hoc quibusdam spiritualibus munificentijs indulgentijs uidelicet et remissionibus prouidimus inuitandos. Quocirca fraternitati uestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus statum miserabilem christianorum dictarum partium attendentes tamquam precones fideles et fortes athlete fidei contra infideles eosdem singuli uidelicet uestrum in suis Ciuitatibus et diocesibus per uos et alias personas ecclesiasticas seculares et regulares ordinum quorumcunque quas ad hoc ydoneas fore noueritis christi fidelibus iuxta datam uobis et eis a deo prudentiam proponatis publice uerbum crucis et venerabile signum eius quibusuis fidelibus illud suscipere deuote uolentibus concedatis ipsorumque humeris imponatis fideles eosdem quos ad audiendum propositionem ipsam quociens expedierit ad loca ydonea conuocare possitis solicitis exhortationibus et oportunis instantijs inducentes ut ipsi suscipientes eum reuerentia signum crucis,

illudque suis cordibus imprimentes, contra infidelium predictorum perfidiam insurgant uiriliter et negotium ipsum feruenter assumant et feruentius prosequantur Et ut ipsi fideles tanto libentius premissa prosequi studeant, quanto ex suis laboribus potiorem gratiam se nouerint percepturos. Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi et illa quam nobis deus licet indignis ligandi atque soluendi contulit potestatem eisdem fidelibus, qui cum dicta armata uel alias in succursum et subsidium christianorum partium Romanie predictarum contra infideles eosdem in personis proprijs et exspensis siue per terram siue per mare infra dictum Triennium ab eodem festo omnium sanctorum inantea computandum profecti fuerint et per vnum Annum continue uel interpolatim eiusdem tamen Triennij in dicti prosecutione negôtij fuerint commorati, nec non et illis qui in dicti negotij prosecutione decesserint uel in prosecutione huiusmodi uulnerati fuerint etiam si alibi ubicunque ex talibus uulneribus decedere eos contingat illam suorum peccaminum de quibus ueraciter fuerint corde contriti et ore confessi ueniam indulgemus que conceditur tranfretantibus in subsidium terre sancte et in retributionem iustorum salutis eterne pollicemur augmentum eis autem qui non in personis proprijs illuc accesserint sed in suis dumtaxat expensis iuxta facultatem et qualitatem suam bellatores ydoneos destinabunt per tempus quod supradicitur in huiusmodi prosecutione negocij moraturos et illis similiter qui licet in alienis expensis in proprijs tamen personis illuc accesserint per tempus moraturi predictum ac eis etiam qui tantum pro dicto negotio de bonis proprijs erogauerint, quantum essent illuc eundo et inibi per Annum continuum morando et redeundo etiam expensuri, eandem suorum concedimus ueniam peccatorum huiusmodi quoque remissionis uolumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidij et deuotionis affectum omnes qui ad subuentionem dicti negotij de bonis suis congrue ministrabunt et circa predicta auxilium uel consilium impenderint oportunum. Ceterum ut huiusmodi negotium fidei felicius prosperetur. uolumus ut in singulis ecclesijs uestrarum Ciuitatum et diocesium singuli trunci concaui ponantur Tribus clauibus consignati prima uidelicet penes loci ordinarium secunda penes ecclesie sacerdotem, et si in Collegiatis ecclesijs fuerit penes maiorem de Capitulo Tertia uero penes aliquem probate uite laicum conseruandis, ac in eis fideles quilibet iuxta quod dominus eorum mentibus inspirauerit suas helemosinas deponere in remissionem suorum peccaminum moueantur. Volentes et illam pecuniam quam per fideles eosdem offerri et deponi contigerit in truncis eisdem recipiatis erogaturi eam pro dicto negotio illi uel illis quem uel quos ad hoc deputandum duxerimus seu etiam deputandos, ac certificari, nos per litteras uestras de receptis in truncis eisdem et hijs que deputando uel deputandis predictis duxeritis assignanda

Porro quia presentes littere nequirent forsan propter uiarum discrimina uel alia impedimenta legitima uestrum singulis commode presentari. uolumus quod per te frater . . Archiepiscope dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum, tuoque communitum sigillo uobis fratres suffraganeis transmittatur cui adhiberi per uos uolumus uelut originalibus plenam fidem. Datum apud Villam nouam Auinionensis diocesis II kal. Octobris Pontificatus nostri Anno Secundo.

Under uppvecket: Anno dominj Millesimo &c. christifideles.
På uppvecket: tradita de Curia Transmortana.
På frånsidan: ofvantill ett stort B, *och nedanföre:* Archiepiscopo Vpsalensi.
Blybullan tillika med snöret bortfallen.

1561. 1307 d. 5 Oct. Harokstorp.

Hertig Erics förskrifning på 37 mark lödig, lånfångna af Abbedissan Katharina i Wreta mot förpantning af Monäs, hvilken gård tillfaller klostret, om ej skulden inom nästa påsk betaltes.
A. 3. t.

Omnibus presentes litteras inspecturis ERICUS dei gracia Dux sweorum, salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis nos a religiosa domina domina katerina abbatissa in wretum triginta septem marchas puri argenti mutuo recepisse in festo pasce proxime venturo persoluendas pro quibus sibi curiam nostram monæs cum omnibus dicte curie adiacenciis inpignorauimus isto modo vt si dicta curia infra terminum predictum redempta non fuerit ipsi Domine et conuentui suo perpetuo cedat, ita tamen quod illud nobis supplere teneatur in quo dicta curia melior per fidedignas personas ex parte nostra et sua nominandas fuerit iudicata Jn cuius rei testimonium sigillum fratris nostri karissimi domini ducis waldemari vna cum sigillo nostro presentibus est appensum, Datum Haroksthorp anno domini M°. CCC. VII. tercio non. octobris.

Båda Sigillen bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna.

1562. 1307 d. 21 Oct. Fånö.

Folke Jönssons Bref om jordabyte med Margareta i Hickeby, å hennes söners vägnar, hvarigenom ½ markland i Husaby Markhem henne lemnas för jord i Fånö.
A. 6. b.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, FULKO JONSSON salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter nos cum

margareta in hikkaby ex parte filiorum suorum ad consensum et beniuolenciam johannis røriksson et jngiualdi awnculorum, nec non et aliorum eorundem propinquorum quandam fecisse permutacionem prediorum in hunc modum, recepimus enim ab eadem et filijs suis quatuordecem solidos terre in fanhø, pro quibus assignauimus ipsis dimidiam marcham terre in husaby marchem cum omnibus suis attinencijs, quam de dilecto consobrino nostro domino johanne quondam sudhermannie legifero pro pleno precio habuimus, Quare vos omnes et singulos tam posteros quam modernos in domino rogamus Quatinus eidem margarete et filijs suis astare velitis pro quocumque dimidiam marcham terre predictam jmpetente, Cum nos et heredes nostri ipsis erimus veri in wlgari hemulsmæn in eadem, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud fanhø anno domini Millesimo, CCC°, septimo jn die vndecim milium virginum.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa; har varit insydt i en pergamentslapp, afklippt af ett bref, som i Tillägget kommer att införas.

1563. 1307 d. 29 Oct. Stockholm.

Hertigarne Eriks och Waldemars stadfästelse på Konung Magni vidimerade bref af den 7 Oct. 1286.

E. 73: 208.

Ericus et Waldemarus Dei gratia Duces Sweciæ, Omnibus præsentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos vidisse literas Illustris Principis, Domini Magni, quondam Regis Sweciæ, dilectissimi patris nostri vero sigillo consignatas, sub hac forma. Magnus Dei gratia &c. *Se föregående N:o* 921. Nos igitur, ut dilectissimus pater noster, Fratrum dictorum paci, et quieti providere volentes, easdem gratias, assignationes seu donationes eisdem Fratribus tenore præsentium confirmamus et nostris sigillis communimus. Datum Stokholm. Anno Domini M°. CCC°. septimo, crastino beatorum Apostolorum Simonis et Judæ.

Enligt teckningen under afskriften, har Sigillet N:o 1 varit borta, N:o 2 funnits qvar.

1564. 1307 d. 2 Nov. Sigarsö.

Peter Styrbjörnssons Fastebref på Mosaby i Kumla socken, med fulla inventarier, lemnadt Biskop Ysar i Strengnäs, i vederlag mot erhållen fastighet i Hjorsta, Folkvi och många andra ställen, sammanräknade till 43 örtugsland jord.

A. 3.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, Petrus styrbiornæson, salutem in domino sempiternam, Quoniam ea que rite aguntur jn dubium verti so-

lent. et plerumque ab hominum memoria penitus elabi nisi viue vocis uel litterarum testimonio confirmentur, Notum facio, me recompensatione quadam prediorum facta cum venerabili patre domino ysaro dei gracia Episcopo strængiænensi, juxta voluntatem et consensum meorum verorum ac legittimorum heredum quorum aliqui tunc presentes erant in sigharsø, dedisse ei curiam meam, Mosabÿ, in parochia kumblum, cum omnibus suis pertinentijs ac vtensilibus omnibus in ipsa curia tunc jnuentis, Et recepisse ab eo quantum habuit in Hiorstum, ffulkwi, ac alijs multis locis, ita quod continet .XL.III. solidos terre mihi ac meis heredibus perpetuo possidendum, Testes wlgariter dicti faster fuerunt isti, Petrus dictus kaplan, Johannes birghirsson. Nicolaus de saandum, johannes dictus Norsæbæk, Birgherus karlsson, Haquinus de Thøgsbÿ, ffrøstanus, Haquinus de Mÿrÿbÿ, Jn cuius testimonium siggillum meum. cum siggillis reuerendorum virorum Domini Johannis prepositi Strængenesie, Domini johannis prepositi Nærikie, presentibus sunt appensa, Datum Sigharsø, Anno domini .M°. CCC° VII°. die animarum post festum beati Michaelis.

Sigillen: N:o 1 och 3 mycket skadade; N:o 2 bortfallet, remsan qvar.

1565. 1307 d. 11 Nov. Upsala.

Hertigarne Eriks och Waldemars öppna bref, med förnyade privilegier för Presterskapet.

B. 3: 4. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum salutem in domino sempiternam. Quamuis creatura non habeat &c. *lika med föregående N:o* 1420 *till* Jn cuius nostre concessionis euidenciam pleniorem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum apud vpsaliam Anno domini MCCC septimo in festo beati Martini.

1566. 1307 d. 17 Dec. Åby.

Hertigarne Eriks och Waldemars förbindelse, att, mot erhållande af subsidier af Konung Håkan i Norrige; bekriga Konungen i Danmark.

L. f. 90 *).

Omnibus præsens scriptum cernentibus E. et W. Dei gracia duces Sveorum salutem in domino. Constare volumus omnibus evidenter, qvod facta

*) Utur en Odaterad vidimation af Biskop Helge i Opsla.

nobis de viris providis, dominis ascero Jonsse et Ivaro canonico Bergensi procuratoribus et ministris magnifici principis domini Haguini Dei gracia regis Norvegie illustris, patris nostri carissimi, sufficienti caucione super mille marchis puri argenti nobis qvam cicius assignandis, et de mille marchatis antiqve monete noricane in rebus competentibus nobis vel nostro certo nuncio Tunsbergis in media qvadragesima jam proxima committendis, et de Lethang et Landsckyld de Elwarsysl. et Ranriki istius anni nobis eciam qvantocius deliberandis, promittimus bona fide Regem Dacie cum nostratibus et stipendiariis de alamannia ductis tota nostra potencia invadere et hostiliter impugnare nec cum ipso absqve domino nostro Rege Norvegie prædicto aliqvatenus concordare. In cujus rei evidenciam sigilla nostra et sigilla dilectorum, consiliariorum nostrorum, qvi nobiscum in hac parte, fide data, promiserunt videlicet Venerabilis patris domini H. Dei gracia Lincopensis Episcopi, domini aberni dapiferi nostri, Domini Philippi Ulffson Domini Siggonis Halsteins f. Domini Arnvidi Gottstaff domini Yvani de Kyrin domini Lydari de Kyrin, et domini Thurgilli clerici nostri Secretarii præsentibus sunt appensa. Datum aby Anno domini M. CCC. VII. in 3:a dominica adventus.

1567. 1307 d. 17 Dec. Åby.

Ascer Jonssons och Kaniken i Bergen Iwars förbindelse, att till Hertigarne eller deras ombud, på bestämda tider öfverlemna ofvannämnda subsidier, och att tillse, det Konungen i Norrige icke utan Hertigarnes begifvande ingår någon förbindelse med Konungen i Danmark, samt Grefve Jakobs af Halland derföre gifna borgen.

L. f. 88 *).

Omnibus præsens scriptum cernentibus Ascerus Jonsson et Iwarus Canonicus Bergensis salutem in domino sempiternam. Tenore præsentium ad communem proferimus noticiam qvod nos procuratores magnifici principis domini nostri, H. Dei gracia Regis Norvegie illustris fide media promittimus ex parte sua et nomine procuratorii sui nobis commissi magnificis principibus Dominis E. et W. ducibus Sveorum illustribus vel eorum certis nunciis, mille marchas argenti puri, infra qvartum diem a die nativitatis domini, proximo numerandum, integraliter tradere et qvittare ac mille marchatos antiqve monete noricane in rebus ipsis competentibus Tunsbergis in media qvadragesima jam proxima assignare, et soluciones dictas Læidang et Landskyld, istius anni de Elvasysl. et Ranriki qvam citius deliberare eisdem, et super iis deliberandis sufficientem ipsis facere caucionem. Promittimus insuper

*) Utur en vidimation af Sigge Halstensson och Klerken Carl, dat. d. 28 Dec. 1307.

per bona fide, qvod dictus dominus noster Rex Norvegie absqve consensu et voluntate prædictorum dominorvm ducum cum Rege Dacie nunqvàm debeat concordare, et qvo [1]) omnia, qve pro bono pacis inter ipsum dominum nostrum regem Norvegie et ipsos dominos duces condicta sunt, debeant ex parte sua inviolabiliter observari. Et si præmissa pro ipsis dominis ducibus, vel eorum nunciis, aliqvaliter impediri contigerit promittimus nos cooperatores et efficaces existere promotores, donec ipsis in hac parte integralis et debita satisfactio prætendatur. Præterea nos JACOBUS Dei gracia comes Hallandiæ super præmissis observandis et minime infringendis recognoscimus nos fidem corporalem eciam præstitisse. In cujus rei evidenciam sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum aby Anno domini M. CCC. VII. in 3:a dominica adventus.

1568. 1307 d. 17 Dec. Åby.

Hertigarne ERIKS och WALDEMARS fullmakt för Sigge Halstensson, att uppbära 1000 mark silfver af Norska Konungens Förvaltare.

L. f. 87.

Omnibus præsens scriptum cernentibus E. et W. Dei gracia duces Sveorum, salutem in domino sempiternam. Tenore præsentium notum facimus universis, qvod dilecto et fideli militi nostro domino Siggoni Halsteins f. damus et concedimus liberam potestatem et plenariam authoritatem mille marchas puri argenti, de viris providis dominis ascero Jons f. et Ivvaro Canonico Bergensi procuratoribus Magnifici principis, domini regis Norvegie illustris patris nostri carissimi pendendi ex parte nostra pariter et levandi ac eisdem quittacionis litteras assignandi. In cujus rei evidenciam sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum aby Anno domini M. CCC. VII. in 3:a dominica adventus.

1569. 1307 d. 28 Dec. Kongelf.

SIGGE HALSTENSSONS och Klerken CARLS vidimation af Ascer Jonssons och Kaniken Ivars föregående bref.

L. f. 87.

Omnibus præsens scriptum cernentibus SIGGO HALSTEINS præfectus Kuget [2]) et CAROLUS clericus domini E. dei gracia ducis Sveorum illustris, salutem in Christo. Constare volumus omnibus evidenter, nos recepisse litteras

1) *Förmodligen* qvod. 2) *Förmodligen* Kungellis.

virorum discretorum dominorum Asceri Jons et Iwari canonici Bergensis, Procuratorum Magnifici principis, domini H. Dei gracia Regis Norvegie illustris, non rasas, non concellatas, non abolitas vel in aliqva sui parte viciatas in hæc verba. Omnibus &c. *Se föreg. N:o* 1567. In cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum Kungell Anno domini M. CCC. VII. 4:to die nativitatis domini.

1570. 1307 d. 29 Dec. Dyngiu.

Sigge Halstensons qvittens på de penningsummor, han å Hertigarne Erik och Waldemars vägnar uppburit af Norska Konungen Håkans Förvaltare.

K. t. 3: 49.

Omnibus presens scriptum cernentibus Siggo Hallsteinsson, Præfectus Kongellis salutem in Christo. Recognosco me recepisse et leuasse de &c. Domini H. Dei gratia Regis Norwegiæ Procuratoribus sexcentas marcas puri argenti, centum et mille marcas denariorum Lybicensium ex parte Dominorum meorum Dom. E. et W. Ducum Sveorum illustrium. Hoc autem argentum et pecuniam recognosco me pro mille märchis puri plenarie recepisse &c. præsentibus Domino Karulo clerico Domini Ducis Erici prædicti et Öfrardo monetario Lotosiensi. Datum apud Dyngiu anno Domini M CCC VII quinto die natiuitatis Domini.

1571. 1308 Odat.

Peter Gerardssons salubref på 2 öresland jord i Willberga i Skobohärad till Skokloster, med förbehåll, att i sin lifstid få hugga ved på Söderskogen.

A. 3. b.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis petrus quondam Geraddæson salutem in omnium saluatore, Jniuriatur memorie frequenter obliuio, et longinquitate sepe fit temporis quod res clara presentibus redduntur obscura futuris, Jdcirco tenore presencium tam posteris quam presentibus notum facio, quod Religiosis dominabus sanctimonialibus in sko, duas oras terre Jn villa bergum, Jn skoboheredþi pro iusto et condigno precio, vendidi, tradidi, et assignaui perpetuo Jure possidendas, sub firmarijs secundum leges patrie dominica palmarum apud predictum Monasterium datis, ac eciam nominatis, domino Haquino sacerdote, domino Raguasto, Hemingo Jngimundæson, thæluono Hydinson, vesgøto, Kettiluasto Jn vastadum cum omnibus parochianis, Ceterum volumus omnibus et singulis con-

stare quod a dictis dominabus licenciam habeo Jn suderskog ligna que dicuntur døftret succidere tempore vite mee vnde ne heredes mei hanc licenciam sibi iure hereditario vsurpent, sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum anno domini M°. CCC°. VIII.

På frånsidan: supra willabærgha j skobobæredhe.

Sigillet, på en ur brefvet klippt remsa, adligt, men skadadt.

1572. 1308 d. 1 Febr.

Ingegerd, Holmger Ulfssons enkas gåfva till Alvastra kloster af gården Berg i Westergöthland, med föreskrift, att afkastningen efter hennes död lägges till det anslag hennes man gifvit samma kloster.

A. 3. v. *).

Omnibus presentes litteras inspecturis, Jngigerdis relicta domini holgeri wlf son, salutem et cognoscere veritatem Condecens est et consentaneum racionj vt quos amor et dilectio matrimonii in hac uita inseparabiliter adunant hos eciam post mortem non separet sepultura, Wnde tenore presencium constare volo omnibus euidenter quod sana mente et corpore apud monachos in aluastrum vbi predilectus dominus meus et maritus holmgerus wlf son, sepultus est locum eligo sepulture, Et curiam meam byergh in wesgocia situatam cum omnibus suis pertinencijs prope et alonge positis nomine testamenti confero monachis memoratis hac condicione mediante, quod prouentus illius curie post obitum meum venient ad agmentum pitancie de qua dominus meus prelibatus conuentum predictum et cum eis . . . . pauperes in suo testamento annuatim constituit sustentandos Datum anno domini M°C°C°C° VIII in vigilia purificacionis.

Sigillet borta, jemte den ur brefvet klippta remsan.

1573. 1308 d. 20 Mars. Bergen.

Konung Håkans i Norrige öppna Lejdebref och försäkran för Konung Eriks i Danmark och dess broder, Hertig Christophers tillgifne Herrar och Män, hvilka ville infinna sig i Wiken omkring d. 22 Maj, då Konungens tvist med Junker Nils förekommer, att fritt och obehindradt ditkomma, derstädes vistas i 20 dagar och lika säkert hemfara.

L. f. 97.

Omnibus &c. H. Dei gracia Rex Norvegie &c. notum facimus universis, qvod nos damus et concedimus per præsentes salvum et securum conductum qvibuscunqve prælatis militibus ex parte magnificorum principum

*) Brefvet skadadt af fugt.

dominorum Erici regis Dacie et Christofori fratris sui ad nos libere veniendi in Vichiam super deliberacione domicelli Nicolai nobiscum 10:mo Kal. Junii vel citra tempus illud volentibus placitare et nobiscum tempore placitacionis morandi, nec non a die placitacionis finite infra vicesimum diem pro nobis et nostris omnibus et singulis ad propria libere redeundi, mandantes omnibus et singulis tam extraneis qvam indigenis, infra districtus nostri potestatem constitutis, sub pœna capitis, ne qvis ipsum præsentem conductum ausu temerario violet vel infringat, sed potius ipsis durante conductu præsente omnes ipsos benigne recipiant et honeste pertractent. In cujus rei testimonium sigilla reverendi patris domini arnonis dei gracia Bergensis ecclesie Episcopi et discretorum virorum de consilio nostro dominorum Erici Waldemari Berneri Erlingi de Biarkæy, Snaronis Ashlaci, Baronum nostrorum, una cum sigillo nostro sunt appensa. Datum Bergis Anno domini M. CCC. VIII. die Mercurii ante dominicam Lætare.

1574. 1308 d. 20 Mars. Hæra.

Hertig Eriks Stadfästelse på den, emellan Birger Petersson och Elof Andersson å egna och å sin broder Peters och sin syster Ragnhilds vägnar, ingångna förlikning i en tvist rörande gods och lösegendom.

A. 7. a.

Ericus dei gracia dux sueorum, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter Quod in presencia Magnifici principis Domini birgeri dei gracia regis sweorum fratris nostri karissimi et nostra ac aliorum quam plurium discretorum apud ecclesiam hæra dyocesis arosiensis constituti vir nobilis dominus birgerus pætersson et Discretus juuenis elauus andresson nomine suo, fratris sui petri, et sororis sue ragnildis ac omnium qui hoc factum inpetere possent libere recognouerunt quod omnia inter eos hactenus ventilata super predijs aut rebus aliis quibuscunque concordes et vniformes se esse sunt professi, Jta quod quilibet eorum de parte sua tunc optenta reddidit se paratum, quare cum rite et racionabiliter acta potissimum in nostra presencia approbare et ratificare teneamur supradictorum nobilium recognicionem approbamus et presentis scripti patrocinio communimus prohibentes firmiter et districte nequis pactum huiusmodi quod inter se predicti dominus birgerus et elauus super prediis et rebus aliis fecerant inpetere seu violare presumat sicut graciam nostram conseruare et penam pecuniariam voluerit euitare Jn huius autem rei testimonium vna cum sigillo serenissimi principis Domini .B. dei gracia regis sweorum fratris nostri et nostro sigilla nobilium

Dominorum henrici borgrauij fulconis ioansson. mathie kætilmundæson kanuti lagman et elaui andresson presentibus sunt appensa Datum anno domini. M°. CCC°. VIII°. XIII° kalendas aprilis loco supradicto.

På frånsidan: littera concordacionis inter Dominum Birgerum pætærson et Elauum andresson.

Sigillen N:o 1, 3, 8 skadade; N:o 2, 4—7 bortfallna.

1575. 1308 d. 21 Mars. Haara.

Hertig Erics Stadfästelse på den mellan Birger Petersson och Fru Ragnhild, Eggerts af Bralstorp enka, å hennes och hennes barns vägnar, ingångna förlikning i förenämnde tvist.

A. 6. a.

Ericus dei gracia dux sweorum vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter quod in presencia magnifici principis domini birgeri dei gracia regis sweorum fratris nostri karissimi et nostra, ac aliorum plurium discretorum Apud ecclesiam Haara dyocesis Arusiensis, constituti vir nobilis dominus birgerus pætersson et discreta domina Rangnildis relicta domini Eggardi dicti bralsthorp nomine suo et liberorum suorum recognouerunt libere coram nobis quod omnia inter eos hactenus ventilata super contractibus in rebus mobilibus et immobilibus qvibuscunque inter dictos dominos birgerum et eggardum dum viueret habitis concordes et vniformes se esse sunt professi, ita quod pars quelibet de optento reddidit se contentam, Quare prohibemus firmiter et districte nequis factum huiusmodi inpetere seu violare presumat, sicut graciam nostram conseruare et penam pecuniariam voluerit euitare, Jn huius autem Rei testimonium vna cum sigillo serenissimi principis domini .B. dei gracia karissimi fratris nostri et nostro, sigilla Nobilium dominorum, henrici borgrauij, birgeri legiferi et folconis jonsson. Mathie kætilmundæ, Et quia ipsa domina Rangnildis proprium sigillum non habuit sigillum domini kanuti dicti legiferi presentibus sunt appensa Datum anno domini M° CCC° VIII°. in die beati benedicti loco supradicto.

På frånsidan: Concordia facta jnter dominum birgerum pæterson et dominam Ragnildim relictam domini Edgardi de bralsthorp.

Sigillen N:o 2, 3, 7, 8 mer och mindre skadade; N:o 1, 4—6 bortfallna, remsorna qvar.

1576. 1308 d. 21 Mars. Hara.

Hertig Eriks Stadfästelse på den emellan Birger Petersson och Fru Ragnhild Eggerts af Bralsthorp enka, å egna och hennes barns vägnar, samt Ysar och Konrad, bemälde Eggerts slägtingar, ingångna förlikning i förenämnde tvist.

A. 6. a.

Ericus dei gracia dux sweorum Vniuersis presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter Quod in presencia magnifici principis domini Birgeri dei gracia Regis sweorum karissimi fratris nostri et nostra ac aliorum quam plurium discretorum apud ecclesiam haara dyocesis arusiensis constituti vir nobilis dominus birgerus pætersson et discreta Matrona domina Ragnildis relicta domini eggardi quondam dicti bralsthorp nomine suo et liberorum suorum necnon et Ysarnus ac conradus bralsthorp fratres dicti domini eggardi militis defuncti fratrueles, recognouerunt libere coram nobis quod super contractibus in rebus mobilibus et immobilibus quibuscunque inter predictos dominum birgerum pætersson et dominum eggardum militem dum viueret habitis ac alijs omnibus inter eosdem hactenus ventilatis concordes et vniformes se esse per omnia sunt professi et per assignacionem prediorum per dictum dominum birgerum pætersson liberis ipsius domini eggardi eciam in nostra presencia factam prout in litteris suis patentibus super hoc confectis plene patet pars quelibet de optento reddidit se contentam, Quare cum singula rite et racionabiliter acta potissimum in nostra presencia teneamur diuini et humani juris intuitu roborare Nos factum huiusmodi approbamus et confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus Prohibentes firmiter et districte nequis pactum hoc impetere vel infringere presumat seu quomodolibet violare sicut graciam nostram conseruare et penam pecuniariam voluerit euitare Jn cuius rei testimonium sigillum ffratris nostri karissimi domini Birgeri dei gracia Regis sweorum et nostrum necnon et nobilium dominorum henrici borgrauij ffulconis jonsson Mathie ketilmundason Et quia dicta domina Ragnildis sigillum proprium non habuit sigillum domini kanuti laghman loco sui vna cum sigillis predictorum presentibus est appensum Datum Anno domini Millesimo CCC° VIII°. jn die beati benedicti abbatis loco supradicto.

På frånsidan: Concordia facta inter dominum B. pætersson et dominam Ragnildim relictam domini Egardi de bralsthorp et omnes ei attinentes.

Sigillen N:o 1, 3, 7 bortfallna; N:o 2, 4—6 något skadade.

1577. 1308 d. 26 Mars. Örebro.

Konung Birgers öfverenskommelse och förlikning med sina bröder Hertigarne Erik och Waldemar, samt vilkoren för densamma.

E. 80. b. 1. och L: k. 1.

Universis præsentes literas inspecturis, Birgerus Dei gratia Sueorum Gothorumque Rex, salutem in Domino sempiternam! Ut firma pax et vera concordia inter nos et fratres nostros karissimos Dominos, Ericum et Waldemarum, Dei gratia Duces Sueorum illustres perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, promittimus eisdem fratribus nostris in vi sacramenti prius in Placitatione nuper apud Nycopiam corporaliter præstiti super corpus Christi, quod et nunc libera et spontanea voluntate approbamus, quod omnes causæ, dissensiones et discordiæ majores et minores, hactenus inter nos qualitercunque obortæ, debent ex parte nostra esse remissæ penitus et sedatæ, nec ullo unquam tempore per nos ad animum revocari. In vi etiam ejusdem sacramenti submittimus et committimus nos spontanea voluntate, quo ad omnia nos tangentia, majora et minora, voluntati et ordinationi eorundem fratrum nostrorum, quorum ordinationi in omnibus stare volumus, et ut inter nos disponendum decreverint, reputabimus nos contentos, et quod astabimus eis contra quemlibet hominem honores ipsorum, jura et bona tanquam propria tota potentia nostra defendendo, nec dampna, injurias vel gravamina ipsis aut hominibus suis seu ipsis adhærentibus, nec aliquid in ipsorum præjudicium occulte vel manifeste facere debemus, vel etiam attentare. Commissionem etiam castrorum Calmarniæ et Borgholma factam Dominis E. et W. Ducibus Sueciæ, fratribus nostris in christo karissimis per nobilem virum Dominum Karolum Thydhiskæ, tunc advocatum nostrum in eisdem castris et per alios castrenses ibidem ratificamus, et eam innovando omnino approbamus. Sub eodem nostro sacramento resignamus exnunc castra omnia Finlandiæ et partium orientalium, videlicet Aaboo et Tavestahus et Wiborgh cum terris adjacentibus eisdem et quam cito transsitus patuerit ad Finlandiam, et partes illas orientales, mandabimus præfectis nostris ibidem, quod castra prædicta et terras cum pertinentiis suis eisdem fratribus nostris Dominis Ducibus tradant et committant pleno jure. quod si castrum Wiborgh tradere sibi non poterimus ista vice, per idem promittimus sacramentum, ut quocunque modo poterimus, procurare debemus, ut ad manus eorundem fratrum nostrorum sicut alia castra valeat devenire. et si per nos dictum castrum nullo modo possit optineri, astare debemus Dominis fratribus nostris consilio et auxilio, cum omni potentia nostra, ut in ipsorum perveniat potestatem. Item vi ejusdem sacramenti nostri promittimus, quod terras contractas et bona, quæ infra regnum nobis dimittere voluerint, debemus secundum leges et patriæ jura tenere, nec subditis ultra casum con-

suetum talliis, impositionibus, vel aliis gravaminibus aliquatenus honerare. Astringimus etiam nos firma obligatione in ejusdem vi sacramenti, ut si contingat fratres nostros præmori, et nos ipsis superstites esse, novas aliquas impositiones, tallias seu gravamina subditis regni nullatenus inpetere debeamus, nec de consensu et voluntate majorum regni requisitis pariter et optentis. et quod propter dissensiones inter nos et fratres nostros subortas homines ipsorum clericos vel laicos vel alios quoslibet eis qualitercunque adhærentes, vel subditos regni nullo modo gravare debemus, persequi seu etiam molestare, nec in eos aliqualiter vindicare. Astringimus etiam in vi ejusdem nostri sacramenti, quod milites, armigeros et notabiles personas regni capere vel captivare, seu bona ipsorum occupare non debemus, nisi prius legitime sint convicti, nec exactiones indebitas in ipsos exercere. Debemus etiam dictis Dominis Ducibus, fratribus nostris, cum hominibus nostris assistere, et regnum contra quoscunque invasores eum eisdem tota nostra potentia defensare. Promittimus etiam in vi ejusdem sacramenti nos curatores et procuratores cum omni diligentia et instantia quoad possumus, quod Magnifici Principes Domini Reges Daciæ et Norvegiæ, Domini Gerardus et Alwerus fratres, Comites Hulzatiæ et Skogwiborg, et Dominus Henricus Magnipolensis una nobiscum omnia præmissa repromittent, et quod omnia per nos hic promissa velint observare. Cum his et ex parte nostra repromisit hec omnia vir nobilis Dominus Henricus Borgravius domus Theotonicorum, et assumpsit se procuraturum et curaturum, quod Magister Ordinis sui in Lywonia et fratres præmissa omnia repromittent; et si contra præmissa venerimus, prædictus Magister Ordinis et fratres sui possunt a nobis recedere libere, et dictis Dominis Ducibus fratribus nostris adhærere. Renunciamus etiam in vi ejusdem sacramenti omnibus literis cujuscunque tenoris, et ex quacunque causa a dictis fratribus nostris, Dominis Ducibus habitis et receptis, ubicunque et apud quemcunque inventæ fuerint, per solempne pactum ex certa scientia, et volumus quod sint irritæ, cassatæ et nullius penitus firmitatis: ipsosque Dominos Duces, fratres nostros ab omnibus obligationibus in eisdem contentis quietos et absolutos reddimus, et in perpetuum liberatos. Obligamus ergo nos modo quo supra, et firmiter astringimus ad omnia prædicta fideliter observanda. Et si contingeret, quod Deus avertat! nos venire contra præmissa seu quodlibet præmissorum, submittimus nos spontaneæ jurisdictioni Episcoporum Regni Sueciæ omnis, vel saltem illorum, quos Domini Duces fratres nostri ad hoc duxerint invocandos, ut possint in personam nostram summam *) Excommunicationis promulgare, et alias pœnas Ecclesiasticas seu Canonicas in nos exercere. Volumus etiam

et

*) *Troligen* sententiam

et per pactum promittimus eisdem fratribus nostris, ut si in aliquo venerimus contra præmissa: omnes fidelitate nobis astricti sint eo ipso a nobis absoluti, et quod possunt absque qualibet nota vel displicentia nostra dictis fratribus nostris adhærere. Consentimus etiam, quod dicti Domini Duces, fratres nostri non teneantur nobis ad aliqua promissa observanda, si contra præmissa venerimus, ut superius est expressum, nobis nihilominus remanentibus eisdem, quo ad omnia inter nos placitata firmiter obligatis. Vi etiam nostri sacramenti nos obligamus, et voluntarie nos astringimus, ut, veniendo contra præmissa vel aliquod eorum, eo ipso perdamus bona et jura omnia nobis infra regnum conpetentia, et ad dictos fratres nostros devolvantur. Renunciamus insuper in omnibus præmissis omni exceptioni doli, fraudis, metus, violentiæ, et cujuscunque auxilii juris communis vel consuetudinarii, quod nobis prodesse possit, et prædictis fratribus nostris obesse in præmissis vel quolibet præmissorum. Ratificamus insuper et approbamus placitationem Anno Domini M°. CCC°. VIII°. Dominica carnis Privii Nycopiæ habitam, et omnia in ea contenta tenore præsentis innovamus. Ut autem prædicta omnia et eorum quodlibet per nos et nostros firmiter et inviolabiliter observentur, repromiserunt una nobiscum Domini Episcopi, Episcopus Scarensis, et alii nobiles et magnates regni infra scripti, videlicet Swantapolk, Henricus Borgravius, Karolus Thidhiske, Benedictus Boosson, Rangwaldus Puke, Henricus Glysingh, Gudserkus Boosson, Johannes Huwd, Milites, nec non et Domicellus Ærnist, Sigmundus Kialdorsson, Anundus Liquidsson, Thoko Boosson, Stephanus Röreksson, Christiarnus quondam Advocatus, et Christiarnus filius suus. In cujus rei testimonium una cum sigillo nostro sigilla supradictorum nobilium præsentibus sunt appensa. Actum et datum Oerabro Anno Domini M°. CCC°. VIII°. in crastino Annunciationis beatæ Virginis.

Utom Konungens 2:sidiga sigill, äro 10 andra sigill aftecknade, samt remsor till 3:ne dito.

1578. 1308 d. 17 April.

Holmger Åmäs Pantebref på afrad af jord i Långdunker till Lars Ulfsson, till godtgörande af 80 mark penningar.

J. 6: 298. v.

Omnibus præsentes literas inspecturis, Holmgerus Amä, salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentis constare volo Evidenter, me fratri meo Laurentio Ulffsson, in octaginta marchis denariorum, pro parte fratrum meorum iuniorum, et sororum Langädunker, videlicet, decem solidis terræ

cum dimidio teneri obligatum, adiecta conditione, ut eidem Laurentio sensum dictum Affradh annuatim pro parte prædicta conferre debeam donec pecunia restiterit integraliter soluta. In cuius rei Evidentiam sigillum meum præsentibus est appensum Datum Anno Domini M. CCC. VIII. Quarta feria Paschæ.

Sigillet har, enligt ritningen, varit oskadadt.

1579. 1308 d. 22 Apr. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Bulla till Upsala Domkapitel med tillkännagifvande, att Biskopen i Westerås Nils blifvit utnämnd till Ärkebiskop i Upsala.

A. i. b.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs . . Capitulo ecclesie Vpsalensis Salutem et apostolicam benedictionem. Quam sit onusta periculis et plena dispendijs ecclesiarum prolixa uacatio nos qui licet immeriti sumus Petri successor, et vicarius Jhesuchristi prepositi regimini uniuersalis ecclesie, decet attendere consideratione sollicita, ut nunc per simplicis prouisionis officium nunc per ministerium translationis accommode, ipsis uacantibus pastores accedant ydonei, sub quorum regimine opitulante diuino suffragio requiescant. Sane uacante dudum ecclesia nostra vpsalensi per obitum bone memorie Nicolai Archiepiscopi Vpsalensis uos uocatis omnibus qui uoluerunt debuerunt et potuerunt comode interesse ut moris est conuenientes in unum, pro substitutione futuri pastoris ac deliberantes, ad id per uiam scrutinij procedendum, assumpsistis dilectos filios Magistrum Andream Prepositum Oyarum Siggonis et Sunonem de Adellundum de uobis, fidedignos eiusdem ecclesie Canonicos, qui sua primo et deinde singulorum aliorum uestrorum uota diligenter inquirerent, eaque fideliter in scriptis redacta publicarent illico in communi, qui mandatum huiusmodi exequentes comperuerunt, quod tam ipsi quam uos alij singuli in venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Episcopum quondam Arosiensem in Archiepiscopum Vpsalensem Electum uoto unanimi consensistis. Et deinde Magister Andreas Prepositus memoratus uice sua, et predictorum conscrutatorum suorum ac aliorum uestrum omnium de uestro consensu et mandato, ipsum Nicolaum in Vpsalensem Archiepiscopum postulauit. Jpse uero postulationi huiusmodi non consentiens, Nec dissentiens statum suum ordinationi sedis apostolice totaliter in hac parte submisit. Presentato itaque nobis per procuratores et nuntios uestros postulationis iamdicte decreto Nos ipsius postulationis examinationem dilecto filio nostro Luce sancte Marie in Vialata diacono Cardinali duximus committendam, qui processum illius examinans, quod super

hoc inuenit in nostra, et fratrum nostrorum presentia retulit diligenter. Cumque nostre intentionis existeret, apud sedem prefatam huiusmodi diffinire negotium, maxime cum ipsius ecclesie cura et prouisio de instituendo in ea pastore, ad nos immediate spectaret, ad predictorum procuratorum et nuntiorum supplicationem instantem, eidem Electo ad sedem eandem pro ipsius postulationis prosecutione ueniendi concessimus facultatem, Et demum tam pro parte ipsius, quam pro uestra iamdicte postulationis serie preposita coram nobis, ut postulationem admitteremus eandem fuit humiliter supplicatum Nos igitur postulationem prefatam, ipsiusque Electi personam per venerabilem fratrem Nicolauum Ostiensem et Velletrensem Episcopum et dilectos filios nostros Stephanum .tit. sancti Ciriaci in termis presbiterum, et Lucam memoratum Cardinales, examinari fecimus examinatione solerti, et facta nobis ab eisdem Episcopo et Cardinalibus super hoc relatione fideli postulationem huiusmodi, quam inuenimus de prefato Electo persona ydonea canonice celebratam, de predictorum Episcopi, et Cardinalium, ac aliorum fratrum nostrorum consilio, ac apostolice plenitudine potestatis duximus admittendam, ipsumque a uinculo quo tenebatur dicte Arosiensi ecclesie, cui preerat absoluentes eum ad eandem ecclesiam vpsalensem transtulimus liberam sibi concedendo licentiam ad ipsam vpsalensem ecclesiam transeundi, curamque et administrationem eiusdem ecclesie vpsalensis eidem Electo tam in spiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, tenentes indubie, quod cum ipsum commendet scientia litterarum, et laudabilis uite preconia in placabilitate conuersationis extollant, ac morum grauitas honestate decoret, sitque in spiritualibus et temporalibus circumspectus, diligenti suo studio, prefata vpsalensis ecclesia, ad eius curam et sollicitudinem non minus prout deuote supponimus dei prouidentia quam hominum euocatione uocatur, sic a noxijs illesa seruabitur, quod de bono in melius temporalibus crescet auxilijs et spiritualium sentiens incrementa augebitur uirtutibus et exemplis. Quocirca vniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Electum tanquam patrem, et pastorem animarum uestrarum deuote suscipientes, sibi obedientiam et reuerentiam debitas impendatis ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendendo. Alioquin sententiam, quam idem Electus rite tulerit *) in rebelles ratam habebimus et faciemus actore domino usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Pictauis X kal. Maij Pontificatus nostri Anno Tertio.

På uppvecket: Lambertus pro se et Jordan.

På frånsidan öfverst: Guido de Sambuco; *nedanföre:* Capitulo ecclesie vpsalensis ex parte Reuerendissimi domini N. albi archiepiscopi.

Blybullan bortfallen, segelgarnssnöret qvar.

*) tulerit *är 2:ne gånger skrifvet i originalet.*

1580. 1308 d. 1 Maj.

Domkapitlets i Upsala vidimation af Carl Gregerssons testamentariska anordning, upprättad d. 24 April 1301.

A. 7. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Notum facimus per presentes, nos testamentum nobilis viri karoli gregorisson vidisse sub sigillis auctenticis in hec verba, Jn nomine &c. *Se N:o* 1339. Jn cuius rei testimonium sigillum Capituli ecclesie nostre vpsalensis presentibus est appensum, Actum et datum anno domini M° CCC° VIII die apostolorum philippi et jacobi.

Sigillet borta, remsan qvar.

1581. 1308 d. 1 Maj. Upsala.

Domkapitlets i Upsala vidimation af Fru Ramfrids testamentariska anordning, upprättad d. 28 Nov. 1302.

A. 7. a *).

Omnibus presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Notum facimus . . . . . mentum nobilis mulieris domine Rangfridis vidisse sub sigillis auctenticis . . . hec verba, Jn nomine domini amen, &c. *Se N:o* 1373. Jn cuius rei testimonium sigillum Capituli ecclesie . . . . . appensum, Actum et datum vpsalie anno domini, M°, CCC° VIII die apostolorum philippi et jacobi.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1582. 1308 d. 1 Maj. Wernamo.

Peter Magnussons förklarande, att han för sin del afstår till Magnus Marinasson den icke igenlösta jorden i Tensta och Kylista, i Kärna socken, hvilken Johannes Engel till Magnus pantsatt.

J. 5: 1.

Omnibus præsentes literas inspecturis, Petrus Magnusson, salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentium constare volo evidenter, me terram XI. oras, solido minus, in Tenstä et in Kylistum, in parochia Kärnum situatam nobili militi Domino Magno Marinasson, per Dominum Iohannem,

*) Brefvet är på flera ställen söndrigt.

dictum Ängill, prius inpignoratam, et termino inter ipsos recepto, non resolutam, mihi tamen actione percionis *) attingentem, prædicto Domino Magno, ex parte mea suis hæredibus libere dimisisse. In cuius rei testimonium, sigillum meum præsentibus est appensum. Datum wärnamo, Anno Domini M.CCC.VIII. in die beatorum Philippi et Jacobi.

Sigillet, enligt teckningen, borta.

1583. 1308 d. 23 Maj.

Birger Thomassons af Hageby testamentariska anordning af jord, penningar och lösören till kloster, kyrkor och enskilda personer.

A. 3. b.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti Amen Anno domini M° CCC° VIII° in die ascensionis domini Ego BIRGERUS THOME quondam FILIUS de hagæby licet corpore debilis mente tamen sanus et robustus videns mundanam felicitatem ut fenum agri in nichilum redigi hominisque uitam super terram vt vmbram cicius pertransire propter temporalis mortis acerbitatem et nouissimum examen michi super venturum saluti anime mee volo diligenter prouidere vnde testamentum meum condo in hunc modum monachis et monasterio de iulatum ubi locum eligo sepulture lego hec bona videlicet curiam meam sæby in næsi apud almarnæstek perpetuo iure possidendam cum omnibus bonis mobilibus in eadem curia existentibus atque attinenciis eius videlicet agris pratis pascuis piscacionibus siluis nemoribus intus et extra sepes Jtem capellam meam cum calice libris et omnibus suis ornamentis atque decem marcas vsualis monete do monachis supradictis Jtem domino abbati de iulatum do decem alias marcas denariorum Jtem claustro de wretum eciam decem marcas currentis monete Jtem fratribus in arbogum tantum hoc est decem marcas Jtem ecclesiis in quarum parrochiis bona habeo hoc est cuilibet earum do vnum solidum terre et cuilibet plebano dictarum ecclesiarum do duas marcas denariorum ea de causa ut me mortuo quilibet eorum in qualibet septimana missam pro anima mea semel ad minus celebret usque ad annum Jtem ecclesie strengenensi do vnam horam terre in thorlundum Jtem margarete knudhs doter do quinque horas terre et duos denarios terre suderby in tumbo hærædhæ ista condicione mediante do cum iam dicta margareta grauida esse videtur prole mea illam eandem terram in suderby dicte proli cum ad vitam venerit temporalem assigno iure paterno hereditandam, Modo quia mater cuiuslibet sui infantis morientis heres esse videtur ad huc eam terram in suderby meis heredibus dimitto resoluendam,

*) permutácionis?

ita tamen quod sepe dicta proles mea subito mortua fuerit in hoc mundo, Jtem pueris meis ista duxi danda videlicet markusi duas horas terre quinque denariis minus in østerløsæ atque dextrarium meum cum omni armatura militari Jngewaldo praam quinque marcas denar. Laurencio in hyffraby tres marcas denar. Jtem Laurencio de *) duas marcas denar. Jtem nicholao quondam koco meo duas marcas den. ad sepulturam, Jtem susanne sororie mee tres marcas den. ad dotalicia, Jtem nicholao ruffo tres marcas den., Jtem ingeldo stigh duas marcas den., Jtem hungero schamhals duas marcas den. Jtem heriulfo quinque marcas den., Guthormo tres marcas Petro sororio meo tres marcas den. Jtem iohanni villico in wesby pro debito quod teneor ei et donario do tres marcas, Jtem arnwido siluario duas marcas, Gunnoni piscatori duas marcas Magno erici vnum tentorium, Jtem fratribus in eskilstunum decem marcas, Jtem fratri stenulfo quinque marcas den. Laurencio thouæ son duas marcas Jtem domino matheo quondam filio ketilmundi do cornu meum quod dicitur buckuljækæ Domino magno quondam gregorii do aliud cornu quod dicitur rinnianden, benedicto kanuti do cornu meum brokan Gregorio kanuti do cornu meum quod dicitur sylschatten, Jtem sigwido østansson vnum cornu rubeum, Jtem katherine filie sigwidi vnam brazam auream, Jtem cuilibet villice mee vnam vaccam, pro soluendo testamento meo singulis ut recipiat quiuis testamentaliter quod uel quantum dedi curiam meam sigwalstadhæ assigno in pingnore et infra annum omnino ab heredibus meis redimendam, alioquin ex tunc nuncquam dicta curia ab eisdem heredibus meis redimetur sed volenti et tenenti linialiter digno foro vendenda dimittetur aut eciam si de linea mea non inuenitur homo qui sepius memoratam curiam emere suffecerit alius aliquis quamuis incognitus eandem kuriam digno precio comparabit Ne quod absit omnia iam premissa per heredes meos in aliquo possunt inpediri vnde michi meritum meum precludetur et heredibus meis periculum aliquod in anima possit prouenire vnum tamen excipio si me contingat liberos habere michi superstites in hoc mundo tunc ad huc eadem kuria sigwalstadhi per suos proprios fructus annuatim prouenientes se de omni anno in annum de omni inpignoracione et vendicione liberabit quoad vsque omnia superius memorata fuerint totaliter persoluta et sic demum talis possessio dictis liberis meis erit inperpetuum possidenda, Jtem hec omnia debita mea que diuersis reddere teneor videlicet erico sigwals son quatuor marcas den., Ecclesie thorshiergie duas marcas den. Jtem cuidam mercatori arosie qui tenet ciffum meum argenteum in pignore duodecim horas olauo de halstum XIIII:cim marcas, theoderico in arosia VII horas solido minus, hennickino byttingi quinque marcas duabus oris minus de

*) Namnet har ej blifvit utskrifvet, utan ör lakun lemnad i brefvet.

fructibus in sigwalstadhum prouenientibus omnino persoluantur Exequtores eciam istius testamenti mei instituo discretos viros et honestos Siguidum østani quondam filium, et Kanutum quondam erengisel filium dans eis plenam et liberam facultatem de predictis omnibus disponendi, Jn cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigillum illustris principis domini Erici ducis dei gracia regni sweorum presentibus est appensum, vna cum sigillis discretorum videlicet domini E abbatis de iulatum, Domini magni quondam gregorii, Domini mathie quondam ketilmundi, Gregorij quondam kanuti et benedicti fratris eiusdem sigwidi quondam østænsson atque appendente sigillo meo in memoriam premissorum et munimen, Fuit eciam hec pagina scripta in presencia istorum testium domini E abbatis de iulatum et sigwidi østænsson atque thome filii sui, Magni erici olaui de halstum, birgeri ko, et laurencii de ouerby. Datum anno domini ut supra.

Sigillen N:o 1, 3, 5 mer eller mindre skadade; 2 och 4 bortfallna, remsorna qvar.

1584. 1308 d. 30 Maj. Rumby.

Uplands Lagmannen Birger Petterssons slutliga öfverenskommelse med Simon af Sundby i Ryds socken, hvarigenom den sistnämnde erhåller Brokenäs, Sundbybolstad med ekskog samt Sundby, emot det han afstår öarne Hennegarn, Herkelsö och Helgö samt utbetalar vissa penningsummor till Sigtuna Predikarebrödrakloster och Täby kyrka.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras jnspecturis Birgerus Pæterssøn vplandie legifer salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare uolo certitudinaliter vniuersis, quod inter me ex parte vna et simonem de sundby parochia ryd ex parte altera, super prediis quibusdam, et causis que inter nos vertebantur hoc modo finaliter est placitatum, videlicet, quod ego predium meum brocænes, jtem siluam quercinam in sundbybolstadhe, et predium sub dicta silua et omnem vsum predicti predij, et silue, et ius quodcunque habui in sundby in villa quam incolit, et ius inpetendi aliquid in sundby ipsi simoni ac suis heredibus, pro me et meis heredibus, iure plenario dimitto, ipsum ac heredes eius liberum dimittens, ex parte mea ac heredum meorum ab omni inpeticione, ex quacunque causa, quam habeo contra eum, sub hac condicione, videlicet, quod ipse simon, ex parte sua, ac heredum suorum, mihi, meis que heredibus, assignat, et appropriat, quidquid possidet in insulis, hennægarnum, herkilsø, halgø, cum aquis, piscarijs, et omnibus adiacencijs ad dictas insulas pertinentibus, prout nunc adiacent vni marche terre quam possidet in sørby, jnsuper debet et promisit dictus simon, quod conuentui sictunie fratrum predicatorum soluet ex

parte mea decem et octo marchas denariorum, in festo beati martini proximo iam venturo, Jtem eidem conuentui, viginti marchas in festo pentecostes post festum beati martini tunc sequente, Ecclesie uero tæby, anno domini. M°. CCC°. IX°. in festo beati martini debet soluere duodecim marchas denariorum. Premisse autem placitacioni inter me, et dictum simonem habite, interfuerunt, karissima vxor mea ingiborgis, et frater israel consobrinus meus, Dominus andreas bringæ, et Dominus benedictus, sacerdotes, et famuli mei, ingo de kefro, ericus Hemmingsson, holmgerus trullæ, karulus grannæ, anundus lamb, haghana, samson, petrus villicus in rumby, johannes thortensson, Jn euidenciam autem et robur premissorum, sigillum meum, et sigillum karissime consortis mee Jngiborgis et sigillum fratris israelis prioris sictunie consobrini mei presentibus sunt appensa Actum rumby, anno domini, M°. CCC°. VIII°. in octaua ascensionis domini.

Inga sigill finnas, och om de funnits, så har nedra kanten af brefvet, der de varit fästade, blifvit i sednare tider bortklippt.

1585. 1308 d. 15 Juli. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Fullmakt för Biskopen Nils i Westerås, att vara Ärkebiskop i Upsala, med öfverlemnande tillika af dertill hörande Pallium.

F. 1: 362. An. 3. Ep. 506.

Clemens V. Nicolaum transfert ab Arosiensi Ecclesia ad Ecclesiam Vpsalensem, misso de more Pallio.

Clemens &c. Venerabili Fratri Nicolao Archiepiscopo Vpsalensi Salutem &c.

Nuper presentato Nobis decreto postulationis, quam dilecti filii Capitulum Vpsalensis Ecclesie tunc vacantis de te tunc Episcopo Arosiensi ad Archiepiscopatum Vpsalensem concorditer celebraverint, nos postulationem eandem, quam invenimus de te persona ydonea canonice celebratam admisimus, teque a vinculo quo tenebaris Arosiensi Ecclesie cui preeras absolutum ad dictam Ecclesiam Vpsalensem de Fratrum nostrorum consilio, et apostolice plenitudine potestatis duximus transferendum, preficiendo te illi in Archiepiscopum et Pastorem, curamque et administrationem ipsius tibi in spiritualibus, et temporalibus committendo, plenam quoque tibi concedendo licentiam ad eandem Vpsalensem Ecclesiam libere transeundi. Cum autem palleum insigne, videlicet Pontificalis officii a Nobis cum ea, qua decuit instantia postulasses, Nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de corpore

pore B. Petri sumptum per dilectos filios nostros Landulphum Sancti Angeli, Guilelmum S. Nicolai in Carcere Tullianensi et Lucam S. Marie in Vialata Diaconos Cardinales tibi fecimus assignari, ut illo intra Ecclesiam tuam illis diebus dumtaxat utaris, qui expressi in ipsius Ecclesie privilegiis continentur. Vt igitur signum non discrepet a signato &c. Datum Pictavis Idibus Julii Anno Tertio.

1586. 1308 d. 23 Juli. Upsala.

Domprosten Andreas's i Upsala gåfvobref till Predikarebröderna i Sigtuna på ett stycke tillökning till den tomt i Upsala, midt emot Domkyrkan, som Fru Rangfrid, Lagmannen Israels enka, dem gifvit.

A. 3. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Andreas, prepositus ecclesie vpsalensis, Salutem in domino sempiternam, Cum Nobilis et deuota mulier, Domina Rangfridis, Relicta dominj israelis legiferj, Religiosis viris, ffratribus predicatoribus sictonie, in fundo curie, quam vpsalie juxta ampnem ex opposito ecclesie beate Marie possedit, aream pro domo vna, longitudinis quatuordecim vlnarum, et decem vlnarum latitudinis contulerit, Ego andreas prepositus vpsalensis dictorum fratrum vtilitatibus et solacionj fauere libenter jntendens, superaddidj dictis fratribus in eadem area sex vlnas in longitudine, et quatuor in latitudine, jta, quod libere exnunc ibidem possideant aream longitudinis vigintj vlnarum, et latitudinis quatuordecim, ad inhabitandum, et edificandum prout ipsam nunc jnchoauerant, pro sue libito voluntatis, jta quod absque vssurpacione amplioris ibi spacij, locum inhabitent memoratum, sed et nichil sibi racione huius aree juris vendicent versus ampnem, seu in ipso ampne, Et plateam communem secundum quantitatis aree sue exigenciam parent et teneant, prout platea contigua ab aliis circa habitantibus paratur et tenetur, Jn cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum et sigilla Reuerendorum virorum dominorum, Laurencij decanj, øyarj. Mathie. Nicolai Marcj. et johannis. canonicorum ecclesie vpsalensis apponi peto ad euidenciam pleniorem, Actum et Datum vpsalie. anno dominj M°. CCC°. VIII°. jn crastino beate Marie Magdalene.

På frånsidan: de hospicio fratrum vpsalie.

Sigillen N:o 1—3 bortfallna; N:o 4 och 5 skadade.

1587. 1308 d. 10 Aug. Husaby.

Biskop Bayngolfs i Skara intyg, att Domprosten Magister Bengt, med Biskopens och Domkapitlets tillstånd, bortbytt Klagstorp och Sigarstad i Wermland, qvarnen i Marem, Domprostspannen i Kåkind samt gårdar i Fiskebäck till Kaniken Björn af Dala emot Sæglora och Hathwet.

A. 3. 2.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris B. dei gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis quod in presencia nostra constituti, discreti viri, dominj, Magister benedictus prepositus scarensis. et bero de dalum canonicus noster, permutacionem quandam de bonis beneficiorum suorum perpetuo duraturam, de consilio et consensu tam nostro quam capituli nostri fecerunt in hunc modum, videlicet, quod curie sæglorar et haðueth, cum molendinis, piscarijs, colonijs, ac omnibus alijs dictarum curiarum pertinencijs, intra sepes et extra, ad preposituram scarensem perpetuo pertinere debeant, Curie vero, claxthorp. et sigarstaðæ in wermalandia, cum molendinis, piscarijs, colonijs. ac omnibus alijs dictarum curiarum pertinencijs intra sepes et extra, necnon et molendinum in mareem cui annexa est colonia, Modius prepositalis in kakind, et colonie in fiskibæc illa dumtaxat excepta, de qua facta fuit permutacio cum ecclesia in lenom, prebende dicti domini beronis debeant in perpetuum et irreuocabiliter adiacere. Ne igitur super premissis vel aliquo premissorum aliqua possit in posterum dubietas suboriri, sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa. Datum et actum. hosæby. anno domini. M°. CCC°. VIII°. in die beati laurencij martiris.

Sigillen mycket skadade.

1588. 1308 d. 11 Aug. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Bulla till Ärkebiskopen i Upsala och hans Lydbiskopar, med befallning, att under 5 år genom predikande och aflats utdelande uppmana folket till en korstågsgärd, till kriget mot Saracenerne, jemte föreskrifter, huru de insamlade medlen böra förvaras, redovisas och slutligen till Påfven öfversändas.

A. 1. d *).

Clemens episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopo vpsalensi et eius suffraganeis necnon et aliis episcopis exemptis si qui fuerint in vpsalensi prouincia constituti salutem et apostolicam benedictionem, Exurgat dominus et inimici dissipentur ipsius exurgant cum eo fidei

*) Ur en ovidimerad afskrift på en lång pergamentsremsa, i hög grad svårläst och på flera ställen nästan helt och hållet utplånad.

zelatores apprehendant arma timoris domini Jnduant se fidei orthodoxe lorica. diuini amoris scutum assumant et sub potencia virtutis altissimi roborentur. Opprobriorum et enim crvcifixi que fiunt ei ab insipientibus tota die vindices eius sint memores et erga statum miserabilem terre sancte plenitudinem miseracionum exerceant compassionis fluenta deriuent et misericordis aperiant viscera pietatis quia uenerunt gentes in hereditatem domini et sanctum eius tabernaculum polluerunt Accendantur quidem vt ignis corda fidelium ad ipsius terre necessitatibus succurrendum et affectus pie consideracionis auctis ardoribus inflammentur prebeant quoque manus ad opera et sub spe celestis auxilii prelium domini preliantes ad iuuandum illius causam feruenti magnanimitate consurgant qui multos in paucis sue potencie virtute concludit non obdormiens nec dormitans in euentibus gerencium bellum eius ipsorum custos peruigil et magnificus thriumphator se que accingant gladio potentissimo circa femur ad ipsius iniurias vlciscendas. voce quidem assidue lamentacionis exclamat et inproperat terra ipsa fidei orthodoxe cultoribus ut recordari non desinant quid eis in partibus transmarinis acciderit intueantur et attente considerent tocius christianitatis opprobrium quam preclara nostri saluatoris hereditas versa est ad alienos et locus ille sanctissimus vbi celi regem virgo puerpera genuit locus redemptoris nostri preciosissimo sanguine perfusus. locus vbi poni meruit sepulcri dominici fundamentum et locus quem resurgens christus a mortuis sue resurreccionis gloria multipliciter illustrauit alienarum subuertitur imperio nacionum Recenseant eciam effusis lacrimis multiplicibusque singultibus infra claustra pectorum diligenter qualiter dudum ille perpetue malediccionis alumpnus babilonicus persequtor christianorum sanguinem siciens de fedis cubilibus babilonis contra renatos fonte baptismatis animis furibundis exiliens tripolitanensem et demum aconensem ciuitates fidelium populorum multitudine preditas, magne nobilitatis titulis insignitas refertas opibus, et bonorum vbertate fecundas potenter angustans et incolarum eius aliorumque christi fidelium inibi tunc presencium viribus superatis Ciuitates easdem et non nulla alia loca sollempnia in arcu et pharetra furentibus gladiis comprehendit et fideles ipsos velut occisionis oues in terra marique seuiens eius gladius interemit, ciuitates et loca predicta redigens in cinerem et fauillam Cuius igitur pectus adeo posset incallere duricie quem pro terre ipsius affliccionibus releuandis non emolliret pie consideracionis affectus Quis et enim nisi ferreum pectus habens vel adamantis durissimi corda gerens, eidem terre non aperiat viscera pietatis. Quis non prouocetur ex intimis quis non accendatur ad iram et quis non animetur ad actum debite vlcionis Absit nimirum ut a tam salutari christi seruicio quisque se retrahat absit vt relinquat arma rubigini absit quod animum neget victorie cum non desit victoribus corona per graciam et meritum in presenti et per

gloriam et premium in futuro. Et quidem illatas quisque subditis suis offensas vlciscitur et dei sui non vindicabit iniurias tam atroces, ad hereditatem quilibet suorum manus inuasorum extendi non substinet et pacietur hereditatis dominice tanto tempore detentores Ne igitur qui crvcem adorant in crvcifixo dissimulent quod iuste non tollerarent in homine, pungat eorum mentes et animos contumelia redemptoris, eosque zelus accendat fidei memorate, dum nimirum miserabilis et plenus amaritudine status eius lugubrisque condicio de nostris consideracionibus offerunt dum eius diram horrendamque calamitatem vocibus sue flebilis lamentacionis audiuimus. eo turbamur amarius acerbiusque laceramur in intimis. quo sibi subducte quietis dulcedinem magis ac magis desiderantur appetimus et tranquillitatis deperdite tempora propensius affectamus. Sentimus quidem per effectum vberem pie mentis eius afflicciones innumeras, palpamus suarum multiplicium incendia passionum et per compassionis intime pietatem, non absque lacrimarum profluuio. eius deploramus angustias et secum doloris sui tormenta partimur. Tristatur quoque ac turbatur in intimis pia mater ecclesia tantis intrinsecus confossa doloribus perfunditur lacrimis wltus eius sibi vndique lamenta consurgunt. dum quos regenerauit in filios efferi hostis lacerauit impietas et in fidei orthodoxe cultores dire seuit gladius impiorum, se nichilominus mater ipsa pro iuuanda terra predicta, semper multis sollicitudinibus anxiam exhibens, ac ostendens feruentibus studiis operosam et quanto sibi extitit ex alto promissum manus et mentem ab eius auxilio non retraxit Profecto copiosus in misericordia dominus qui de sue habundancia pietatis animos regum et principum deuocionis igne succendit ad salubrium exercicium accionum precordia karissimi in christo filii nostri philippi regis francorum illustris celestis benediccionis rore perfundit sicque ipsum fidei zelus eiusdem succendit ut terre predicte afflicciónibus et pressuris pio affectu compaciens ad ulciscendas in illa ipsius saluatoris iniurias et eiusdem terre grauamina releuanda adeo feruenter desiderium dirigitur mentis sue. quod ducimur in domino firma fiducia in illo qui mari et uentis imperat et post nubilum tempora serenitatis indulget deuote speramus quod per ipsius regis ministerium studiosum auxiliante illo cuius agitur in hac parte negocium eidem terre proueniat passagii generalis auxilium et optate recuperacionis claritas elucescat Quia uero tam arduum tanteque profunditatis negocium non potest sub breui temporis spacio prout desideramus et expedit debitam et congrvam ordinacionem suscipere. Nosque timore grauissimo in mente perterriti. ne cipri et armenie regnorum nobilium que crvcis hostium premuntur incursibus et usque in intrinsecus ad intima lacerantur ac ipsorum inualescente perfidia affliguntur varietate multiplicis crvciatus, prout insinuatur eorundem regnorum fidelium vocibus oppressorum sub rabie persequcionis ipsorum deci-

dat fortitudo et per hostium ipsorum seuiciam eisdem regnis positis in desolacionis excidium fideles ipsi dire mortis casibus exponantur vias et modos studiis diligentis indagacionis exquirimus quibus terre ac regnis eisdem oportuni manum auxilii porrigere valeamus. O. quam grauem confusionem reciperet si quod deus auertat talis casus emergeret tota religio christiana O quam opprobriose dispendium deformitatis incurreret si per ipsorum hostium rabiem trvculentam tam nobilibus membris eam quod absit contigeret mutilari Quis nimirum posset eis misericordie viscera claudere. quis denegabit ea illis preliantibus aperire quis a se sic virtutem misericordie relegabit quod supra turbam fidelium eorumdem nesciuerit misereri. Credimus nimirum quod cum eis in huiusmodi necessitatis articulo subuenitur gratum deo sacrificium immolatur Verum leuantes in circuitu oculos nostros vt uideremus si quos pugiles et si quos reperiremus athletas domini ad bellum paratos ipsius tandem ad dilectos filios Magistrum et fratres hospitalis sancti johannis ierosolimitani nostre mentis reflectentes intuitum et sperantes quod ad defensionem terre ac regnorum ipsorum ad quam sunt specialiter deputati afficiantur ex corde et pro liberacione terre ipsius de manibus impiorum mortis pericula non formident certum per eos equitum et peditum armatorum passagium prius cum ipsius hospitalis et militie templi magistris et maioribus preceptoribus antequam idem magister ipsius milicie caperetur et quam pluribus aliis secularibus magnis et prvdentibus viris qui statum et condicionem terre ac regnorum ipsorum plenius cognouerint diutina et matura deliberacione prehabita prout tanti negocii grauitas exigebat habitoque super hoc karissimorum in christo filiorum nostrorum Cipri et armenie regum illustrium pleniori nobis per ipsorum litteras destinato et subsequenter eiusdem regis francorum ac nouissime fratrum nostrorum consilio ad dictorum cipri et armenie regum instantem instanciam pro illius modici residui quod fidei predicte cultoribus in eadem terra remansisse dinoscitur ac ipsorum terre et regnorum defensione ac secura custodia et ad oportuna preparanda obstacula perfidis christianis ne victualia et merces prohibitas eisdem deferant sarracenis et sarracenos ipsos prout possibile fuerit inpugnandi non de decime vel partis cuiuslibet ecclesiasticorum inposicione facta reddituum sed de thesauro nostre camere eiusdem regis francorum affluenti ad hoc pecuniario adiuncto subsidio in proximo vernali tempore prouidimus ordinandum et prosequendum per ipsos deo duce per quinquennium sequturum per hoc ipsius camere attenuando erarium et semitas quodam modo pontes et vias ad idem generale passagium preparando Ex quo quidem passagio deo fauente vberioris frvctus eisdem terre et regnis commoda prouentura sperantur quam de quouis passagio in ipsorum terre et regnorum facto subsidium prouenerit a longis temporibus retroactis Et quia fidelium subsi-

dia ad huiusmodi passagium sunt multipliciter oportuna nos considerata in hiis eorum salute quorum animas illi cuius locum quamuis immeriti tenemus in terris lucrifacere multipliciter delectamur. quam plurium graciarum et indulgenciarum beneficia copiosa fidelibus ipsis duximus concedenda vt autem dictum subsidium valeat eidem terre celerius prouenire volumus quod uos et singuli vestrum fideles quoslibet vestrarum ciuitatum et dyocesium cum uos confessiones eorum audire contigerit eisque proponere verbum dei moneatis attencius et efficaciter inducatis et nihilominus omnes seculares et regulares personas exemptas et non exemptas vestrarum ciuitatum et diocesium confessiones audiendi et proponendi verbum dei potestatem habentes iuxta datam uobis a deo prvdenciam studeatis efficaciter exortari quod fideles ipsos confitentes eisdem et sermones ac predicaciones audientes ipsorum solerter moneant et diligencius exortentur quod ipsi dum vixerint et demum tempore obitus eorumdem pias elemosinas et grata karitatis subsidia dictis magistro et fratribus pro huiusmodi passagio in ipsius terre subsidium studeant erogare Nos nimirum ut negocium huiusmodi eo libencius eoque feruencius prosequi studeatis quo uos et exortatores ipsi ex vestris laboribus pocioris salutis fructum noueritis percepturos de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi et illa quam nobis licet indignis deus ipse ligandi et soluendi contulit potestatem singulis vestrum et exortancium predictorum vere penitentibus et confessis diebus singulis quibus exortacionis huiusmodi exercebitis pium opus vnum annum de iniunctis vobis et eis penitenciis misericorditer relaxamus Omnibus quoque personis ecclesiasticis regularibus et secularibus nec et quibuscumque aliis christi fidelibus et inpotentibus ac inhabilibus ad bellandum et mulieribus non intendentibus in personis propriis transfretare in dicto passagio generali que tamen de bonis eorum memoratis magistro et fratribus erogabunt quantum essent in vno anno si personaliter proficiscerentur in terre predicte subsidium expensure plenam eis jnsuper qui medietatem illius quod per tempus anni predicti expenderent in terre iam dicte personaliter proficiscendo subsidium sepedictis magistro et fratribus exhibebunt mediam suorum de quibus fuerint corde contriti et ore confessi concedimus veniam peccatorum Jllos uero qui prefatis magistro et fratribus in dicto passagio de subsidio maiori vel minori subuenient. secundum magis et minus iuxta huiusmodi subsidii quantitatem et deuocionis affectum remissionis participes esse uolumus antedicte Subuenientibus quoque diebus ... maioris ebdomade pro eodem passagio magistro et fratribus memoratis in XXIIII denariis parworum turonensium vel ipsorum valore. XXIIII annorum illis uero qui aliis diebus veneris duodecim denariorum subuencionem prestabunt XII. annorum et eis qui aliis diebus de sex denariis monete predicte aut eorum valore

eisdem magistro et fratribus de bonis eorum impendent subsidium sex annorum indulgenciam misericorditer elargimur Jta quod pro quolibet denario dato in subsidium antedictum iuxta ordinacionem huiusmodi largitor ipse vnius anni Qui uero tantum noluerit uel nequiuerit exhibere sed dederit tantum obulum uel pictam iuxta huiusmodi quantitatem subsidii et deuocionis affectum eandem indulgenciam consequatur volumus autem quod predicta subsidia infra dictum quinquennium largientes predictas indulgencias assequantur Concedimus eciam quod omnes qui totum subsidium exhibebunt insimul vno die quod singulariter singulis maioris ebdomade vel aliis ueneris aut singulis diebus quinquennii memorati impensuri essent pro subsidio antedicto totam illam indulgenciam prout eam per eosdem dies secundum magis et minus diuerso modo concessimus integre assequantur quam assequerentur singulariter diebus singulis quibus huiusmodi subsidium exhiberent. Quod quidem et aliud subsidium omne dictis magistro et fratribus pro dicto passagio inpendendum per manus ordinariorum locorum vel aliorum deputandorum ab eis ipsis magistro et fratribus volumus exhiberi Jntendentes itaque quod elemosine et emolimentum que ex predictis indulgenciis prouenire contigerit pro ipsius passagii commodo diligencius conseruentur volumus quod tu frater archiepiscope in tua metropolitana vosque fratres episcopi in singulis vestris cathedralibus ecclesiis in aliquo intra ipsas accommodo et tuto loco vna ponatur archa vel trvncus fortis et firmus in quo elemosine et emolimentum huiusmodi et alia per manus vestras occasione cuiusuis per nos concesse indulgencie ipsis magistro et fratribus pro huiusmodi passagio in singulis vestris ciuitatibus et diocesibus prouentura recipienda per manus vestrum cuiuslibet in sua ciuitate recondantur Similem quoque archam vel trvncum in qualibet parochiali ecclesia cuiuslibet diocesis in quo elemosine et emolimentum in singulis parochiis ecclesiarum ipsarum ex indulgenciis prouentura predictis securius conseruentur poni volumus et mandamus auctoritate presencium ordinantes. quod in singulis eisdem archis vel trvncis tres serature totidem habentes claues diuersas et omnino dissimiles apponantur quarum clauium videlicet arche vel trvnci positi in ipsis metropolitana et cathedralibus ecclesiis Tu archiepiscope et quilibet vestrum episcoporum in sua ecclesia vnam. aliam uero procurator hospitalis predicti et reliquam aliquis de ciuitate bone opinionis et fidedignus homo fideliter custodiant et conseruent. Archarum autem vel trvncorum eorumdem in dictis parochialibus ecclesiis dictarum diocesium positorum vna a rectore ipsius ecclesie. Secunda vero a procuratore predicto et tercia ab vna fidedigna et deuota persona parochie magistro et fratribus aç passagio eisdem propicia conseruentur. Archas autem vel trvncos predictos videlicet in eisdem parochialibus ecclesiis consistentes in quindena festiuitatis resurreccionis

domini proxime venture quo ad presentem annum propter passagii necessitatem eiusdem per eosdem rectores et procuratorem ac personas que claues vt predicitur dictorum archarum vel trvncorum habebunt aperiri iubemus et pecuniam in eisdem inuentam cum moderatis expensis eiusdem hospitalis per illos qui claues tenebunt uel per ipsorum duos tercio impedito legittime vobis archiepiscopo et episcopis integraliter assignari quam quidem pecuniam necnon et aliam quam quilibet vestrum episcoporum predictorum in archa vel trvnco ecclesie sue cathedralis inuenerit tunc prefato procuratori tradat integraliter et assignet faciens de assignacione ipsa et huiusmodi tradita sibi summa pecunie patentes litteras fieri suo et procuratoris eiusdem sigillis munitas dicto archiepiscopo festinanter et sine dilacione qualibet destinandas Simili quoque modo tu archiepiscope supradicte de pecunia ex huiusmodi indulgenciis per te in tua ciuitate et diocesi recepta procuratori assignata predicto iuxta prescriptam formam litteras confici facias tuo et dicti procuratoris sigillis signatas ipsas necnon et easdem litteras episcoporum ipsorum camerario nostro quam cicius poteris per fidelem nuncium transmissurus Ceterum intendentes Rectorum earumdem parochialium ecclesiarum in hac parte laboribus prouidere. volumus quod in singulis IIII:or dictum festum resureccionis sequentibus annis tempore synodi per quemlibet in sua ciuitate et diocesi celebrande arche uel trvnci aperiantur predicti et pecunie in illis inuente per dictum procuratorem et alios qui claues archarum et trvncorum ipsorum habebunt cuilibet vestrum in sua synodo assignentur tuncque in quemlibet vestrum fiat procuratori predicto pecunie predicte tradicio et fiant similiter de tradicione et quantitate huiusmodi tradite pecunie littere camerario nostro quantocius destinande vt supra proxime in casu alio est expressum Si uero ex indulgenciis ipsis tantam contingeret pecuniam prouenire quod tutum non esset illam in archis vel trvncis retinere predictis quilibet vestrum circa custodiam pecunie in archis uel trvncis in ecclesiis cathedralibus ut predicitur positis ac rectores ecclesiarum ipsarum circa custodiam alterius pecunie in eisdem archis seu trvncis in ipsis ecclesiis cathedralibus recondite de consilio et consensu dictorum procuratorum et aliorum tenencium claues easdem sic caute prouideant ac attente prospiciant quod pecunia ipsa dictum passagium non fraudetur Jllos uero qui archas uel trvncos fecerint aut concesserint supradictos Quique ipsos et claues easdem fideliter custodierint nobiles et innobiles et quosuis alios cuiuscunque condicionis existant qui in eorum vltimis voluntatibus equos arma et queuis alia bona in subsidium dicti passagii eodem durante quinquennio magistro et fratribus legauerint sepedictis Omnes eciam et singulos arma equos victualia seu fodrum et quecumque mercimonia in terra uel mari ad exercitum dicti passa-

gii

gii quomodolibet deferentes omnem operam pietatis et aliorum spiritualium bonorum et beneficiorum que fiunt et fieri contigerit in hospitali et passagio supradictis participes esse uolumus et consortes. Vobis igitur auctoritate apostolica districtius iniungimus ut quociescumque vos missarum sollempnia celebrare contigerit. Oraciones contra paganorum perfidiam per ecclesiam ordinatas. quarum prima Omnipotens sempiterne deus. Secunda speciáliter deputata ad secretam Sacrificium domine et terciam dici post communionem precipue consuetam Protector incipiunt deuotis mentibus effundatis vt per singulas personas ecclesiasticas in sacerdocio constitutas uobis subiectas pio cordis affectu dici in missarum earundem officijs faciatis. Personis autem ecclesiasticis uolentes plenius prouidere dyocesanis eorum dispensandi cum eis qui cum a canone uel ab homine latam excommunicacionis sentenciam incurrissent irregularitatis notam in miscendo se diuinis officiis contraxerunt uel ob id infra dictum quinquennium contrahere ipsos contigerit dum modo tantum de bonis eorum magistro et fratribus ipsis pro subsidio memorate persoluerint quantum expenderent in ueniendo ad romanam curiam et morando in ipsa pro dispensacione huiusmodi optinenda et redeundo eciam ab eadem nisi forte in episcopos uel abbates uel alios superiores proprios iniecissent manus temere violentas. Post quam ab excommunicacionum sentenciis quas incurrerant uel incurrere ipsos contigerit tempore supradicto iuxta formam ecclesie fuerint absoluti plenam auctoritate presencium concedimus facultatem Omnibus insuper et singulis tam clericis quam laycis cuiuscumque dignitatis. preeminencie. ordinis condicionis uel status existant sub interminacione maledicionis eterne districcius inhibemus ne quemquam quoduis subsidium in dicto passagio eisdem magistro et fratribus exhibere ab huiusmodi voluntate retrahere uel in quoduis aliud eciam pium opus commutare uel quo minus huiusmodi largiatur subsidium verbo vel opere impedire presumat. Siquis uero contra nostram prohibicionem huiusmodi attemptare presumpserit eandem et apostolorum ipsorum ac nostram a qua nullum absolui volumus preter quam in mortis articulo quousque duplum eiusdem subsidii exhibuerit quod per impedimenti prestacionem huiusmodi dicte terre subtractum exstiterit se nouerit incursurum Jdeoque fraternitatem vestram monemus et hortamur in filio dei patris vobis iniungimus in virtute obediencie districte precipiendo mandantes Quatinus tenorem et formam indulgenciarum huiusmodi christi fidelibus eis proposito verbo dei dominicis singulis et festiuis et aliis diebus de quibus expediens fuerit in ecclesiis et locis vestrarum ciuitatum et diocesium in missarum sollempniis et aliis horis congrventibus publicetis ac per rectores ecclesiarum et predicatorum ac minorum ordinum fratres et alios religiosos uel personas ecclesiasticas earundem

ciuitatum et diocesium in eisdem sollempniis et horis faciatis sollicite in wlgari cuilibet *parochie* publicari et nihilominus tu archiepiscope supradicte statim receptis presentibus premissa omnia per tuas patentes litteras de verbo ad verbum harum seriem continentes cum omni celeritate qua poteris prout tam pio negocio videris expedire dictis episcopis studeas intimare eisque mandare districtius . . . . eorum subditis . . . tuo mandato recepto omni dilacione . . . . . aliquatenus non . . . . . *tam* pium opus et gratum altissimo sollicite et laudabiliter iuxta datam uobis a deo . . . . . studeatis Sicque ad subueniendum terre predicte necessitatibus efficaciter fidelem . . . . . de vestris laboribus diuina fauente clemencia frvctus sperati . . . ant et . . . . vestre studium palmam glorie que causam dei gerentibus pro digna retribucione rependitur mereatur Datum Pictauis tercio idus augusti Pontificatus nostri anno tercio.

Denna afskrift är med följande ord derefter bekräftad:

Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti scripto duximus apponendum.

Vid ena ändan tillskrifvet: Transcriptum litterarum domini clementis pape .V. super passagio ad terram sanctam.
Sigill finnes icke.

1589. 1308 d. 11 Aug. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Bulla till Patriarker, Ärkebiskopar och Biskopar, med tillåtelse och uppmaning att, under loppet af följande fem åren, efter en viss beräkning förvandla botgörares löften om späkning och vissa valfarter i penningar till heliga landsbjelpen, hvilka skola enligt derom gifna föreskrifter, förvaras och redovisas samt till Hospitaliterna öfverlemnas.
A. 1. b.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. venerabilibus fratribus Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis, ad quos littere iste peruenerint Salutem et apostolicam benedictionem. Gerentes cordi negotium Terre sancte, ac intendentes sollicite ad promotionem passagij quod per dilectos filios .. Magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in vernali tempore proximo uenturo prouidimus faciendum. et per ipsos prosequendum deo duce per Quinquennium secuturum. obtinentes quoque de uestre circumspectionis industria, fiduciam in domino specialem, uobis et uestrum singulis, commutandi dicto durante Quinquennio cuiusuis abstinentie et quarumcunque peregrinationum uota, vltramarino dumtaxat excepto in pecuniarium subsidium prefatis Magistro et fratribus uel eorum procuratori pro dicto passagio exhibendum cum super hoc ab eis uel eodem procuratore fueritis requisiti dummodo conditione inspecta uouentium, ac dicti passagij necessitate pensata super quibus uestram conscientiam oneramus, pretio uel precibus, amicitia, fauore uel odio cuiuscunque nichil circa hec super quibus sciat se

unusquisque uestrum redditurum in examine districti Judicij rationem. agatur in fraudem uel diminutionem subsidij supradicti plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. volumus autem ut huiusmodi pecuniarium subsidium prestandum uidelicet per uouentes peregrinationes easdem ad tantam summam pecunie extendatur, quantam uouentes ipsi pro complendo uoto peregrinationis eiusdem personaliter expendissent. votum autem huiusmodi abstinentie iuxta illius arbitrium intendimus redimi qui uotum huiusmodi commutabit, de pecunia uero que habebitur pretextu concessionis huiusmodi fiat quo ad traditionem ipsius pecunie faciendam procuratori predicto et quo ad confectionem litterarum receptionis dicte pecunie necnon et quantum ad certificationem Camerarij nostri de tradite ipsi procuratori pecunie quantitate sicut de alia pecunia que reponetur in Archis uel Truncis iuxta ordinationem contentam in alijs nostris litteris indulgentialibus pro negotio passagij predicti concessis, apertius continetur. Datum Pictauis III Jdus Augusti Pontificatus nostrj Anno Tertio.

På uppvecket: pro Pascali infirmo P. Ascibilis. *På frånsidan:* bulla de passagio.

Bullan bortfallen; segelgarnssnöret qvar.

1590. 1308 d. 11 Aug. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Bulla till Patriarker, Ärkebiskopar och Biskopar med tillåtelse att gifva dispence för viss tid från prestvigning åt de andeliga män, som till korstågsgärden lemna ett års inkomster af den församling, till hvilken de redan blifvit kallade eller under loppet af följande 5 åren kallas; jemte föreskrifter om medlens förvarande och aflemnande.

A. 1. b.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus Fratribus Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis ad quos littere iste peruenerint, Salutem et apostolicam benedictionem. Dignum reputamus et congruum, ut eos qui ad christi obsequia prosequenda se offerunt, specialibus gracijs honoremus. Jntendentes igitur ut Passagium quod per dilectos filios . . Magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, in vernali tempore proximo uenturo, in subsidium Terre sancte prouidemus faciendum, et prosequendum deo duce per Quinquennium secuturum, tanto libencius personarum ecclesiasticarum fulciatur auxilio, quanto magis persone ipse fauorem apostolicum sibi sencient gratiosum, dispensandi cum quibuscumque ad regimen Parrochialium ecclesiarum assumptis, uel usque ad dictum Quinquennium assumendis, qui infra Quinquennium ipsum, fructus unius anni ecclesie Parochialis, quam singuli eorum obtinent, uel infra dictum Quinquennium obtinebunt, racione cuius haberent, infra annum ad presbiteratus ordinem promoueri, dictis Magistro et fratribus, uel eorum procuratori, pro subsidio dicti Passagij exhibebunt, quod ipsi dummodo infra annum ordinem subdiaconatus recipiant, non teneantur usque ad Quinquennium, a tempore huiusmodi suscepti re-

giminis, racione ipsius ecclesie, ad sacerdotium promoueri, nec ad id a quoquam compelli possint inuiti qualibet constitucione contraria non obstante, quotienscumque a prefato procuratore fueritis requisiti, plenam uobis et singulis uestrum concedimus auctoritate presencium facultatem. De pecunia uero que habebitur pretextu concessionis huiusmodi, fiat quo ad tradicionem ipsius pecunie faciendam procuratori predicto, et quo ad confectionem litterarum receptionis dicte pecunie, necnon et quantum ad certificationem Camerarij nostri de tradite ipsi procuratori pecunie quantitate, sicut de alia pecunia, que reponetur in Archis uel truncis iuxta ordinationem contentam in aliis nostris litteris indulgentialibus pro negotio Passagij predicti concessis, apertius continetur. Datum Pictauis III Jdus Augusti Pontificatus nostri Anno Tertio.

På uppvecket: N. de fractu. *På frånsidan:* bulla de passagio clementis.

Bullan bortfallen; segelgarnssnöret qvar.

1591. 1308 d. 12 Aug. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Bulla till Ärkebiskopen i Upsala, Biskopar, Abboter, Priorer och andra Kyrkans Prelater, samt till Domkapitel och Konventer, med kallelse till Kyrkomöte i Vienne, för att rådslå om Tempelherre-Orden, heliga landets återtagande m. m.

A. r. b. *).

Clemens episcopus seruus seruorum dei. venerabilibus patribus .. Archiepiscopo vpsalensi et Episcopis ac Dilectis filijs Electis Abbatibus Prioribus Decanis Prepositis Archipresbiteris Archidiaconis et alijs ecclesiarum Prelatis exemptis et non exemptis et eorum Capitulis et Conuentibus per vpsalensem prouinciam constitutis. Salutem et apostolicam benedictionem. Regnans in celis triumphans ecclesia cuius pastor est pater eternus cui sanctorum ministrant agmina et laudis gloriam angelorum chori decantant in terris ad sui similitudinem et representationem constituit ecclesiam militantem unigenito filio dei uiui domino ihesu christo ineffabili commercio copulatam in qua idem unigenitus dei filius a patre progrediens per illustracionem paracliti procedentis pariter ab utroque statuit fidei fundamentum sane Romana ecclesia mater alma fidelium caput est disponente domino ecclesiarum aliarum omnium et Magistra, a qua ueluti a primitiuo fonte ad singulas alias eiusdem fidei riuuli deriuantur Ad cuius regimen uoluit christi clemencia Romanum Pontificem uice sui deputare ministrum ut instructionem et doctrinam ipsius eloquio ueritatis euangelice traditam, cuncti renati fonte baptismatis, teneant et conseruent, Et qui sub hac doctrina cursum uite recte peregerint, salui fiant, Qui uero ab ea [1]) deuiauerint condempnentur Jpsa nempe Romana ma-

*) Bullan N:o 1592 i samma ämne till Konungen i Sverge har följande olikheter: 1) ipsa

ter ecclesia iuxta Exigentiam possibilitatis ipsius ad cunctas orbis prouincias in quibus diuini nominis cultus uiget fideique catholice obseruantia rutilat intuitum sedule considerationis extendens, ac subiciens, abolim, sue considerationis examini, diuturni calamitatis angustias illius specialis hereditatis dominice uidelicet terre sancte ab infidelibus miserabiliter conculcate, in qua idem patris eterni filius nostre carnis indumento contectus, salutem humani generis pietate ineffabili extitit operatus, quamque sua ipse uoluit corporali insignire presencia et proprij aspersione sanguinis consecrare multa sollicitudine studuit. eidem terre retroactis [a]) temporibus quibus potuit remedijs ut eriperetur [3]) ab ipsis impijs subuenire. Et quia inter ceteros quos professio christiane religionis includit Milites et Fratres domus Militie Templi Jerosolimitani, sicut est toti orbi notorium tanquam speciales eiusdem fidei pugiles, et iamdicte terre precipui defensores [4]) ipsius terre negocium principaliter gerere videbantur, ipsos et eorum ordinem prefata ecclesia specialis fauoris plenitudine prosequens eos aduersus christi hostes crucis armauit signaculo, multis exaltauit honoribus ditauit facultatibus ac diuersis libertatibus et priuilegijs communiuit. Hij nimirum cum crederentur in domini seruitio sub regulari habitu fideliter militare sibi quasi cunctorum manus fidelium cum multiplici erogatione bonorum sentiebant multipharie multisque modis propterea adiutrices, sed proh dolor noua et calamitosa uox de malignitatis fratrum ipsorum enormitate progrediens nostrum impleuit immo uerius perturbauit auditum. Hec enim uox nuncia lamentationis et gemitus audientibus horrorem ingerit commouet animos mentes turbat et cunctis fidei christiane cultoribus noue et ineffabilis amaritudinis calicem subministrat, et dum facti seriem eius necessitate poscente depromimus noster attenuatur preangustia spiritus et ualitudinis fatigata confractibus membra singula prenimio dolore tabescunt. Dudum siquidem circa nostre promotionis ad apicem summe pontificatus initium eciam ante quam lugdunum ubi recepimus nostre coronationis insignia ueniremus et post tam ibi quam alibi secreta quorundam nobis insinuatio intimauit quod . . Magister Preceptores et alij fratres ordinis *) dicte Militie Templi et etiam ipse ordo qui ad defensionem patrimonij ipsius domini nostri ihesu christi fuerant in transmarinis partibus deputati contra ipsum dominum in scelus apostasie nephandum detestabile ydolatrie vitium execrabile facinus sodomorum et hereses uarias erant lapsi. Sed quia non erat ueri simile nec credibile uidebatur quod viri tam Religiosi qui precipue pro christi nomine suum sepe sanguinem effundere ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur. Quique multa et magna tam in diuinis officijs quam in ieiunijs et alijs obseruancijs deuocionis signa frequen-

a) retrohabitis 3) eriperet 4) defensionis. *) ordinis *utesluter*.

tius pretendebant [5]) sue sic essent salutis immemores quod talia perpetrarent huiusmodi insinuationi, ac delacioni ipsorum eiusdem domini nostri exemplis et canonice scripture doctrinis edocti aurem noluimus inclinare. [6]) Deinde uero Carissimus in christo filius noster Philippus Rex francorum Jllustris cui [7]) eadem fuerant facinora nunciata, non tipo [8]) auaricie cum de bonis Templariorum nichil sibi [9]) uendicare uel appropriare intendat *) immo ea nobis et ecclesie per deputandos super hoc a nobis administranda gubernanda conseruanda et custodienda liberaliter et deuote in regno suo dimisit [10]) manum suam **) exinde totaliter amouendo. Sed fidei orthodoxe feruore suorum [11]) progenitorum uestigia clara sequens accensus de premissis quantum licite potuit se [12]) informans ad instruendum et informandum nos super hijs multas et magnas nobis informationes per suos [13]) nuntios et litteras destinauit [14]) infamia uero contra templarios ipsos increbrescente ualidius super sceleribus antedictis, Et quia eciam quidam Miles eiusdem ordinis magne nobilitatis et qui non leuis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis secreto iuratus deposuit, quod in receptione fratrum prefati ordinis, hec consuetudo uel uerius corruptela seruatur, quod ad recipientis uel ab eo deputati suggestionem qui recipitur christum ihesum negat et super Crucem sibi ostensam spuit in uituperium Crucifixi, et quedam alia faciunt recipiens et receptus que licita non sunt [15]) nec humane conueniunt honestati prout ipse tunc confessus extitit coram nobis urgente nos ad id officij nostri debito uitare nequiuimus quin tot et tantis clamoribus accommodaremus auditum Sed cum demum fama publica deferente ac clamosa insinuatione dicti Regis [16]) nec non et Ducum, Comitum et Baronum, ac aliorum nobilium, Cleri quoque ac populi dicti Regni francorum [17]) ad nostram propter hoc tam per se quam per procuratores et syndicos presentiam uenientium quod dolenter referimus ad nostram audientiam peruenisset quod Magister Preceptores et alij fratres dicti ordinis, et ipse ordo prefatis et pluribus alijs erant criminibus irretiti, et premissa per multas confessiones attestationes et depositiones prefati Magistri et plurium [18]) Preceptorum, et fratrum ordinis prelibati coram multis Prelatis et . . heretice prauitatis Jnquisitore in Regno francie factas, habitas et receptas et in publicam scripturam redactas nobisque et fratribus nostris ostensas probari quodammodo uiderentur, et [19]) nichilominus fama et clamores predicti in tantum inualuissent et eciam ascendissent, tam contra ipsum ordinem, quam contra singulares personas [20]) eiusdem quod sine graui scandalo preteriri non poterat nec absque imminenti periculo tolerari Nos illius cuius uices licet immeriti in terris gerimus uestigijs inhe-

5) protendebant 6—7) Deinde vero tu cui 8) typo 9) tibi *) intendas 10) tuo dimisisti **) tuam 11) tuorum 12) te 13) tuos 14) destinasti 15) que non sunt licita 16) insinuatione tui 17) Regni tui 18) principalium 19) ac 20) personas singulares.

rentes, ad inquirendum de predictis ratione preuia duximus procedendum; multosque de Preceptoribus presbiteris, Militibus et alijs fratribus dicti ordinis reputationis non modice in nostra presentia constitutos prestito ab eis iuramento quod super premissis meram et plenam nobis dicerent ueritatem, super predictis interrogauimus, et usque ad numerum septuaginta duorum examinauimus [21]), multis ex fratribus nostris nobis assistentibus diligenter, eorumque confessiones per publicas manus in autenticam scripturam redactas illico in nostra et dictorum fratrum nostrorum presentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio in consistorio legi fecimus coram ipsis, et illas in suo uulgari cuilibet eorum exponi. Qui perseuerantes in illis eas expresse et sponte prout recitate fuerant approbarunt. Post que cum Magistro et precipuis Preceptoribus prefati ordinis intendentes super premissis inquirere per nos ipsos, ipsum Magistrum et . . francie . . Terre Vltramarine . . Normannie . . Aquitanie ac . . . Pictauie Preceptores maiores nobis [22]) Pictauis existentibus mandauimus presentari. Sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis quod equitare non poterant, nec ad nostram presentiam quoquomodo adduci, Nos cum eis scire uolentes de premissis omnibus ueritatem, et an uera essent que continebantur in eorum confessionibus et depositionibus quas coram . . Jnquisitore prauitatis heretice in Regno francie [23]) presentibus quibusdam notarijs publicis et multis alijs bonis viris dicebantur fecisse nobis et fratribus nostris per ipsum Jnquisitorem sub manibus publicis exhibitis et ostensis, Dilectis filijs nostris Berengario tit. [24]) sanctorum Nerei et Achillei et Stephano tit. Sancti Ciriaci in Termis presbiteris et [25]) Landulfo sancti Angeli diacono Cardinalibus de quorum prudentia experientia et fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus commisimus et mandauimus ut ipsi cum prefatis Magistro et [25]) Preceptoribus inquirerent tam contra ipsos et alias singulares personas dicti ordinis generaliter quam contra ipsum ordinem super premissis cum diligentia ueritatem et quicquid super hijs inuenirent nobis referre ac eorum confessiones et depositiones per manum publicam in scriptis redactas, nostro apostolatui deferre ac presentare curarent, eisdem Magistro et Preceptoribus absolutionis beneficium a sententia excommunicationis quam pro premissis si uera erant incurrerant si absolutionem humiliter ac deuote peterent ut debebant [26]) iuxta formam ecclesie impenderi. Qui Cardinales ad ipsos Magistrum et Preceptores personaliter accedentes eis sui aduentus causam exposuerunt. Et quoniam tam persone, quam res ipsorum et aliorum Templariorum in dicto Regno [27]) consistentium in nostris manibus [28]) erant quod libere absque meta exinequam plene et [29]) pure su-

21) et examinauimus vsque ad numerum septuaginta duorum 22) etiam *tillsatt.* 23) Regno tuo prefato 24) tituli 25) ac 26) deberent 27) tuo *tillsatt* 28) manibus nostris 29) ac

per premissis omnibus ipsis Cardinalibus dicerent ueritatem, eis auctoritate apostolica iniunxerunt. Qui Magistri et Preceptores, francie Terre vltramarine, Normannie, Aquitanie ac Pictauie coram ipsis tribus Cardinalibus presentibus Quatuor Tabellionibus publicis et multis alijs bonis viris ad sancta dei euangelia ab eis corporaliter tacta prestito iuramento quod super premissis omnibus meram et plenam dicerent ueritatem coram ipsis singulariter libere ac sponte absque coactione qualibet et terrore deposuerunt et confessi fuerunt inter cetera christi abnegationem et spuitionem super crucem cum in ordine Templi recepti fuerunt et quidam ex eis se sub eadem forma scilicet cum abnegatione christi et [30]) spuitione super crucem fratres multos recepisse, sunt etiam quidam ex eis quedam alia horribilia et inhonesta confessi que ut eorum ad presens parcamus uerecundie subticemus. Dixerunt preterea et confessi fuerunt esse uera que in eorum confessionibus et depositionibus continentur, quas dudum fecerant coram .... Jnquisitore heretice prauitatis. Que confessiones et depositiones dictorum Magistri et Preceptorum [31]) in scripturam publicam per Quatuor Tabelliones publicos redacte, in ipsorum Magistri et Preceptorum et quorundam aliorum bonorum virorum presentia ac deinde interposito aliquorum dierum spatio coram ipsis eisdem lecte fuerunt de mandato et in presentia Cardinalium predictorum et in suo uulgari exposite cuilibet eorundem Qui perseuerantes in illis eas expresse ac sponte prout recitate fuerant approbarunt, et post confessiones et depositiones huiusmodi ab ipsis Cardinalibus ab excommunicatione quam pro premissis incurrerant absolutionem flexis genibus manibusque complosis humiliter et deuote ac cum lacrimarum effusione non modica petierunt. Jpsi uero Cardinales quia ecclesia non claudit gremium redeunti ab eisdem Magistro et Preceptoribus heresi abiurata expresse ipsis secundum formam ecclesie auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt, ac deinde ad nostram presentiam redeuntes confessiones et depositiones prelibatorum Magistri et Preceptorum in scripturam publicam per manus publicas ut est dictum redactas nobis presentauerunt et que cum dictis Magistro et Preceptoribus fecerant retulerunt, Ex quibus confessionibus et depositionibus [32]) ac relatione inuenimus sepefatos Magistrum et Fratres in premissis et circa premissa licet quosdam ex eis in pluribus et alios in paucioribus grauiter deliquisse. Attendentes autem quod scelera tam horrenda transire incorrecta absque dei omnipotentis et omnium catholicorum iniuria non poterant nec debebant, decreuimus de fratrum nostrorum consilio per ordinarios locorum ac per alios fideles et sapientes viros ad hec deputandos a nobis contra singulares personas

30) ac 31) depositiones Magistri et Preceptorum predictorum 32) depositionibus et confessionibus.

personas ipsius ordinis, nec non et [33]) contra dictum ordinem per certas discretas personas quas ad hoc duximus deputandas super premissis criminibus et excessibus inquirendum. Hijs nempe que magis flere cogimur quam narrare cor nostrum passione nimia cruciatur et cum tanta proinde nobis immineat gemendi materia, fletum non possumus declinare, Quisnam catholicus hec audiens nimis non doleat et prorumpat in luctum, quis fidelis huiusmodi sinistrum euentum intelligens amara non emittat suspiria uerbaque lamentationis et mestitudinis non eructet cum tota christianitas huius [34]) doloris sit particeps, et hic casus fideles percutiat uniuersos. Ex hijs etiam dum ministerio debite considerationis nostre mentis presentantur [35]) obtutibus, ignis in nostris meditationibus exardescit et ad tanta discrimina releuanda suspirat affectus zelus accenditur et spiritus anxiatur. Ad quod cum nos sufficere commode non posse sciamus leuamus oculos nostros ad Montem, Montem quidem dei, Montem uberem, Montem pinguem unde oportunum prouenire nobis [36]) auxilium et humiliter petimus et deuote [37]) speramus. Et quia salubre in hijs adhibere remedium, interest generaliter omnium Nos cum eisdem fratribus nostris alijsque viris prudentibus exacto et [38]) frequenti tractatu prehabito prout tante necessitatis instantia exigebat, de ipsorum fratrum consilio vniuersale Consilium sicut imitatione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis longeue obseruationis exemplo Nos instruit, a proximis kalendis Octobris ad duos annos immediate sequentes decreuimus congregandum ut in eo tam circa dictum ordinem et personas singulares et bona eiusdem et alia que statum tangunt fidei catholice quam circa recuperationem et subsidium terre sancte, ac reparationem ordinationem et stabilitatem ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum, et libertatum earum [39]), illa deo auspice communi consilio inueniatur prouisio et eiusdem approbatione Concilij roboretur per cuius salutiferam executionem uirtus altissimi elimatis erroribus roborata fide ad tramitem ueritatis reductis, errantibus reintegrata eiusdem fidei unitate extirpatis uitijs uirtutibusque plantatis correctis excessibus, moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertate solida stabilitate munita recuperatis deperditis, et eiusdem terre statu prospero [40]) reparato occupata restituat uastata restauret et restaurata conseruet Nobisque uiam aperiat idem ipse qui nouit, et facultatem tribuat ipse qui potest, ut sic in premissis iuxta intensum animi nostri desiderium sibi ministrare possimus salubriter quod idem uerus eiusdem vniuersalis sponsus ecclesie, ipsam dilectam suam purgatam maculis munitam uirtutum monilibus ac ornatam unam semper habeat et formosam ad sui nominis laudem et gloriam ad animarum profectum [41]), robur fidei, pacem et exaltatio-

33) et *uteslutet* 34) huiusmodi 35) præsentatur 36) nobis prouenire 37) deuoti 38) ac 39) eorum 40) prospere 41) perfectum.

nem populi christiani. Quia uero prosecutio tanti propositi tempore indiget, ut deductum maturius, facilius auctore domino effectum debitum sortiatur predictum tempus ad id duximus deputandum. Quocirca [42]) vniuersitati uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus uos fratres Archiepiscope . . Strauinensis et . . Anguriensis Episcopi reliquis uestrum Episcoporum in uestra Prouincia remanentibus ad ea que Pontificale officium exigunt tam in uestris quam illorum dicte Prouincie qui ad huiusmodi Concilium vniuersale accesserint Ciuitatibus et diocesibus exercenda omni negligentia relegata cunctis prout talis et tanti negotij qualitas exigit dispositis et paratis, sic medio tempore accingatis ad iter quod in huiusmodi decreto termino quem uobis et alijs peremptorie, assignamus in viennensi Ciuitate nostro uos Archiepiscope et Episcopi superius nominati personaliter vos, uero alij remanentes Episcopi Electi, Abbates, Priores Decani Prepositi Archi*presbiteri* Archidiaconi et Presbiteri Capitula et Conuentus per eosdem Archiepiscopum et Episcopos ad predictum Concilium accessuros quibus ad omnia que in eodem Concilio statuentur fient et ordinabuntur et fuerint oportuna concedatis plenariam potestatem de qua sufficienter constet per publica documenta conspectui presentetis. Quod si forsitan ipsis Archiepiscopis et Episcopis accessuris huiusmodi nolueritis concedere potestatem, eo casu uenire, uel alios procuratores ydoneos cum potestate simili ad idem Concilium teneamini destinare. Non obstantibus quibuslibet Priuiligijs seu Jndulgentijs quibuscumque personis ordini, dignitati seu Collegio sub quacumque uerborum forma uel expressione a predicta sede concessis per que possit effectus huiusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari. Jnterim quoque per uos et alios uiros prudentes deum timentes et habentes preoculis omnia que correctionis et reformationis limam exposcunt inquirentes subtiliter, et conscribentes fideliter Eadem ad ipsius Concilij notitiam deferant et nos nihilominus uarijs modis et uijs solers studium et efficacem operam dare proponimus ut omnia talia in examen huiusmodi deducta Concilij correctionem et directionem recipiant oportunam, Nullus inobedientie notam, et canonice ultionis acrimoniam uitare desiderans fallacium excusationum uelamento se muniat uel ex impedimentis itinerum que domino praua in directa et in uias planas aspera sua omnipotentia conuertente cessabunt friuole allegationis munimenta confingat ut a tam sancti prosecutione operis se subducat, sed occurant singuli uoluntarij ad id quod et diuine congruit uoluntati, et salutem animarum ac utilitatem respicit singulorum. Datum pictauis secundo Jdus Augusti Pontificatus nostri Anno Tertio.

På frånsidan: R C. lvi.

Conuocacio concilii generalis contra Templarios et ex aliis causis clementis pape .V.

Blybullan hänger på segelgarnssnören.

42) Vnde &c. *Se N:o* 1592.

1592. 1308 d. 12 Aug. Poitiers.

Påfven Clemens V:s Bulla till Konungen i Sverige, rörande samma ämne, med särskild uppmaning, att Konungen i egen person måtte infinna sig vid det blifvande kyrkomötet.

K. c. 190.

Clemens Papa Qvintvs Charissimo In Christo Filio . . . Regi Sveciæ illustri.

Regnans in Cælis triumphans Ecclesia, cuius Pastor est Pater æternus, cui Sanctorum ministrant agmina &c. *lika med föregående N:o* 1591, *och derunder anförda olikheter till:* ad id duximus deputandum. Vnde Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis et Episcopis et dilectis filijs Electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, Archidiaconis, Archipresbyteris, et aliis Ecclesiarum Prælatis exemptis et non exemptis, eorumque Capitulis et Conuentibus per alias nostras litteras præcipiendo mandamus, vt ijdem Archiepiscopi, nec non et cæteri Episcopi per ipsorum Archiepiscoporum Prouincias constituti, in eisdem litteris nominati, reliquis ipsorum Episcoporum indictis Prouincijs remanentibus ad ea quæ Pontificale officium exigunt, tam in suis quam illarum dictarum Prouinciarum, qui ad huiusmodi Concilium vniuersale accesserint Ciuitatibus et Diocesibus exercenda omni negligentia relegata cunctis, prout talis et tanti negotij qualitas exigit dispositis et paratis, sic medio tempore se accingant ad iter, quod in huiusmodi decreto termino quem eis et alijs peremptorie assignamus in Viennensi Ciuitate nostra ijdem Archiepiscopi et Episcopi taliter nominati personaliter, alij vero remanentes Episcopi Electi Abbatas, Priores, Decani, Præpositi, Archidiaconi, Archipresbyteri et Prælati, Capitula, et Conuentus per eosdem Archiepiscopos et Episcopos ad prædictum Concilium accessuros, quibus ad omnia quæ in eodem Concilio statuentur fient et ordinabuntur et fuerint opportuna concedant plenariam potestatem, de qua sufficienter constet per publica documenta, conspectui repræsentent. Quod si forsan ipsis Archiepiscopis, Episcopis accessuris huiusmodi noluerint concedere potestatem eo casu venire, vel alios Procuratores idoneos cum potestate simili ad idem teneantur Concilium destinare. Non obstantibus quibuslibet Priuilegijs seu indulgentijs quibuscunque personis, ordini, dignitati seu Collegio sub quacunque verborum forma vel expressione a prædicta sede concessis, per quæ possit effectus huiusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari. Mandauimus insuper, vt ijdem Archiepiscopi et Prælati per se vel alios Viros prudentes Deum timentes, et habentes præ oculis omnia quæ correctionis et reformationis limam exposcunt inquirentes subtiliter et conscribentes fideliter eadem ad ipsius Concilij notitiam deferant. Et nos nihilominus varijs modis et vijs solers studium et efficacem operam dare proponimus, vt omnia talia in examine huiusmodi deducta Concilij correc-

tionem et directionem recipiant opportunam. Hoc etiam in eisdem nostris Litteris adiecto vt nullus inobedientiæ notam et Canonicæ vltionis acrimoniam vitare desiderans, fallacium excusationum velamento se muniat, vel ex impedimentis itinerum, quæ domino praua in directa, et in vias planas aspera sua omnipotentia conuertens, cessabunt friuolæ allegationis munimenta confingat, vt a tam Sancti prosecutione operis se subducat, sed occurrant singuli voluntarij ad id quod et diuinæ congruit voluntati, et salutem animarum ac vtilitatem respicit singulorum. Cæterum quia multipliciter expedit vt tam celebre Concilium tua et aliorum Catholicorum Principum decoretur præsentia, vt salubri consilio et auxilio fulciatur, Serenitatem Regiam rogamus et hortamur attentius in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus præscriptis loco et termino in eodem Concilio captata interim ad hoc opportunitate studeas personaliter interesse, meditatione prouida prudenter attendens, quod in hoc non solum labor quem ad tam sancti et ytilis negotij promotionem assumes, tibi cedet ad meritum, verum etiam aliorum qui ad veniendum ad idem Concilium efficatius tuo inducentur exemplo, et nihilominus vota tua nobis poteris familiarius aperire, quæ in omni beneuolentia libenter ad exauditionis gratiam quantum cum Deo ac Ecclesiæ honore poterimus admittemus. Datum Pictauis secundo Idus Augusti Pontificatus nostri Anno tertio.

1593. 1308 d. 15 Aug. Skara.

Biskop Brynolfs i Skara intyg om försäljningen af Skara Domkyrkas gods i Götala, Sunnerby och qvarnarne i Ullerwi och Brastorp, hvaremot andra gods blifvit inköpta och genom laglig skötning Biskopsbordet tillagda.

A. 3 z.

Omnibus presens scriptum cernentibus, B. dei gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Constare volumus vniuersis per presentes, nos recepisse pro bonis ecclesie beate virginis scaris per nos venditis, primo racione commutacionis facte de gøtælum cum illustri principe domino magno rege condam sweorum quadringentas marchas denariorum, pro curia in synderby ducentas marchas denar., pro molendino in vllerwj. centum viginti marchas denar., Jtem pro molendino in brazthorp, sexaginta marchas denar., et emisse possessiones alias pro summa pecunie memorata, quas dicte ecclesie scarensi vna cum alijs omnibus possessionibus nostris empticijs vbicunque sitis, pro mensa episcopali per scotacionem legittimam fecimus assignari, Testamur eciam et volumus omnibus euidenter elucere, omnes possessiones quas emeramus, de bonis ecclesie scarensis et non aliunde conquisitas et emptas esse, Ne igitur super premissis aliqua possit in

posterum dubietas suboriri, sigillum nostrum et sigillum capituli nostri, presentibus duximus apponenda, in testimonium et euidenciam pleniorem, Datum scaris, Anno domini. M°. CCC°. VIII°. Jn die assumpcionis beate virginis.

På frånsidan: de commutacione facta de götalum.

Sigillen bortfallna, remsorna qvar.

1594. 1308 d. 15 Aug. Skara.

Biskop Brynolfs i Skara Förordnande för Håkan, att vara Domprosten, Magister Bengts beständige vicarius i Edsteskogs församling, med bestämmelse af hvad honom dervid bör årligen tillkomma.

A. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Bryniulphus Dej gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, nos dilectum in christo filium, dominum haquinum. presentis exhibitorem, ad presentacionem domini magistri benedicti prepositi scarensis perpetuum vicarium fecisse et canonice instituisse in ecclesia etlæschogh, quam prepositure scarensi, de consensu parochianorum ibidem, anneximus et vniuimus pleno iure, facientes inter ipsos dominos. benedictum prepositum et haquinum super percepcione reddituum dicte ecclesie, conuencionem perpetuo valituram, per hunc modum. videlicet, quod dictus dominus .B. prepositus et singuli suj successores, habere debent de redditibus ipsius ecclesie, denarios qui dicuntur beati nicholaj, tam in wesgocia quam in dal, et medietatem oblacionis in festo beati iohannis baptiste jn partem suam prouenientis jn rebus quibuscunque, et septem naualia talenta butiri de colonis, Jpse vero dominus haquinus, et singuli sui successores, habere debent pro fabrica et procuracione episcopi, ac alijs oneribus supportandis, modium prepositj de thyssi, et omnes obuenciones alias, et prouentus quoscunque, ad dictam ecclesiam in parochia vel alias vbicunque pertinentes, preter colonias jn salæby et wazendæ, facultate qualibet vtrique parti sublata, conuencionem predictam reuocandj, aut aliqualiter jmmutandj, nisi de voluntate et assensu partis processerit vtriusque. Ne igitur super premissis aliqua possit in posterum dubietas suboriri, sigillum nostrum et sigillum capituli nostri, presentibus sunt appensa, jn testimonium et euidenciam pleniorem, Datum scaris, Anno dominj. M°. CCC°. VIII°. jn assumpcione beate virginis.

På frånsidan: institucio domini haquini de hödtlæscogh.

Sigillen skadade.

1595. 1308 d. 17 Aug. Wisingsö.

Hertigarne Eriks och Waldemars gåfvobref på Aranäs till Nunnorna i Gudhem, för att dit förflytta sitt kloster.

A. 3. å.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum salutem in domino sempiternam, Cum progenitorum nostrorum facta magnifica nos inducant sumopere hijs intendere et inuigilare de quibus honor regis, qui nos reget in secula accumulatur, et veneracio sanctorum eius accrescit, et vnde deuocio prouenit fidelibus in presenti, et in futuro remedium animabus et salus generatur eterna, Nos vt ipse qui in sanctis suis gloriosus et mirabilis est, eo feruencius, deuocius, et laudabilius glorificetur, et populus ei seruiens numero et merito augeatur, ob sinceram et piam affeccionem quam ad religiosas personas, Dominam abbatissam et conuentum in gudhem habemus, damus et presentis littere patrocinio conferimus Jpsi domine abbatisse in gudhem et conuentui ibidem, pro monasterio construendo, Curiam nostram, aranes, cum omnibus dicte curie pertinencijs, videlicet. domibus, agris, pratis, pascuis, siluis, molendinis, molendinorum locis, ac ceteris dicte curie pertinencijs. intra sepes et extra, longe uel prope positis, pleno Jure perpetuo possidenda, Jn ipsam dominam abbatissam et conuentum ibidem. plenum proprietatis jus et possessionis dominium transferentes, ablata nobis, nostris que heredibus, predictam donacionem vllo vmquam adinuencionis ingenio reuocandi, dummodo in dictum locum, monasterium suum, transferre, et ipsum corporali earum residencia occupare voluerint, infra annum .a. festo beati michaelis iam proximo computandum, Jn cujus Rei testimonium, et euidenciam firmiorem sigilla nostra. vna cum sigillis aliorum de consilio nostro presentibus sunt appensa. Datum visingsø anno domini M° CCC° VIII°. Jn octaua beati Laurencij.

Sigillen skadade.

1596. 1308 d. 17 Aug. Wisingsö.

Hertigarne Eriks och Waldemars Bref om deras gåfva af Aranäs gård till Nunnorna i Gudhem, för att der på ett lägligare ställe kunna uppföra sin klosterbyggnad, med anmaning till dem, som på klostrets förra ställe hade sina anhöriga begrafne, att till dessas flyttning gifva sitt bifall och till verkställigheten lemna välvilligt biträde.

A. 3. å.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, Omnibus presentes litteras Jnspecturis Salutem in domino sempiternam. Cum iuxta sentenciam

sapientis, oportet nos diem messionis extreme operibus misericordie preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, Cum igitur Religiosarum dominarum abbatisse et conuentus in gudhem, monasterij circumstancias. et loci condiciones intenta consideraremus diligencia, perpendimus quod dicte domine racione loci, multis beneficijs caruerunt, que faciliori modo acquirerent si monasterium earum translatum foret ubi aquarum beneficijs inniti possent et iuuari, Quo circa nos earum defectum per nostre inposicionis auxilium succurrere cupientes, ipsi domine abbatisse et conuentui eius. Curiam nostram aranes, cum omnibus et singulis dicte curie pertinencijs, pro loco. et fundo monasterij, contulimus pleno iure perpetuo possidendam, Quare omnes et singulos qui parentes, propinquos, seu cognatos penes ipsas dominas in gudhem sepultos habuerint, instanter requirimus et Rogamus. Quatinus consensum eorum et beniuolenciam, immo specialiter ad hoc laborare et cooperari velint ipsorum auxilijs oportunis, precium nostrarum intuitu et amore, vt dicte domine in gudhem monasterium earum cum corporibus ibidem sepultis in aranes transferre possint. gracia monasterij ibidem construendi. Datum visingsø anno domini M°. CCC°. VIII°. Jn octaua beati Laurencij.

Sigillen, N:o 1 mycket skadadt, N:o 2 nästan fullständigt, på remsor klippta ur brefvet.

1597. 1308 d. 24 Aug. Skärkind.

Hertigarne Eriks och Waldemars skyddsbref för Linköpings Domkyrka på alla dess erhållne fri- och rättigheter.

B. 3: 4. v.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum omnibus dyocesin lincopensem inhabitantibus jn domino graciam dileccionem et salutem. Licet ad huius regni omnes ecclesias zelum deuocionis teneamur habere maxime tamen ad ecclesiam lincopensem quam Progenitores nostri specialiter sibi titulo vendicarunt Nos igitur ipsorum vestigiis inherere volentes predictam ecclesiam quo ad omnia jura ecclesiastica et episcopalia quocunque nomine censeantur ea que temporibus venerabilium patrum dominorum henrici et benedicti episcoporum ibidem felicis memorie prefata gaudebat ecclesia gaudere per omnia volumus libertate. Non obstantibus statutis quibuscunque editis uel contra libertates ecclesiasticas promulgatis. Prohibemus firmiter et districte ne quis prefatam ecclesiam in premissis iuribus uel in aliquo premissorum presumat uel audeat turbare offendere seu aliqualiter molestare sicuti vlcionem nostram strictam effugere uelit et vindictam Datum skierkind. Anno domini M CCC, VIII die beati bartholomei apostoli.

1598. 1308 d. 3 Sept. Sigtuna.

Folke Jonssons Öfverlåtelse-bref på ett markland jord i Wiby vid Sigtuna till Upsala Domkyrka, för 100 mark penningar, hvilka han några år tillförne fått låna, med tillkännagifvande, att han uppdragit sin tjenare Agmund, att derå gifva laga fasta.

B. 2: 46.

Omnibus presentes litteras inspecturis FULCO JONSSON salutem in domino sempiternam tenore presencium certitudinaliter constare volo quod ecclesie vpsaliensi vnam marcham terre soluo et trado in villa wiby prope sictuniam pro centum marcis denariorum vsualis monete quas ab ea recepi mutuo ante aliquot annos in pecunia numerata, et huic solucioni et tradicioni per agmundum famulum meum adhibeo firmarios secundum leges patrie et consuetudinem approbatam in cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum sictunie anno domini Millesimo CCC° VIII° tercio nonas septembris,

1599. 1308 d. 4 Oct. Eriksberg.

Arnfrid Johans dotters testamentariska anordning af Hagbardatorp till Gudhems kloster, samt 10 mark till Skara domkyrka och till Jäla kyrka lika summa.

A. 3. å. *).

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti, amen. Anno domini M°. CCC°. VIII°. jn sexta feria proxima post diem beati michaelis, Ego ANFRIDIS JOHANNIS FILIA sana mente et corpore jn presencia domini benedicti prepositj scarensis, jn erexbiærgh constituta, saluti animi mee volens salubriter preuidere, de bonis mihi a deo collatis testamentum meum condo jn hunc modum, videlicet quod in primis do et lego monasterio sanctimonialium in gudhem vbi eligo sepulturam, curiam meam jn hagbarðæthorpe cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus et ceteris eiusdem curie pertinencijs intra sepes et extra, quam iure hereditario defuncto filio meo jngimundo acquisiuj. Hac condicione videlicet, quod habeam vsufructum dicte curie ad dies meos, Me vero defuncta, eadem curia ad dictum monasterium deuoluatur, Jtem do et lego ecclesie beate virginis scaris ad fabricam, decem marchas, Ecclesie jn ialum .X. marchas ad fabricam uel ornatum, volens, vt quicunque presens testamentum cassare, impedire uel infringere temptauerit, diuinam senciat vlcionem, Testes autem qui huic mee ordinacioni interfuerunt, sunt

*) Ur en af Biskop Brynolf i Skara vidimerad afskrift, af d. 10 Febr. 1311.

sunt isti, videlicet discreti virj, scilicet domini sacerdotes, thorbernus de thwærryþ officialis domini scarensis, hælgho de langhem. gunno de houe et petrus de erexbiærgh, Et laici guþmundus suerker, asmundus de magnistaþhum frater dicti domini hælghonis et thorirus villicus in erexbiærgh, vna cum domino .b. preposito memorato. Exequtores autem huius mei testamenti, facio et constituo discretos viros, jngimundum de langhø. berthorum consobrinum meum de brysmini. et fratrem meum hultonem, ac quemlibet eorum jn solidum, ita quod quicquid per omnes ipsos, duos, uel vnum, factum fuerit, robur obtineat firmitatis si in vnum noluerint concordare. Jn premissorum eciam euidenciam pleniorem, sigilla discretorum dominorum .b. prepositi scarensis, thorbernj de thuærryþum. helgonis de langhem. gunnonis de houe. et petri de erexbiærgh, ac jngimundi, predictorum, presentibus ad meam jnstanciam sunt appensa. Actum. anno. loco et die supradictis.

1600. 1308 d. 29 Dec. Tipt.

Ingegerd, Holmger Ulfssons enkas skuldebref till Ragwald Björnwidsson på 24 mark penningar, att betalas till nästa Michaelidag, kommande, i annat fall, den af hennes man i pantsatta jord mellan Tipt och Toketorp att långifvaren tillhöra.

J. 5: 1.

Omnibus præsens scriptum cernentibus, Ingigerdiss relicta Domini Holmgeri Vlffsons, Salutem in Domino sempiternam. Noverint vniuersi, per præsentes, me dilecto viro, Ragwaldo Biarwidsson, in XXIIII. marchis denariorum Vsualis monetæ teneri obligatam, in festo beati Michaelis proximo iam futuro persoluendis, pro redemptione terræ, quam terram Dilectus Maritus meus, Dominus Holmgerus, inter Tipt et Tokatorp sitam, eidem Ragualdo inpignorauit, quæ terra si tunc redempta non fuerit, absque quorumlibet impetitione, præfato Ragualdo, cedat in perpetuum possidenda. In cuius rei Testimonium Sigillum meum præsentibus est appensum. Datum Tipt. Anno Domini, M. CCC. VIII, In festo beati Thomæ Episcopi et Martyris.

Enligt teckningen, har sigillet, jemte den ur brefvet klippta remsan, varit borta.

1601. 1309 Odat. Höjentorp.

Biskop Brynolfs i Skara bref om Ethlaskogs församlings läggande till Domprosteriet.

A. 3. z.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Brynulphus dei gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Quia redditus et prouentus

prepositure scarensis longis retroactis temporibus, adeo diminutj et attenuatj sunt paulatim, quod prepositus qui pro tempore fuerit secundum decenciam status sui sine redditiuum reintegracione honeste non poterit se tenere, Nos diminucionem prouentuum huiusmodi sicut iuri satis est consonum, modo quo possumus supplere volentes, de consilio et assensu capituli nostri, Ecclesiam jn etlæskogh, parochianis eiusdem ecclesie consencientibus, dicte prepositure vnimus et annectimus pleno iure, Assignata vicario perpetuò quem ibidem jnstituimus, tam de redditibus prepositure quam ecclesie, predictarum, congrua et sufficientj porcione, sicut in litteris nostris super hoc specialiter confectis, expresse continetur; Ne igitur super annexione seu vnione predicta, aliqua possit jn posterum dubietas suborirj, sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa ad euidenciam pleniorem. Datum bøgnæthorp. anno domini. M°. CCC°. Nono, secunda die synodi.

På frånsidan: De ætlæscogh qualiter sit annexa prepositure.

Sigillen obetydligt skadade.

1602. 1309 d. 7 Jan. Riseberga.

Ingrid Andersdotters testamentariska anordning af gården Mo och sin andel i Honastum till Riseberga kloster för sina, sin broder Folkes och sin son Carls synder.

A. 3. n.

Jn nomine patris et filij. et spiritus sancti. amen. Ego. Ingridis. andree Filia. Considerans et ingemiscens fragilitatem meam ponens eciam ante oculos cordis. extreme diei seu corporalis mortis finem que cunctis est certissima licet eiusdem hora penitus ignoretur. Ne propter uarios rerum euentus. et hominum fragilem memoriam quod racionabiliter actum est malignancium calumpniacionibus infici ualeat uel confundi presenti scripto testamentum meum. condo sub hac forma. videlicet ad honorem omnipotentis dei de cuius largitatis munificencia. me ipsam omnia que habeo. tenere recognosco et ad honorem beate uirginis. et omnium sanctorum ac in remisisionem (!) peccatorum meorum necnon et dilecti Fratris mei Fulconis et Filij mei karuli. Curiam meam. Moæ. et partem meam quam habeo in Colonia. Honastum. cum domibus. agris. pratis. pascujs. siluis. molendinis. piscarijs. et ceteris pertinencijs intra sepes et extra. longe uel prope positis. Monasterio. Risæbergh. do et trado in perpetuum possidendam Transferens in abbatissam et conuentum eiusdem plenum proprietatis jus et possessionis dominium. Memoratam Curiam. Occupandi. inhabitandi. vendendi. donandi. Commutandi. et quocumque modo uoluerint pro suis vsibus ordinandi. ablata michi meisque heredibus omni Fa-

eultate sepedictam Curiam ullo umquam adinuencionis ingenio reuocandi. Jn Cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum Risæberghum anno domini. M°.CCC°.JX°. sequenti die post Epyphanie. presentibus eciam viris fidedignis. uidelicet. domino. thyrgillo. haquino dyækn et quodam armigero domini bernardi. dicto. smyrdh pro eodem testimonio confirmando. Risæberghum eciam eligo sepulturam volens humiliter et omni seruicio instare uenerabilibus dominis et illustribus principibus dominis ducibus ut ipsorum gracia speciali mediante hoc quod per me uiuam datum fuerit post Mortem meam ratum teneri ualeat et haberi.

Sigillet bortfallet; remsan qvar.

1603. 1306 d. 7—12 Jan. Id.

Drotset Arnjörn Sixtensons gåfvobref till sin systerdotter, Fröken Ingrid, på de gods i Åby, hvilka han af Hertigarne Erik och Waldemar erhållit.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis ABERNUS SIXTENSON dapifer domini. E. ducis sweorum illustris, salutem in domino sempiternam Tenore presencium Notum facio omnibus euidenter quod bona mea aby dicta. cum omnibus attinencijs sicut ea mihi data sunt per magnificos principes, dominos meos. E. et W. duces sweorum illustres prout in ipsorum litteris patentibus super hoc confectis continetur plenius, Domicelle ingridi filie sororis mee, do et jn possessionem corporalem assigno, sibi et suis heredibus pleno jure perpetuo possidenda. Jn cuius rej testimonium. et euidenciam firmiorem presentes litteras peto sigillis ipsorum dominorum meorum .E. et W. ducum swecie illustrium. vna cum sigillis Nobilium consiliariorum eorundem. et meo, communiri Datum anno domini Millesimo. trescentesimo. nono. apud ecclesiam iid infra octauam epiphanie eiusdem.

Sigillen 1, 2, 3 bortfallna; remsorna qvar. Flera hafva ej blifvit påsatte.

1604. 1309 d. 15 Jan. Alewath.

Biskop Petras i Odense skrifvelse till Dekanen Gvido i Lund om lagligheten af de åtgärder, som vidtagits, då han utvaldes till Decanus af Kapitlet i Lund.

B. 1. 148.

Frater Petrus dei gracia episcopus ottoniensis. Dilecto sibi filio Gwidoni. lundensi decano salutem et sinceram in domino caritatem Nuper nobis per venerabilem in christo patrem ac dominum. Dominum Jsarnum diuina prouidencia lundensem archiepiscopum. suecie primatem. electionis de

te in decanum lundensis ecclesie. celebrate. negocio delegato Nos in eo iuxta traditam nobis formam procedere cupientes. inquiri fecimus diligenter vtrum electio decani in lundensi ecclesia. ad capitulum lundense spectaret de consuetudine vel de jure. Vel ad dictum dominum archiepiscopum dicti decanatus collacio seu prouisio pertineret Et si electio in lundensem decanum de te nuper facta. esset canonice celebrata. Citari eciam fecimus publice ac palam in dicta ecclesia omnes et singulos. si qui essent qui vellent opponere aliquid obuiendo contra formam electionis tue predicte vel electi personam Et quia inuenimus electionem decani in sepedicta ecclesia lundensi. ad capitulum lundense pertinere de consuetudine et de jure. Electionemque tuam de te in lundensem decanum nuper factam canonice celebratam. nullumque die. tempore citacionis in predicta ecclesia facte. prefixo otthonie. quem volentibus se opponere. loeum ad comparendum assignauerimus. comparuisse. qui vellet se opponere contra formam electionis tue obiciendo aliquid vel personam prout hec omnia. in litteris super hoc confectis plenius continentur. Ad confirmacionem electionis tue predicte. suadente justicia. duximus procedendum Consideratis igitur omnibus. que in talibus merito essent consideranda. et exigentibus eligencium votis concordibus ac tue meritis probitatis. electionem predictam. de te canonice factam. auctoritate premissa nobis in hac parte tradita. confirmamus. ac te de eodem decanatu. per mortem venerabilis viri domini johannis kalff quondam decani eiusdem ecclesie vacante per nostrum annulum inuestimus. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Alewath. anno domini MCCC nono in octaua epiphanie dominj. Presentibus dominis Torkillo preposito laladensi Nicolao rectore ecclesie eueby ac aliis multis clericis et laicis fidedignis *).

Öfverskrift: Quod Electio decani spectat ad capitulum.

1605. 1309 d. 18 Jan. Upsala.

Vikarien vid Upsala domkyrka Knuts testamentariska anordning af sin gård Risaby, så ock jord i Ödarfveby, Gelterste, Åbyggeby, Aberga och Uplanda till Domkyrkan, samt penningar och lösören till kyrkor och kloster, äfvensom kläder, böcker m. m. till enskilda personer; jemte sednare å frånsidan gjorda anteckningar.

A. 4.

Jn Nomine dominj amen, Anno eiusdem, Millesimo, CCC°, nono, Jn die beate prisce virginis, Ego Kanutus perpetuus vicarius in ecclesia vpsalensi, considerans omnia ad suam tendere originem, hocque solum stabile permanere, quod pro salute anime spiritu dej salubriter ordinatur, volens

*) *Vid slutet af brefvet tillägges följande anmärkning:* Exstat littera Nicolai archiepiscopi quod decanus in suis annexis ecclesiis habeat omnes episcopales decimas &c. sed nimis lesa legi nos potest expedite.

igitur temporalia pro eternis commutare, de rebus mihi a deo concessis Testamentum meum condo et ordino in hunc modum, Primo pro Anniuersario meo annuatim celebrando, ecclesie vpsalensi, in qua eligo sepulturam lego curiam meam Risaby, cum dimidietate omnium bonorum mobilium ibidem existencium, quia vilicus (!) dimidietatem possidet, sub qua curia sunt septem ore terre cum dimidio solido, Hiis addo, duos solidos terre in ødaruaby. et vnum solidum terre in Gelterstum, Jtem octo solidos terre in abigiby. Jtem duos solidos terre in alberghum. et dimidiam oram terre in vplandum, Tali racione, quod in die annuiersarij mej, omnes vicarij de choro dicant missas pro anima mea et quilibet leuet oram denariorum, Jtem lego ecclesie de vendill. Tres marcas denar. et Fratribus minoribus vpsalie tres marcas denar. cum magna pelui et vrceolo, Jtem ecclesie beate virginis vpsalie vnam marcam denar. Ecclesie sancte trinitatis ibidem vnam marcam denar. Jtem ecclesie beatj petri, vnam marcam denar. et pauperibus in domo dei vnam marcam denar. Jtem sororibus in sko vnam marcam denar. Fratibus sictonie, vnam marcam denar. Jtem Fratribus in stokholm vnam marcam denar. Fratribus in strængenes, vnam marcam denar. Sancti monialibus in fodhø. vnam marcam denar. ffratribus in arbugha vnam marcam denar. ffratribus in vestra aros. vnam marcam denar. Jtem fratribus enicopie vnam marcam denar. et hospitali ibidem vnam marcam denariorum, Ad hec omnia soluenda deputo vestimenta mea infrascripta, videlicet vnum tabardum blauium forratum pellibus mardellinis. et alterum blauium forratum variis pellibus, Jtem bina paria vestimentorum variis pellibus forratorum, et cistam meam maiorem, Jtem volo, quod soluto testamento meo, quidquid superfuerit de precio vestimentorum pauperibus erogetur, Jtem lego ad capellam meam vnum parum ryglakan. et pellem meam vrsinam. Jtem arneró paruo, do, omnes libros meos infrascriptos, videlicet, bibliam, matheum glosatum, breuiarium in duobus voluminibus, et vnum librum vocatum Gedduhouud *), cum cista mea minorj. Jtem hæniku plott. lego nauem meam minorem, vxori sue Tunicam rubeam forratam pellibus mardellinis. Jtem domino lamberto nauem meam maiorem, et vnum equm, cum mortellino cupreo, Jtem Filie eius gerthrudi. Fulcrum cum culcedra in quibus requiesco, villico meo in Risaby cellam meam cum freno, et dimidium vrfiell quem emj de ecclesia vendil. qui dicitur kempaboll. Jtem michaeli de bek. lego vnum cornu, et vnum mensale. et petro gerardi cultellos meos, quos possedit pater suus. Vt autem presens Testamentum meum robur habeat firmitatis, Sigillum, capituli vpsalensis, et sigilla Reuerendorum virorum, dominorum, Laurencii decani ecclesie vpsalensis. øyari Mathej, Nicolai marci. et johannis de resbohundere. canonicorum

*) *Bokstafven* d *i slutet är i originalet ändrad från* t.

vpsalensium. vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. Exsequtores huius mei Testamenti constituo, honorabiles viros dominos, Laurencium decanum, Mathiam, et Nicolaum marci canonicos supradictos. Actum vpsalie Anno et die prenotatis.

På frånsidan med annan hand: Pro istis prediis fuerunt assignata alia predia ecclesie scilicet in ryllingy parochie balnastum. VII ore. Jtem in nystatunum due ore Jn abeckyaby remanent V solidi et in risaby similiter. V. solidi hec dominus jordanus requisitus per dominum fratrem .P. archiepiscopum dixit in presencia tocius capituli postquam dimisit yconomiam fabrice ecclesie vpsalensis.

Tvärs öfver brefvet med sednare hand: permutacio facta est ad vislinge etc.

Sigillen N:o 1, 3, 4, 7 skadade, 2, 5, 6 bortfallna; remsorna qvar.

1606. 1309 d. 20 Jan. eller 14 Juli *)

Kaniken i Linköping Hermans intyg, att han af Wreta kloster för en half mark arrenderar ett torp vid Sigunnatorp, vid namn Skumpatorp, hvilket Gudmund af Tipt gifvit till klostret med sin dotter.

A. 3. t.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Hermannus canonicus lincopensis, Salutem in domino Sempiternam Tenore presentis omnibus notifico et protestor, me a domina abbatissa et conuentu Wretum opidum quoddam dictum schumpathorp, quod gudmundus de tipt predicto conuentui cum filia sua dederat situm apud sighunnathorp, pro dimidia marca per quemlibet annum conduxisse, et ne a posteris credatur aliter quam pretaxatum *est.* prebende mee subiacere, Sigillum domini olawi canonici lincopensis vna cum sigillo meo, in testimonium presentibus est appensum, Datum anno domini, M°, CCC°. IX°, feria secunda post kanuti.

Sigillen i grönt vax, något skadade, hängande på 2:ne ur brefvet klippta remsor.

1607. 1309 d. 16 Febr. Upsala.

Domkapitlets i Upsala vidimation af Påfven Clemens IV:s Bulla till Predikare-Orden af den 15 Juni 1265.

A. 3. d.

Vniusersis presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie vpsalensis, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus per presentes, Nos litteras vidisse bullatas, Sanctissimi Patris nostri, Dominj Clementis, pape, quarti,

*) Originalet angifver ej om beräkningen är efter Knutsdagen d. 13 Jan. eller d. 10 Juli.

non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, in hec verba, . . CLEMENS &c. *Se föregående N:o* 506. JN Cuius nostri transcripti Testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum vpsalie anno domini M° CCC° nono, jn prima dominica Quadragesime.

Af sigillet blott ett stycke qvar.

1608. 1309 d. 2 Mars Tystberga.

Biskopen i Strengnäs STYRBJÖRNS upprättade testamente efter sin afledne broder Johanes, å penningar till kloster och kyrkor samt jord till facklors underhållande i Strengnäs Domkyrka, äfvensom till Tystberga kyrka m. m.

A. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis. STYRBERNUS dei gracia Episcopus strengianensis. salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus, euidenter, quod dilectus frater noster. Johannes felicis recordacionis. licet corpore debilis. et languens. mente tamen compos et racione, in suis extremis contulit nobis. et dilecte matri nostre. Eciam sine qualibet emulorum contradiccione. cum testimonio fidedignorum. in solidum. plenam licenciam. et omnimodam potestatem. suum testamentum ordinandi. faciendi. in singulis et ceteris exequendi. Nos vero non inmemores condicionis humane quam semper commitatur (!) innata fragilitas. Cui ab ipso vite principio mortis imperium dominatur. Jn remissionem suorum peccatorum. nec non ad eterne felicitatis maiorem adepcionem. Jn. nomine sancte et indiuidue trinitatis patris. et filii. et spiritus sancti. suum in hunc modum ordinamus et facimus testamentum. Primo et principaliter. ad montis beate virginis. claustrum. vbi elegit sepeliri legamus. et assignamus. pro anima sua. XVI. marcas denariorum vsualis monete. Jtem ecclesie. tunum. II. marcas conferimus et legamus. Jtem claustro. II. marcas denariorum conferimus strengianensi. Ad cuius solucionem. X. solidos terre. in vtredhi. inpignoramus. Jn festo pentecostes iam proximo. ad ænum (annum) vltimo resoluendos. Qui si tunc per heredes redempti non fuerint claustra eadem. ecclesiaque premissa. dictam terram. vendendi. exponendi. commutandi et ad placitum ordinandi liberam habeant potestatem. Prout porcio cuiuslibet partis exigit et requirit. Jtem ecclesie cathedrali, in strengianes, damus pro faculis. habendis in eleuacione corporis christi, ad summum altare. IIII. solidos terre. in vallum, a syla, sitos in agris cuiusdam vidue ibidem commorantis, cum omnibus attinenciis suis, absque omni diminucione. damus perpetue possidendos. Sic tamen quod heredes possint redimere si voluerint per cambium predii adeo valentis, infra terminum supradictum. Jtem dimidiam oram terre; in wtredhi conferimus ecclesie. thywstabergh. simili condicione et termino quo

et qua superius dederamus. Quia vnum et eundem terminum ad soluendum prefigimus testamentum. Jtem ecclesie sattastum vnam purpuram, pro eius conferimus vtilitate, Vt autem hoc testamentum optineat firmitatem cartam presentem, supra hoc factam, nostri sigilli. nec non dilecte matris nostre et dilectorum nostrorum generorum. Johannis dicti man. et thorstani sigillorum duximus munimine confirmandam, volentes hoc testamentum omnibus retroactis infestacionibus preualere, Actum apud ecclesiam thystabergh æno (!) domini. M° C°C°C°.IX. in proxima dominica ante letare.

På frånsidan: littera super IIII solidos terre in vallum in syla.

Sigillen bortfallna; remsorna till N:o 1 och 2 finnas qvar.

1609. 1309 d. 6 Mars. Linköping.

Kyrkoherden i Quistbro MAGNUS's salubref på sin arfvejord, gården Hundaberg vid Linköping, till sin slägtinge Knut Stubbe, för 50 mark penningar.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis. MAGNUS sacri altaris minister. Curatus in Ecclesia quistbro næricie. salutem in omnium saluatore. Tenore presencium innotescat omnibus Euidenter. quod curiam in hunddabierg prope lincopiam, quam iure hereditario ibidem possedi. dilecto Cognato meo kanuto dicto stubbæ. ex consensu filiorum meorum. et heredum. pro quinquaginta marcis denariorum usualis monete uendidi, cum domibus et agris secundum leges terre pleno iure possidendam Ne igitur in posterum de uendicione predicta aliqua suspicionis nota ualeat suboriri. presentem litteram conscribi feci in euidenciam pleniorem et sigillis discretorum uirorum domini ingonis canonici lincopensis, et Ciuium ibidem vna cum sigillo meo communiri. Datum lincopie anno domini. M°. CCC°. IX° feria quinta ante dominicam letare.

På frånsidan: littera de curia hundabergh. *Med sednare hand:* modo alienata.

Sigillen N:o 1, 2 bortfallna, N:o 3 skadadt.

1610. 1309 d. 6 Mars. Linköping.

Advocatus i Linköping RAGWALDS samt sjerdings-männen KNUT WESTERBYS, SVEN TYNDERBOS, CARL HOLMBORGSSONS och HÄNIKIN SADLAMÄSTARES fastebref å förenämnde försäljning af Hundaberg, med intyg, att de med winsord och fasta samt alla laga fång tilldömt Knut Stubbe bemälde gård.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis RAGUALDUS aduocatus lincopensis. CANUTUS UESTRIBY SUENO TYNDIRBOE KARULUS HOLMBURGIS et HÆNICHINUS sad-

lamestære. fiærdunghmen salutem in omnium saluatore. Nouerint vniuersi. dominum magnum plebanum in quistbro næricie curiam in hundabierg cum satis quam hereditauit post dilectam sororem suam katerinam kanuto dicto stubbæ pro quinquaginta marchis denariorum vsualis monete ex consensu heredum suorum et filiorum uendidisse. et nos dicto. K. eadem bona cum winsord et festum. oc. alla laga fanghum uendicasse. Ne igitur in posterum de uendicione predicta aliqua suspicionis nota ualeat suboriri presentem litteram in euidenciam pleniorem conscribi fecimus. et sigillo ciuitatis nostre. vna cum sigillo conuiuarum beati olaui . . . comvniri. Huic autem uendicioni interfuerunt. magister jngo canonicus lincopensis hemmingus susanne. arnnolphus. lybertus. petrus hestridis. laurencius brun. iohannes dyank hennikinus conradi et alij quam plurimi fide digni. Datum lincopie anno domini. M°. CCC°. IX°. feria quinta ante dominicam letare.

På frånsidan: Littera de curia hundabergh. *Med sednare hand:* videlicet fasta.

Sigillet N:o 1 skadadt; N:o 2 borta, jemte remsan.

1611. 1309 vid d. 9 Mars.

Magnus Långes enka Estrids testamentariska anordning af 40 mark penningar till Nydala kloster, för hvilka all hennes egendom i Jernwrixtorp i Tweta härad pantsättes.

A. 3. x.

Jn nomine domini amen. Ego Estridis relicta, Magni dicti longi, licet ex diuine pietatis beneficio statu gaudens sospitatis corporalis, attendens nichilominus communem moriendi necessitudinem, simulque debitum illud mortis soluendi incertitudinem quo ad tempus, non ignorans, in remedium et salutem anime mee sufficienti prehabita deliberacione testamentum meum dispono et ordino in hunc modum, videlicet, quod religiosis viris domino abbati, et conuentui Noueuallis, apud quos mihi eligo sepulturam, quadraginta, marchas denariorum titulo donacionis lego, inpignerans eisdem, pro dictis donacionibus, integritatem omnium eorum que in iarnwixthorp, et in domibus et in predijs tam extra quam intra sepes possideo tali sub condicione, vt heredes mei prefata bona, antedictis monachis inpignerata, a die obitus mei vsque ad diem et annum pro quadraginta marcis denariorum libere possint si velint redimere, alioquin extunc ipsa eadem bona in Jarnwixthorp, ad abbatem et monachos perpetuo pertineant pleno iure, Jn huius rei euidenciam, sigillum domini Germundi de Wrichstaþ curati mei ad peticionem meam cum proprium sigillum non habeam presentibus est appensum, Actum anno domini M°, CCC° Nono, circa medium quadragesime.

På frånsidan: Jernwrixþorp in þweta prouincia.

Sigillet något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1612. 1309 d. 11 Mars. Wiborg.

Konung Birgers appell till Påfven, emot Biskoparne Brynolfs i Skara och Knuts i Linköping tilltänkta bannlysning, på grund af Konungens oenighet med sina bröder Hertigarne, enär Konungen icke vill erkänna dem för sina domare, emedan han misstänker dem vara Hertigarne tillgifne.

A. 7. a. *)

Jn nomine domini amen, anno eiusdem Millesimo, CCC° IX°, quinto Jdus Marcii, Cum nos .B. dei gracia sweorum gothorumque Rex essemus vibergis jn juscia constituti, pro primo jntelleximus a pluribus fidedignis, discretis et reuerendis personis, quod venerabiles patres domini .B. scarensis. et .K. lincopensis episcopi, contra nos jntendunt judicialiter procedere, et jn nos sentencias nescimus cuiusmodj fulminare, asserentes se judices et non causam vt causam allegantes videlicet quod nos contra fratres nostros duces deliquerimus et pacta cum eis jnita non seruauerimus vsquequam. vnde quia deo et consciencia nostra testibus, nos erga fratres nostros reputamus et scimus prorsus jnnoxios, et domini episcopi supradicti nostri jn hijs judices non existunt, vel dato sine nostro preiudicio quod eos appareat esse judices quoquo modo, sunt tamen nobis pluribus de causis et certa racione suspecti, vtpote qui fratribus nostris ducibus et per fidem et homagium tenentur astricti, nec jn hijs vel alijs quidquam faciunt quod ipsorum fratrum nostrorum offendat jn aliquo voluntatem, et jn ipsorum consilijs et tractatibus sunt precipui, quos eciam fratres nostros duces ebulliens peruersorum malicia nostri honoris fecit emulos sicut experimento probauimus, et venenose suggestionis jnductio nostre iusticie simul et jnnocencie fecit jnfestos, sunt et alie suspicionis cause de quibus omnibus et ipsorum singulis possumus et volumus ac offerimus nos pro loco et tempore legittime perdocere, et jura clamant periculosum esse coram suspectis judicibus litigare, Ne memorati episcopi comminaciones suas prefatas ducant aliqualiter ad effectum, contra nos aliquid de facto cum de jure non valeant attemptando, ex quibus verisimiliter timemus et probabiliter suspicamur nos posse jndebite pregrauari, sedem apostolicam appellamus et prouocamus jn hijs scriptis, nos et jura nostra omnia jn personis et rebus supponentes et committentes protectioni sedis eiusdem. et apostolos jterum atque jterum cum jnstancia petentes si est qui eos dare possit et debeat de jure vel de facto, et vlterius eciam petere jntendentes loco et tempore bportunis. Terminum autem huic nostre appellacioni prefigimus vnum annum jncipientem et currentem ab eo die et tempore quo contra ipsam contigerit aliquid attemptari. Protestamur eciam publice jn hijs scriptis quod hanc nostram appellacionem notificare jntendimus cum primum possumus episcopis memoratis. Testes

*) Intagen i meddelandet till Ärkebiskopen i Upsala, s. å. Se följ. N:o 1613.

autem huius nostre appellacionis sunt hij. Magnificus princeps dominus Ericus dei gracia danorum sclauorumque Rex jllustris, venerabiles patres, dominus, C. Ripensis. P. vibergensis. N. burglanensis eiusdem gracia episcopi. et Reuerendus vir dominus .B. eiusdem dominj Regis Cancellarius, quorum sigilla presentibus sunt appensa. Actum anno, die et loco supradictis.

1613. 1309 d. 19 Mars. Wiborg.

Konung Birgers meddelande af föregående appell till Ärkebiskopen i Upsala, med tillkännagifvande att vederbörande deraf erhålla del och med anhållan om Ärkebiskopens råd.

A. 7. a.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex. Venerabili jn christo patri domino Nicolao eiusdem gracia archiepiscopo vpsalensi. dileccionem jn domino cum salute. Significamus vobis quod hijs diebus quandam appellacionem jnterposuimus jn hunc modum. Jn nomine domini &c. *Se N:o* 1612. Cum ista igitur appellacione misimus quendam cappellanum nostrum dominum andream presbiterum ad notificandum eam episcopis sepedictis. Vnde ipsa perspecta et debita deliberacione pensata, velitis nobis circa hoc negocium sane consulere quod nobis creditis expedire valete nunc et semper jn domino Amen. Scriptum vibergis jn juscia feria .IIII. proxima ante benedicti abbatis.

Sigillet med den ur brefvet klippta remsan bortrifvet.

1614. 1309 d. 20 Mars. Gismustum.

Jakobs af Asker testamentariska anordning af penningar till kloster och kyrkor, bland andra till Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, för grafställe åt sig och sina vid Näs kyrka förut begrafna söner.

A. 3.

Jn Nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Quia tempus et hora mortis cunctis mortalibus sint incerta. et inopinatus euentus salubria proposita sepe relinqui fecerit inperfecta. Hac consideracione ductus Ego Jacobus dictus de asker. licet corpore debilis. mente tamen compos per graciam ihesu christi facio. condo et ordino testamentum meum in hunc modum. Jn primis apud Religiosos viros fratres predicatores sictunie, mei corporis eligo sepulturam. quibus lego. quatraginta marchas denariorum, Jtem deputo. quinque marchas denar. pro lapide sepulchri, Jtem illuc volo transferri filios meos. harardum (!). et birgerum. apud ecclesiam Nes tumulos. *) pro

*) *Bör sannolikt vara* tumulatos.

quibus eidem conuentui lego. viginti marchas denar. Jta quod equs quem eis tradidi, in parte solucionis quantum valuerit computetur. Jtem ecclesie vpsalensi ad fabricam. tres marchas, Fratribus minoribus vpsalie. tres marchas, Jtem domui dei ibidem. vnam marcham denar. sanctimonialibus in sko. quatuor marchas. Domine botilde sorori mee ibidem. duas marchas denar. Jtem fratribus Minoribus stocholmis. tres marchas denar. fratribus minoribus enicopie. tres marchas denar. hospitali ibidem. vnam marcham Ecclesie mee parrokiali in byrium. duas marchas denar. et vnam sacerdoti. Jtem Ecclesie in antiqua vpsalia. vnam marcham et aliam sacerdoti. Ecclesie Nes vnam marcham. et alteram sacerdoti. Ecclesie færingatunum vnam marcham. et alteram sacerdoti. Jtem ecclesie Tyllingi. vnam marcham et aliam sacerdoti. Ad solucionem autem premissorum. deputo et assigno. de pecunia quam habui nuper de domino dapifero pro predio quod vendidi sibi in tunum quantum sufficit pro predictis debitis persoluendis. Jnsuper ecclesie Nes quia filii mei ad tempus ibi sepulti fuerant. lego tres marchas denar., Executores huius testamenti mei Constituo Peto. et facio. honorabiles viros. dominum Nicolaum marchi Canonicum vpsalensem. ffratrem Jsraelem priorem sictuniensem, et dominum inguarum. Rectorem ecclesie in byrium, Testes eciam huius testamenti ad hoc specialiter Rogati et vocati sunt hii. Dominus Jngwarus. Thyrgillus de vpsalia, Martinus et Nicolaus de tidhaby. suno. fasti et lucas de Nyaby, Martinus Campanarius, et gudmundus in gismastum Jn cuius Rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo domini Jngwari presentibus sunt appensa. Datum in gismastum. Anno domini. M°. CCC°. Nono. in die beati benedicti festum precedente.

Sigillen i grönt vax, oskadade.

1615. 1309 d. 23 Mars.

THORKEL DYAANKS salubref på en qvarn i Myllaby till Alvastra kloster för 100 mark penningar, hvarifrån likväl afgå 40 mark, som han för sin lägerstad till klostret testamenterat.

A. 3. h.

Vniuersis presens scriptum inspecturis THORKILLUS dictus DYAANK, salutem et cognoscere veritatem, Tenore presentis constare volumus euidenter Nos molendinum nostrum in Myllaby quod immediate adiacet molendinis monachorum de aluastrum Domino B. abbatj et monachis dicti locj racionabiliter et iuste uendidisse pro Centum marcis denariorum vsualis monetę relaxantes ipsis monachis de eisdem centum marcis XL^ta^ marcas racione nostri testamentj Nam irreuocabiliter in monasterio ipsorum nobis elegimus Locum nostre sepulture volentes in omni bono adhuc idem testamentum . . . m ampliare

domino de hac vita nos uocante, Dominus vero abbas et memoratj monachi residuas .LX^ta^. Marcas . . . persoluent in festo sancti olaui proxime ueniente secundum quod inter nos est condictum Jn huius rei testimo*nium sigillum* nostrum presentibus est appensum, Datum et actum anno domini M°. C°C°C° IX°. Jn dominica palmarum.

På frånsidan: de millaby.

Brefvet är uppfrätt i kanten, hvarigenom den ur detsamma klippta remsan med sigillet bortfallit.

1616. 1309 d. 27 Mars. Gorsung.

Hertigarne Erik och Waldemars öppna bref om förläningen af Muskön till Biskop Styrbern i Strengnäs, med befallning, att gifva honom all rätt, vördnad och hörsamhet.

A. 6. a.

Ericus et waldemarus dei gracia Duces sweorum, Omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem in domino sempiternam, Quia venerabili patri, domino. styrberno, dei prouidencia strenginensi episcopo, Jnsulam nostram, Muskøø cum omnibus exhibicionibus et solucionibus que inde prouenire consueuerant libere duximus concedendam. volumus modis omnibus et firmiter precipiendo mandamus, vt sibi uel suo certo nuncio exhibeatur de predicta insula omnimoda iusticia, reuerencia et obediencia debita ac condigna, prout contra facientes in hac parte, nostram euitare uoluerint vlcionem. Datum gorsungæ. anno domini. M°. CCC°. IX°. Jn cena domini.

På frånsidan: littera donacionis vel concessionis super muskööö.

Ett litet stycke af ett sigill finnes på en ur brefvet klippt remsa.

1617. 1309 d. 9 Apr. Salsta.

Hertigarne Erik och Waldemars dom, hvarigenom Eskil Skjalges borgenärer tillerkännes laglig besittning af åtskillig till dem pantsatt jord, som ej inom den öfverenskomna tiden blifvit inlöst.

A. 8. c.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, Vniuersis presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam, Quia eskillus dictus skyalghi predia infra scripta. videlicet in lilla walby X. solidos terre, in risberghum . VII. oras. terre cum dimidia. in dysebodhum. duos solidos terre in ghimka. . . . solidos que latoribus presencium østano. fiøstano. ghudwasto. siggoni nicholao beroni inpignorauit, et termino inter ipsos statuto non redemit quamuis inter ipsos statutum fuerit et condictum, quod et ipse eskillus dictus eskyalghi ipsis prediis cederet, si in termino inter ipsos prefixo non fuissent resoluta. quare ipsis latoribus sepe dicta bona eorumque

heredibus, perpetuo possidenda iudicamus sentencialiter in hiis scriptis, Datum salastum Anno dominj millesimo. CCC. Nono quarta feria post quasi modo geniti.

De ur brefvet klippta remsorna, hvarpå sigillen hängt, äro bortrifna.

1618. 1309 d. 13 Apr. Wi.

Biskopen i Linköping Carls förordnande för Kettillvast på den vicaria, som Fru Helena, Johan Ingessons enka, inrättat i Linköping.

B. 3: 113.

Omnibus presentes litteras inspecturis Karolus dei gracia episcopus lyncopensis salutem in domino sempiternam Quia nobilis matrona Helena Relicta Johannis Jngæson ex consensu et beneuolencia sororis sue cristine de bonis suis vtalensi et frøswi sitis cum omnibus eorum adiacenciis videlicet agris pratis siluis colonis molendinis et piscariis quandam fecerat et ordinauerat in ecclesia nostra lincopensi perpetuam vicariam ipsam honorans qualibet septimana vna missa ad quam optinendam discretum virum dominum kætiluastum presentauerat prout prouidi virj dominj .W. prepositus kanutus Bero ac alij canonicj nostrj, de hoc qui ore suo in capitulo coram eis ad hoc specialiter intrante audiuerat nobis retulerunt Nos memoratum dominum kætiluastum, ad uoluntatem predicte matrone in bonis supradictis instituimus et corporalem eidem possessionem committimus per presentes Jn cuius institucionis euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum Datum wÿ Anno dominj M° CCC° IX° yidibus aprilis.

1619. Odat.

Ingeborg Olava och Helena Tunes döttrars bref på några gods till Skara domprosteri, i ersättning för några andra, hvilka deras broder Domprosten Bengt olagligen förskingrat.

A. 3. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Jngibyrghis, olaua et Helena Tunædøter, salutem in domino sempiternam, Quia dilectus frater noster dominus benedictus condam prepositus scarensis duas colonias in vlleruj et coloniam prestrÿ6 in moæ hæreth, et terciam partem prediorum in touæthorp, ac predia in lutrum ad prepositurам pertinencia, partim per vendicionem, partim per commutacionem, et partim eciam per donacionem, alienauit, sicut intelleximus minus iuste, Nos indempnitatj ecclesie consulere cupientes, pro recompensacione omnium predictorum, domino. magistro benedicto nunc preposito scarensi et prepositure refundimus et assignamus nomine nostro et

heredum nostrorum, colonias infrascriptas, videlicet haslistaðær, bilistaðar norðby. sitas in thorsø, et duas colonias in asenom in parochia biærghsætrum, ac partem prediorum ad nos pertinencium in louene cum agro in karlæby quem possedit gæsi cum omnibus pertinencijs dictarum coloniarum intra sepes et extra, hac condicione adiecta, quod dictus dominus .B prepositus, satisfaciet haquino ælisiuæson pro predijs in barknu que ipse a dicto haquino reuocauit, Hoc eciam cauto, quod sepedictus prepositus alienaciones quascunque per dictum fratrem nostrum factas, nullatinus reuocabit, Jn premissorum igitur testimonium et euidenciam pleniorem, sigilla nostra presentibus sunt appensa.

På frånsidan: composicio facta inter magistrum benedictum johannis et sorores benedicti tunæson.

Alla 3 sigillen bortfallna; remsorna qvar.

1620. 1309 d. 22 April. Leckö.

Biskopen i Skara Brynolfs intyg, att nuvarande Domprosten Bengt gjort en vänlig öfverenskommelse med förre Domprosten Bengt Tunessons systrar Ingeborg, Olava och Helena om de gods bemälde deras broder från Domprosteriet förskingrat.

A. 3. z.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Brynnulphus dei gracia scarensis Episcopus, salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod magister benedictus prepositus scarensis jn presencia nostra constitutus, Recognouit et pupplice fatebatur se fecisse cum nobilibus dominabus jngibyrghe, olaua et helena sororibus dominj benedicti tunæ son prepositi condam scarensis super permutacionibus et donacionibus prediorum prepositure scarensi pertinencium, per ipsum dominum .B. fratrem ipsarum sine nostro scitu et assensu factis, composicionem amicabilem per hunc modum, videlicet, quod dictus magister .B. nomine prepositure, et singuli sui successores debent habere jure perpetuo colonias, a quocunque et qualitercunque emptas vel conquisitas, que sequntur, videlicet hæslistadær, bilistaðar, norðby, et duas colonias jn asenom in parochia biærghsætrum, et coloniam in louene cum agro, quem dictus dominus .B. tunæ son prepositus, jn karlæby emit de gaasæ, nec non et coloniam in cliðruboðom cum omnibus pertinencijs coloniarum predictarum, intra sepes et extra, hac condicione, scilicet, quod idem magister .B. et singuli sui successores, ratas et gratas haberé debent in perpetuum, permutaciones, donaciones, seu alienaciones quascunque prediorum, per dictum dominum .B. prepositum predecessorem suum factas, jn vlleruj et prestryð vel alijs locis quibuscunque, Renunciauit jnsuper memoratus Magister .B. nunc prepositus, nomine suo et successorum suorum, omnj juri, quod sibi competijt jn predijs, touæthorpe, agrydæthorpe, et lu-

trum, que ad prepositurum pertinebant, Promisit eciam sepedictus magister .B. prepositus, se responsurum et satisfacturum haquino ælisiuæ son de denarijs quos ipse soluit de suo, ormero dicto piakn pro predijs jn kolzthorp, ex parte domini .B. tunæ son prepositi, pro predijs que dictus haquinus emit de ipso preposito jn barcnu, Adiecit jnsuper memoratus magister .B. quod si dicte domine, J. O. et E. vel heredes earum composicionem predictam, jn aliquo cassare, vel immutare temptauerint, composicio predicta, nullam habeat firmitatem, sed eo ipso ipsi .B. preposito, et suis suocessoribus, ad predia prepositure supratacta, et alibi si inueniantur, liber et licitus sit regressus, Ne igitur super premissis, aliqua possit in posterum dubietas suborirj sigillum nostrum et sigillum, jpsius magistri benedicti prepositi scarensis, presentibus sunt appensa, jn testimonium et euidenciam premissorum pleniorem. Datum leckiu. Anno. domini. M°. CCC°. IX°. X. kal. Maij.

Sigillen något skadade.

1621. 1309 d. 23 Apr.

Enkan Katharinas Testamente af en del i Hiernistad till Alvastra kloster, för grafställe derstädes.
A. 3. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Katerina relicta laurencij de hiernistadhum, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facio vniuersis, quod monachis in aluastro apud quos sepeliri eligo, octauam partem vnius octenarij in hiernistadhum nomine testamenti confero post mortem meam perpetuo possidendam, Jn cuius rei euidenciam, quia sigillum proprium non habeo, sigilla discretorum virorum domini iohannis de grennum, et asmundi dicti laangh duxi presentibus apponenda, Datum anno domini, M°, CCC°, IX, die beati georgij martiris.

Sigillen med de ur brefvet klippta remsorna bortfallna.

1622. 1309 d. . . Maj. Leckö.

Biskopen i Skara Brynolfs intyg om den mellan Domprosten Bengt och förre Domprosten Bengt Tunæsons systrar gjorda öfverenskommelse, rörande de gods Bengt Tunæson afskiljt från Domprosteriet.
A. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Bryniulphus dej gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod Ma-

Magister benedictus prepositus scarensis jn presencia nostra constitutus, pupplice recognouit se fecisse cum nobilibus dominabus, jngibyrghe, olaua et helena, sororibus domini .B. tunæ son condam prepositi scarensis, super permutacionibus, et donacionibus prediorum prepositure scarensi pertinencium per ipsum dominum .B. fratrem ipsarum factis, sine scitu nostro et assensu, composicionem amicabilem per hunc modum, videlicet, quod dictus magister .B. nomine prepositure, et singuli sui successores, debent habere jure perpetuo, colonias a quocunque et qualitercunque emptas vel conquisitas, que sequntur, videlicet hæslistaðar, bilistaðar, nordby, sitas in thorsø, et duas colonias jn asenom in parochia biærghsætrum, et coloniam in louene cum agro in karlæby, quem dominus .B. tunæ son prepositus emit de gæsæ, nec non et coloniam, in cliðruboðom, cum omnibus pertinencijs coloniarum predictarum jntra sepes et extra, vbicumque situatis, hac condicione scilicet, quod idem magister .B. prepositus et singuli sui successores, ratas et gratas habere debent in perpetuum permutaciones, donaciones seu alienaciones quascumque prediorum, per dictum dominum .B. tunæ son condam prepositum predecessorem suum, factas in vlleruj et præstryð, vel locis alijs quibuscumque, Ad hec insuper renunciauit memoratus magister .B. nunc prepositus, suo *et succ*essorum suorum nomine omnj juri quod sibi compecijt in predijs touæthorp, hagryðæthorp, et lutrum, que ad preposituram scarensem de jure pertinebant, Promisit eciam sepedictus magister .B. prepositus se soluturum haquino alisiuæ son triginta duas marchas quas ipse haquinus soluit ormero dicto piakn, de illis quinquaginta marchis quas idem haquinus tenebatur domino .B. tunæ son preposito, pro predijs in barcnu, et pro .XVIII. marchis residuis de precio prediorum in barcnu, debuit sepedictus .ha. resumere missalem suum, quem sepedicto domino preposito, pro .XVIII. marchis similiter persoluebat, Jtem ad*iecit* idem magister .B. nunc prepositus *quod* si dicte domine .J. O. et .E. vel heredes ipsarum, composicionem predictam in aliquo cassare, vel immutare temptauerint, compo*sicio predicta nullam* habeat firmitatem, sed eo ipso, ipsi magistro .B. et suis successoribus, ad predia prepositure supratacta, et alia quecumque, minus iuste alienata, *liber et licitus sit* regressus, Ne igitur super premissis aliqua possit in posterum dubietas suborirj, sigillum nostrum et sigillum ipsius magistri .B. nunc. pr*epositi* . . . *sigill*um capituli nostri presentibus sunt appensa, jn testimonium et euidenciam pleniorem, Datum Leckyu. anno domini. M°. CCC. . . . . scensionis eiusdem *).

På frånsidan: Littera super quadam permutacione de bonis prepositure cum dominabus jngiburghe olaua et helena sororibus dominj benedicti tunason quondam prepositi scarensis.

Sigillen N:o 1 och 3 skadade, N:o 2 borta, remsan qvar.

*) Kanten af brefvet är bortfrätt. Fastän årtalet är ofullständigt, gifver likväl öfverensstämmelsen med föreg. N:o 1620 tillräcklig anledning, att under detta år intaga detsamma.

1623. 1309 d. 18 Maj. Nædæstum.

CHRISTIERNS och MARGARETAS testamentariska anordning af deras qvarlåtenskap till kyrkor och kloster, hvaribland fast egendom till Wårfruberga kloster, samt 50 mark penningar, att fördela mellan alla kloster, som lågo ofvanskog och de kyrkor, i hvars församlingar de hafva gods m. m.
A. 3 k.

Jn nomine patris et filii et spiritus sancti amen Nos CRISTERNUS et MARGARETA VXOR eiusdem mente sicut et corpore incolumes, volentes nostris animabus salubriter prouidere, ac messionis extreme diem misericordie operibus preuenire, de bonis nostris nostrum testamentum cum nostrorum heredum assensu beniwolo, taliter ordinamus Jn primis Ecclesie sanctimonialium in monte beate virginis, vbi pariter eligimus sepeliri, legamus quinquaginta marchas denariorum, duas marchatas terre, in villis subscriptis parochie ecclesie kỳewr, in tæbỳ dimidiam marcham terre, quatuor denarios in villa ecclesie eiusdem, Jtem in couestum XIIII:^{cim} solidos Jtem in orrasæter parochie gærnær septem oras terre, ipsi ecclesie perpetuo posidendas, Jtem quinquaginta marchas denariorum distribuendas taliter piis lociis, silicet cuilibet monasterio owanskogh vnam marcham denar., Jtem cuilibet ecclesie in cuius parochia curiam habemus dimidiam marcham den. ecclesie et tantumdem sacerdoti Ceterum tenore presencium recognoscimus nos teneri obligatos supradicto monasterio in XL:^{ta} marchis puri, ad quarum XL:^{ta} marcharum et quinquaginta et iterum quinguaginta marcharum vsualium superius in testamento positarum solucionem plenius faciendam committimus curiam nostram in Watnusum cum omnibus prediis nostris in thorns honestis viris et discretis domino Petro lỳquidsson et sigmundi kieldorsson, ut ipsi de bonis memoratis tam in testamento legata quam debitum supradictum sicius et fidelius expediant sicut nostrarum comodum diligunt animarum nec ad vsum nostrum vel cuiusquam nobis attinencium de supradictis bonis quidquam prouenire volumus donec omnia integraliter fuerint persoluta, Jn cuius ordinacionis euidenciam firmiorem siggilla domini petri lyquidsson et sigmundi kieldorsson quos eciam huius rei testes habemus et executores, statuimus et siggillum Cristerni filii nostri vna cum siggillis nostris presentibus sunt appensa, actum anno M° C°C°C° IX in die sancto penthecostes in curia nostra nædæstum.

På frånsidan: Jtem super quibusdam bonis in tæbi parrochia kæuer.
Med sednare hand: Christiernus Aduocatus på Stocholm och hans hustru Margareta anlangandes.

Sigillen: N:o 1 på gula, N:o 5 på ljusblå silkestrådar, finnas i behåll, något skadade; efter N:o 3 fins blott en knippa af rödt silke.

1624. 1309 d. 28 Maj. Upsala.

Ärkebiskopen Nils Ketilssons skrifvelse till Åbo Stift, om tiden för klagomåls anförande öfver Kaniken Ragnvalds val till Biskop.

A. 2. *)

Nicholaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis. Dilectis in christo filiis, Clero ac populo Ciuitatis acque Dyocesis aboensis salutem in domino. Presentato nobis dudum per discretum virum Dominum laurencium ac procuratorem Ecclesie aboensis, decreto eleccionis facte de reuerendo viro Domino rangualdo Canonico aboensi in pastorem ac episcopum matris vestre ecclesie aboensis, Nos officij nostri debitum exequentes dirigimus ad vos discretum virum dominum Gunnonem nostre Dyocesis presbiterum, illis quorum interest, secundum formam iuris denunciantes vt si quisquam in predicti personam electi seu formam de ipso facte eleccionis, aliquid racionabile obicere voluerit peremptorie presentibus euocatus, jnfra festum Beati laurencij proximo venturum vpsalie compareat coram nobis. Alioquin elapso termino memorato, Omnis obieccionis vocem sibi nouerit preterclusam. Hec autem denunciacio puplice fiat in ecclesia cathedrali prefata aliquo die festiuo, aut alias populo Ciuitatis adhoc specialiter congregato. Super qua denunciacione modo qui premittitur puplicata, vt nobis de ea fides fiat Confici volumus instrumentum puplicum, siue litteram autenticam fide dignorum sigillis ac eorum subscripcionibus roboratam. Jn Cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum vpsalie, anno Domini M°. C°C°C°, nono Quinto kalend iunij.

1625. 1309 d. 17 Juni.

Philip Ulfssons qvittobref på 80 mark penningar, hvilka Folke Jonsson till honom betalt.

J. 6i 120.

Vniuersis præsens scriptum cernentibus, Philippus Vlfsson, salutem in vero saluatore. Notum habere volumus vniuersis Dominum Folkonem Ionsson nobis satisfecisse de LXXX, marchis denariorum termino inter nos satis grato, vt de solutione prædicta liber everteat vice nostra. Scriptum Anno Domini M. CCC. IX. in die beati Botulphi.

Sigillet, enligt teckningen, oskadadt.

*) Inryckt i det deröfver i Åbo d. 20 derpå följ. Juni gifna intyg. Se följ. N:o 1626.

1626. 1309 d. 20 Juni. Åbo.

Kaniken Thorers m. fl. intyg, att de i Åbo Domkyrka sett och hört sig föreläsas Ärkebiskopen Nils Ketilssons skrifvelse, rörande tiden för klagomåls anförande öfver Kaniken Ragnvalds val till Biskop.

A. 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis. THORIRUS de nosis Canonicus Ecclesie aboensis cathedralis. GUNNO de virmu eiusdem ecclesie Cathedralis officialis, SUPPRIOR et CONUENTUS aboensis ordinis predicatorum, JACOBUS curatus ecclesie sancte katerine in nummis, et VNIUERSITAS Ciuitatis aboensis salutem in domino. Tenore presencium constare volumus vniuersis, Nos super eleccione Reuerendi viri Domini Rangualdi in ecclesia nostra cathedrali aboensi dudum facta, litteram denunciacionis in die botulfi abbatis vidisse, et lectam audiuisse in ecclesia cathedrali memorata et in ecclesia fratrum predicatorum in abo Coram clero et populo in hec verba. NICHOLAUS diuina miseracione &c. *Se N:o* 1624. Nos igitur, Thorirus de nosis canonicus aboensis ecclesie cathedralis, Gunno de virmu, Eiusdem ecclesie cathedralis officialis, supprior et conuentus aboensis ordinis predicatorum, Jacobus Curatus ecclesie sancte katerine in nummis et vniuersitas Ciuitatis aboensis, in testimonium et euidens documentum dicte denunciacionis facte in abo in die Botulfi abbatis in presencia nostra et plurimorum tam laicorum quam clericorum fidedignorum, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum abo anno domini, M°, trecentesimo Nono duodecimo kalend. Julij.

På frånsidan: Denunciacio pro electo aboensi confirmando facienda.

Sigillen: N:o 1—3 bortfallna; 4 och 5 skadade.

1627. 1309 d. 21 Juni.

F. d. Advocatus CHRISTIANS förnyelse af sin förut d. 18 Maj gjorda anordning af gods till Vårfruberga kloster, för sig och sin hustru Margareta.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis CRISTERNUS quondam aduocatus stokholmensis Salutem in domino sempiternam Tenore presencium omnibus facio manifestum, me pro anima mea et pro anima margarete vxoris mee quondam duas marchatas terre in villis subscriptis, silicet in parochia ecclesie kyewr, in taby dimidiam marcham terre, IIII:or denarios terre in villa eiusdem ecclesie Jtem in couestum XIIII:cim solidos Jtem in orrasater in parochia garnum septem oras terre, monasterio sanctimonialium in monte beate virginis tribuisse ipsi monasterio perpetuo posidendas Jn cuius rei

testimonium siggillum meum presentibus est appensum Scriptum anno domini M° C°C°C°. IX. in sabato ante natiuitatem beati Johannis baptiste.

På frånsidan: Littera super quibusdam bonis Primo in tæbi parrochia kæuer dimidia marc. terre IIII denar. in villa eiusdem ecclesie cum pluribus.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1628. 1309 d. 1 Juli. Köpenhamn.

Danska Konungen Erik Menveds med Norrska Konungen Håkans Legater afslutade fredstraktat, hvari, bland andra vilkor, öfverenskommes, att Konung Håkans dotter Ingeborg skall förmälas med Svenska Prinsen Magnus Birgersson, att Konung Håkan skall erhålla 4 härad i Halland norr om Ätran, dels i ersättning för sina öfriga inom Danska området egande gods, dels i förläning, m. m.

L. f. 98.

Omnibus præsens scriptum cernentibus E. Dei gracia Danorum Slavorumqve Rex, salutem in domino sempiternam. Noverint universi, qvod Anno domini M. CCC. IX. in octavo die beati Johannis Baptistæ, per Reverendum in Christo patrem Dominum Helgonem, miseracione divina Episcopum Asloensem et nobilem virum dominum E. condam Regis Sueorum filium, consanguineum nostrum dilectum ac dominum Iwarum canonicum Bergensem, magnifici principis domini Haguini regis Norvegie illustris, procuratores et nuncios speciales, ex parte ejusdem domini Regis ex una parte et nos ex altera parte, placitatum, concordatum et promissum est in hunc modum. Primo videlicet, quod inter dominum regem Norvegie et nos et regna nostra ex utraque parte debet firma pax et securitas plenaria perpetuis temporibus observari: Et ut ipsa pax et securitas utrinqve firmius et inviolabilius perpetuo teneantur, debet dominus rex Norvegie prædictus filiam suam primogenitam, legitimam Ingeburg nomine, domicello Magno, filio domini Birgeri Svevorum regis illustris nepoti nostro desponsare et copulandam sibi matrimonialiter assignare. Ipse eciam dominus rex Norvegie eandem filiam suam constituere debet post se regni Norvegie hæredem si ipsum non contingat filium legittimum obtinere, si vero filium legittimum obtinuerit, cum eadem filia sua domicello prædicto 6 millia marcharum argenti in dotem, et tantum de argento idem domicellus sponse sue prædicte racione donacionis propter nuptias, qve Mornegioff dicitur assignabit videlicet bona seu certos redditus pro eodem. Si vero hæres regni fuerit, dabit eidem 8 millia marcharum puri in donacionem propter nuptias et super eo faciemus nos cum nostris fidelibus caucionem. Debemus eciam nos et bona fide promittimus intendere placite et fideliter cooperari pro toto posse nostro, qvod dominus Birgerus rex Svevorum ad regimen regni sui redeat, et dignitatem regiam, et qvod filius suus domicellus sæpedictus succedat eidem,

sicut tenetur merito in eisdem, Cæterum ut pax et securitas supradicte inter nos et regna nostra teneantur amodo vincolo firmiori, et singula alia qve præmittuntur, deducantur commodius et favorabilius ad effectum, aliqva de bonis et redditibus in Hallandia ex parte boreali aqve Ether domino regi Norvegie sub rata et debita porcione pro bonis suis maternis omnibus infra regnum Dacie sitis, assignabimus et residuum ejusdem terre, et ipsa parte aqve Ether, videlicet qvatuor hærōd, eidem concedimus in pheodum cum juribus, possessionibus, libertatibus et attinenciis, sicut ea omnes Jacobus a progenitoribus nostris dinoscitur liberius tenuisse et de eisdem facto nobis per eundem dominum Regem Norvegie homagio, dominus Rex Norvegie memoratus, cum hominibus et incolis ipsorum hæret, nobis et corone regni nostri servicium faciat reqvisitus, hoc adjecto, qvod convicti pro morte patris nostri, ipsorum hæredes et complices Daci ibidem nullatenus colligantur, et ut ipsa hærret et castra ibidem recuperentur ad manus domini regis Norvegie cooperari debemus fideliter cum eodem toto posse. Prætera ad preces et instancias domini Regis Norvegie, de speciali gracia duximus admittendum, qvod uxores et liberi novem pro morte patris nostri convictorum et complices ipsorum novem ac eorum liberi qui racione excessuum suorum bona sua, anteqvam domino Regi Norvegie homagium fecerant, amisisse legittime dinoscuntur bonis suis maternis utantur tantummodo; Complices vero eorum alii omnes, et uxores et eorum liberi, qvi anteqvam in servicium domini Regis Norvegie venerant in Norvegiam, bona sua propter excessus suos, ut præmittitur, non amiserant, utantur regno et bonis suis omnibus paternis et maternis, ii nihilominus, qvi caucionem nobis fecerint, qvam duxerimus acceptandam: reliqvi vero bona sua vendant, et cum precio eorum maneant extra regnum, hoc adjecto, qvod uxores et liberi novem convictorum pro morte patris nostri, perpetuo extra regnum Dacie stent et infra 3 annos præmissa bona sua alienent. De cæteris vero in voluntate nostra sit et gracia qvos ipsorum regno cum bonis, uti, ut præmittitur, velimus, qvos ipsorum extra regnum stare velimus, et de bonis suis præmissis fructus et redditus levare, et qvos ex ipsis extra regnum manere perpetuo velimus, ac bona sua supradicta vendere et extra regnum deducere pretium eorundem. Admittimus eciam, qvod tempore placitacionis habende ut præmittitur, Comes Jacobus una cum Rege Norvegie compareat coram nobis. Insuper ne qvid remaneat, qvod pacem et concordiam præmissas violare poterit, seu dissensionis alicujus materiam generare, memoratus dominus Rex Norvegie bona materna racione qvorum actenus lites et dissensiones sæpius sunt commote, nobis nec non corone nostre; ubicunqve infra regnum Dacie sita sint ordinanda libere pro nostris usibus resignabit, qvando adeptus fuerit 4 hæredas in Hallandia prius dicta. Item nobili viro consanguineo nostro domino E. prædicta bona sua materna omnia ubicunqve

in regno suo ea racionabiliter docere poterit ex nunc libere resignamur. Promittimus insuper ipsum dominum Birgerum Regem Svevorum pro posse nostro favorabiliter promovere. Condictum est eciam et promissum, qvod memoratus dominus Rex Norvegie et nos apud Isafjord in Sioland in die beati Barnabæ apostoli jam proximo futuro, convenire personaliter debeamus ad deducendum supradicta omnia et singula ad effectum. Vt autem præmissa omnia ex parte nostra inviolabiliter observentur submittimus nos jurisdictioni venerabilis patris domini Helgonis Asloensis Episcopi, ita qvod si in præmissorum aliqvo defecerimus, possit in nos excommunicacionis sentenciam ferre, et nos excommunicatos denunciare, donec defectus hujusmodi suppleatur, sed ipse dominus Rex Norvegie jurisdictioni venerabilis patris domini Olavi Roschildensis Episcopi, cum convenerimus ipse dominus Rex Norvegie et primo nos, similiter se submiserit vice versa. Promittimus insuper qvod dominus Birgerus Rex Svecie prædictus dispensacionem in curia procurabit, super contractu matrimonii inter ipsos domicellum Magnum et filiam regis Norvegie, cum idem qvarto gradu consanguinitatis se attingunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Actum et datum Haffnis, anno et die supradictis.

1629. 1309 d. 17 Juli. Köpenhamn.

Konungen i Norrige, Håkans stadfästelse på det mellan honom och Konung Erik Menved i Danmark slutna förbund, med de vilkor som i näst föregående bref uppgifvas, hvarjemte han förbinder sig, att icke lemna något understöd åt de Svenska Hertigarne, hvilka Konung Erik skall anfalla med krig.

L. f. 103 *)

Omnibus præsens scriptum cernentibus HAGUINUS Dei gracia Rex Norvegie, salutem in domino sempiternam. Noverint universi, qvod Anno domini M. CCC. IX. feria 5:ta proxima ante festum Beate Marie Magdalene Kaupmannahafn, inter magnificum principem dominum Ericum dei gracia Danorum Slavorumqve regem illustrem ex una parte et nos ex altera, placitatum concordatum et promissum extitit in hunc modum. Primo, qvod inter nos et regna nostra ex utraqve parte debeat firma pax et plena securitas perpetuis temporibus observari, et ut ipsa pax et securitas utrinqve firmius et inviolabilius perpetuo observentur, debemus filiam nostram primogenitam, legittimam Ingeburgem nomine domicello Magno filio domini Birgeri Svevorum regis illustris nepoti domini Erici Dei gracia Danorum regis supradicti desponsare et copulandam sibi matrimonialiter assignare. Nos

*) Ur Bartholinska samlingarne.

eciam debemus filiam nostram constituere hæredem post nos regni Norvegie. Si filium legittimum obtinuerimus, tum cum eadem filia nostra domicello prædicto sex millia marcharum argenti dabimus in dotem, et tantum de argento idem domicellus sponse sue prædicte racione donacionis propter nuptias qve morghengiof dicitur assignabit videlicet bona seu certos redditus pro eodem. Si vero hæres regni fuerit, dabit eidem octo millia marcharum puri in donacionem propter nuptias, et super eo fecit nobis dominus Rex Dacie cum suis fidelibus caucionem. Debet eciam dominus Rex Dacie et bona fide promisit intendere sollicite et fideliter cooperari pro toto posse suo qvod Dominus Birgerus Rex Svevorum ad regimen regni sui redeat, et dignitatem regiam, et qvod filius suus Domicellus Magnus sæpedictus succedat eidem patri suo, sicut tenetur merito in eisdem. Ipse dominus Birgerus Rex Svevorum prædictus dispensacionem in curia procurabit super contractu matrimonii inter ipsos domicellum Magnum et filiam nostram supradictam, cum idem qvarto gradu consanguinitatis se attingunt. Cæterum ut pax et securitas supradicte inter nos et regna nostra teneantur amodo vinculo firmiori et singula alia qve præmittuntur, deducantur commodabilius et favorabilius ad effectum, aliqva de bonis et reditibus in Hallandia ex parte boreali apud Ether sub rata et debita porcione pro bonis nostris maternis omnibus infra regnum Dacie sitis nobis assignabit et residium terre ex ipsa parte apud Ethre predicte videlicet quatuor hærōd, Dominus Rex Dacie nobis concessit in pheodum, cum juribus, possessionibus, libertatibus, et attinenciis, sicut ea comes Jacobus a progenitoribus ipsius Regis Dacie dinoscitur liberius tenuisse, et de eodem residuo ut supra, faciemus Domino Regi per nos homagium et cum hominibus et incolis ipsorum hærōd domino Regi et corone regni Dacie servicium faciemus reqvisiti, hoc adjecto, qvod convicti pro morte patris domini regis Dacie ipsorum heredes et complices Daci ibidem nullatenus colligantur, et, ut ipsa hærōd et castra ibidem recuperentur ad manus nostras, cooperari debet dominus Rex Dacie fideliter nobiscum toto posse. Prætera ad preces et instancias nostras de speciali gracia duxit dominus Rex Dacie admittendum, qvod uxores et liberi novem, pro morte patris sui convictorum, et complices ipsorum, et eorum liberi, qvi racione excessuum suorum bona sua, anteqvam fratri nostro et nobis homagium fecerant, amisisse legittime dinoscuntur, bonis suis utantur maternis tantummodo. Complices vero ipsorum alii omnes, ipsorum uxores et eorum liberi, qvi anteqvam in servicium nostrum venerant in Norvegiam, bona sua propter excessus suos, ut præmittitur, non emiserant, utantur regnō et bonis suis omnibus paternis et maternis, sic nihilominus, qvi caucionem domino regi Dacie fecerint, qvam ipse duxerit acceptandam, reliqvi vero

bona

bona sua vendant, et cum precio eorundem maneant extra regnum, hoc adjecto, qvod uxores et liberi novem convictorum pro morte patris domini regis Dacie perpetui extra regnum Dacie stent, et infra 3 annos præmissa bona sua alienent, de cæteris vero in voluntate et gracia domini regis Dacie sit, qvos ipsorum regno cum bonis, ut præmittitur, uti voluerit, qvos ipsorum regnum extra stare voluerit, et de bonis suis præmissis fructus et redditus levare, et qvos ex ipsis extra regnum manere perpetuo voluerit, ac bona sua supradicta vendere, et extra regnum deducere precium eorundem. Insuper ne qvid remaneat, qvod pacem et concordiam præmissas violare poterit seu dissencionis alicujus materiam generare, bona materna, racione qvorum hactenus lites et dissensiones sæpius sunt commote, domino Regi Dacie et corone regni ubicunqve infra regnum Dacie sita sunt resignabimus pro suis usibus ordinanda libere qvorum adepti fuerimus castra et qvatuor hærod in Hallandia prius dicta. Item instrumenta seu littere omnes super bonis nostris maternis in Dacia nobis restituantur qve dominus Rex Dacie habet, vel per ipsum poterint obtineri. Item faciat dominus Rex Dacie, qvod nobis fiat justicia de qvibuscunqve personis infra regnum Dacie constitutis, contra qvos qverimoniam movere voluerimus secundum qvod exigunt leges patrie et postulat ordo juris; sic eciam faciem domino regi Dacie in regno nostro vice versa. Item resignavit nobis dominus Rex Dacie eximius, omnia bona nostra materna, ubicunqve infra regnum Dacie sita, pro nostris usibus libere ordinanda, super fructibus autem de bonis eisdem a die decollacionis beati Johannis Baptistæ sub Anno domini M. CCC. VIII. usqve nunc, per qvemcunqve perceptis vel percipiendis forsan in futurum, super qvibus coram domino rege Dacie qverimonia, nostro nomine mota fuerit, faciat ipse dominus Rex Dacie nobis, qvod exigunt leges terre, donec castra et qvatuor hærod in Hallandia, ut præmittitur, consecuti fuerimus et adepti: Item dominus Rex Dacie duces Svecie qvam cicius poterit, hostiliter invadat, nec nos cum eisdem ducibus pacem, treugas seu diem aliqvam faciemus vel recipiemus sine consensu domini regis Dacie. Et si contingat nos cum dictis ducibus diem vel treugas ex causa aliqva recipere, illa dies seu treugæ, debent esse breves et dominus Rex Dacie et regnum suum in eisdem Die et treugis includantur, et hoc sibi tempestive per nos debet intimari, super qvo postmodum fiat, qvod utriqve nostrum expediens videatur. Item dominus Rex Dacie et nos non debemus separatim cum fautoribus dominorum ducum prædictorum aliqvibus pacem facere, nisi cum iis qvos nobis et domino Birghero regi Svecie attrahere poterimus in servicium et juvamen. Item mercatores utriusqve regni Dacie videlicet et Norvegie hic vel ibi naufragium pacientes bona sua per se vel per alios, salvent libere et de salvatis disponent libere, pro sue libitu voluntatis nullum eciam the-

lonium in Dacia vel Norvegia a mercatoribus ipsorum regnorum extorqveri debeat aliqvatenus nisi secundum qvod solvi consveverat ex antiqvo. Item mercimonia qvecunqve per mercatores utriusqve regni emta in eisdem regnis ante publicacionem inibicionis, super eisdem non deducendis ibidem factam, soluto thelonio ut supra, libere deducantur. Si qve vero empta fuerint post publicacionem inhibicionis hujusmodi qvandocunqve factam, eadem nisi de gracia speciali minime deducantur, anteqvam ipsa deducendi data fuerit licencia generalis. Ut autem præmissa omnia ex parte nostra inviolabiliter observentur, submittimus nos jurisdictioni Venerabilis patris Roskildensis Episcopi, qvicunqve pro tempore fuerit, ita qvod, si in præmissorum aliqvo defecerimus, possit in nos sentenciam excommunicacionis ferre, et nos excommunicatos denunciare, donec defectus hujusmodi suppleatur. Sic eciam memoratus dominus Rex Dacie jurisdictioni Venerabilis patris domini Episcopi Asloensis, qvi eciam pro tempore fuerit, se submisit, similiter vice versa; Et cum hoc, ut supradicta omnia firmiter observentur, promiserunt una nobiscum bona fide, Venerabiles patres domini Ketillus Stawangrensis, Hælgo Asloensis, Arno Bergensis, et Ingeldus Hamarensis Dei gracia Episcopi, ac dominus Ericus Waldemari condam Regis Svevorum filius, dominus Finno, Magister capellarum nostrarum, ac nobiles viri, dominus Bernardus de Biarkeroy, Thorerus Haguini, Inaro Aslaci, Barones, nec non et domini Thorraldus Toresön, Elavas Eilifson, Siqvardus de Random Throndo Halvardi, Siguatus de Læirholom, Thorerus Harfen, Siqvardus Hareckson, Bryniulfus Storm, Throndo Gunulfi, Gunnarus Thomæ, Birgherus Thorchilli, Serkus Petri. Iwarus Steinari, Euindus Symonis, Augustinus Amonis, Andreas Sigvardi, milites, ac eciam Haguinus Thoriæ, Johannes Gudbrandi, Ivarus Amonis, Bryniulfus Agmundi Agmundus Öyvindi, Johannes de Strond, Audrenus Gudthormi, Haguinus Agmundi Petrus Petersson, Gudbrandus Gudbranssoner, armigeri nostri, qvorum sigilla una cum nostro præsentibus sunt appensa. Condictum est eciam qvod ducenti et septuaginta milites et armigeri nostri promittent bona fide et super hoc dabunt litteras suas patentes, qvod singula omnia ut præmittitur, nostro nomine observentur, et illas litteras mittemus nos, si securus fuerit transitus, Tunsbergis die nativitatis beati Johannis Baptistæ proximo affuturis nunciis domini Regis Dacie ibidem assignandas. Si vero securus non fuerit transitus, ipso tempore littere prædicte tam suo nomine qvam nostro Kaupmannahaffn mittentur eodem die ibidem nunciis nostris utrinqve mutuo assignande. Item si ex promissoribus nostris prædictis militibus videlicet et armigeris interim aliqvem vel aliqvos mori contigerit, alium vel alios constituemus, qvi nostro nomine promissionem similem faciat loco sui. Actum et datum loco anno et die in principio supradictis.

1630. 1309 d. 29 Juli. Avignon.

Påfven Clemens V:s Fullmakt för Israel Erlandsson, att vara Biskop i Westerås, efter Nils Allesson, som blifvit Ärkebiskop i Upsala.

F. 1:364. An. 4 Ep. 1099.

Clemens V. Israelem Erlendi Episcopum Arosiensem Ordinis Predicatorum eligit.

Clemens &c. Dilecto filio Israeli Erlendi Electo Arosiensi Salutem &c.

Inter sollicitudines alias, que Nobis ex officii debito pastoralis incumbunt illa nos angit precipue, ut Ecclesiis viduatis de salubris, et celeris provisionis remedio succurratur, ne illarum vacatione protracta sustineant in spiritualibus, vel temporalibus detrimentum. Dudum siquidem Ecclesia Arosiensis per translationem Venerabilis Fratris nostri Nicolai Episcopi Vpsalensis tunc Pastore carentem, vacante, Nos provisionem dicte Ecclesie Arosiensis ea vice dispositioni Sedis apostolice reservantes, decrevimus ex tunc irritum, et inane, si secus super hoc a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, et deinde ad provisionem dicte Ecclesie Arosiensis sollicite intendentes, post deliberationem, quam super hoc habuimus cum nostris Fratribus diligentem, consideratis muneribus gratiarum, quibus illorum Dominus personam tuam multipliciter insignivit ad te Ordinis Fratrum Predicatorum profexum in Sacerdotio constitutum, quem litterarum scientia, morum gravitas, religionis honestas, providentia spiritualium, et temporalium circumspectio, aliaque virtutum dona commendant direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem Fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Arosiensi Ecclesie providemus, preficiendo te de Fratrum predictorum consilio dicte Arosiensi Ecclesie in Episcopum, et Pastorem, curamque, et administrationem ipsius tibi in spiritualibus, et temporalibus committendo, in illo qui dat gratias, et largitur premia confidentes, quod eadem Arosiensis Ecclesia sub tuo felici regimine gratia tibi suffragante divina salubriter, et prospere dirigetur. Jugum itaque Domini prompta devotione suscipias, et suavi eius oneri reverenter collum submittas, dicteque Arosiensis Ecclesie sponse tue regimen sic exercere studeas sollicite fideliter, et prudenter, gregem dominicum in ea tue vigilantie creditum doctrina verbi, et operis informando, quod de talento tibi credito dignam possis in extremo examine reddere rationem. Nosque gratulari possimus in Domino cum a spe, quam de tua probitate concepimus fuerimus non fraudati. Datum Avinione IV Kalend. Augusti Anno Qvarto.

1631. 1309 d. 15 Aug. Grenna.

Biskopen i Linköping, CARLS upplåtelsebref till Abbedissan Katarina i Wreta, under hennes lifstid, på Biskopstionden af klostrets församling.

A. 3. t.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, KAROLUS dei gracia Episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam Tenore presencium volumus omnibus elucere quod nos dilectis filiabus domine abbatisse et sanctimonialibus de claustro wretum decimas nostras episcopales de parochia ipsarum ad dies domine katerine abbatisse nunc regentis quam diu ipsa prefuerit, duximus concedendas, Jn cuius rei euidenciam Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum aput grennæ, Anno domini M°. CCC°, IX°, die assumpcionis sancte marie.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1632. 1309 d. 16—21 Aug. Wernamo.

PHILIP BJÖRNSSONS testamentariska anordning af 50 mark penningar till Sigtuna kloster och en lika summa, att dela mellan andra kloster, kyrkor, hospital och fattiga, hvarföre jord i Grunsö pantsättes.

A. 3. d.

Jn nomine patris et ffilii et spiritus sancti amen Ego PHILIPPUS BJORNSSON sanus mente et corpore Testamentum meum condono et ordino per hunc modum, Jn primis meam eligo sepulturam apud ffratres predicatores sictunie quibus lego quinquaginta marcas denariorum, Jtem quinquaginta marcas denar. deputo ad distribuendum monasteriis ecclesiis hospitalibus et pauperibus per executores huius testamenti mej pro solucione autem predictorum denariorum deputo vnam marcam terre sitam in grunsø Redimendam per heredes meos inffra annum a tempore obitus mei computendam. (!) exequtores huius testamenti mei ffacio sigmundum kiældærsson, Magnum niclis son, philippum michaelis filium et dominum laurencium sacerdotem in Walby, Jn cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, et sigilla sigmundi kiældærsson magni niclisson philippi michaelis ffilio (!) presentibus apponi peto, Actum apud værnæmo anno domini M° CCC° IX° inffra octauam asumcionis beate marie.

Sigillen bortfallna från de 4 ur brefvet klippta remsorna.

1633. 1309 d. 3 Sept. Avinion.

Påfven Clemens V:s Bulla till Ärkebiskopar, Biskopar och andra kyrkans Prelater, med förbud, att ofreda Cistercienserne mot deras privilegier.

A. 1. d.*).

Clemens episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis episcopis ac dilectis filiis aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste peruenerint Salutem et apostolicam benedictionem Benefaciens dominus bonis et rectis corde dilectos filios fratres cisterciensis ordinis in via mandatorum ipsius jnoffense currentes tamquam populum acceptabilem sibi numero et merito ampliauit eisque de rore celi et de pinguedine terre benedicens dilatauit locum tentorii eiusdem ordinis et pelles tabernaculorum eius extendit. Sed quod dolentes referimus in via hac qua ambulant superbi super eos extendentes velud torrentes iniquitatis irruentes in eos ipsos bonis suis que soli domino sunt dicata Non solum nequiter defraudare Cum filii huius seculi prudenciores filiis lucis sint in grauacione sua verum eciam iniquitate potentes violenter spoliare nituntur Et quod grauius est nonnulli de his qui eos debuerant in christi visceribus carius amplexari et fauorabilius confouere jpsos immanius persequentes priuelegia que ipsis a sede apostolica suis exigentibus meritis sunt indulta gestiunt penitus eneruare dicendo illa fuisse omnino in generali consilio reuocata vel alias intellectum priuilegiorum ipsorum ita maligna interpretacione ad libitum peruertendo quod nisi os iniqua loquencium obstruatur nil restat quin predicti fratres priuilegiorum suorum penitus fructu frustrentur per quod illi non tam eisdem fratribus quam nobis iniuriarj probantur dum contra sedis apostolice indulgencias memoratos fratres temere perturbare presumunt, molientes contra nostre plenitudinis potestatem dum indulta nostra irreuerenter inpugnant Nos igitur qui predictos fratres speciali prerogancia dilectionis et gracie amplexamur vtpote quia iugiter offerentes domino suorum vitulos labiorum non solum nobis sed vniuersali ecclesie piis intercessionibus incomparabiliter suffragantur Nolentes huiusmodi vexacionibus eorum sabbati amaricari quietem vniuersitatem vestram monemus et exhortamur attente per apostolica scripta precipiendo Mandantes quatenus quod dictos fratres ob reuerenciam diuinam ac nostram habentes in visceribus caritatis eis priuilegia et indulgencias apostolice sedis eisdem concessas jnuiolabiliter conseruetis et faciatis ab aliis conseruari salua moderacione generalis consilii videlicet vt de alienis terris a tempore predicti consilii acquisitis et de cetero acquirendis exsoluant decimas ecclesiis quibus racione prediorum antea soluebantur nisi aliter cum eis duxerint componendum Alias quoque predictos

*) Ur den vidimation Biskop Thomas i Strengnäs d. 26 Febr. 1441 gifvit af Ärkebiskop Johans i Upsala d. 10 Juni 1423 bekräftade afskrift.

fratres ab incursibus malignorum defendatis taliter quod defensores iusticie ac pietatis prebemini amatores deumque vobis propicium et nos reddatis fauorabiles et benignos Datum Auinion. tercio nonas septembris pontificatus nostri anno 4:o.

1634. 1309 d. 9 Oct.

Marskalken Johan Kalfs enka, Cecilias och hennes son, Jakob Kalfs upplåtelse af deras rätt i den jord, belägen på Lundamarken, som Dekanen Johan Kalf köpt och gifvit till den prebenda, hvilken Ärkebiskop Jakob stiftat för fattiga studerande.

B. 1; 156.

Omnibus presentes litteras inspecturis Cecilia. relicta quondam domini johannis dicti kalff. illustris regis danorum marskalchi et filius suus Jacobus. dictus kalff. Salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi per presentes quod terras lummæ mark sitas quas dominus johannes dictus kalff decanus lundensis bone memorie. justo precio emit. quas in vita sua. bona voluntate ac amore deuocionis accensus. pauperibus scolaribus lundis cupiuit condonare ad prebendas institutas per venerabilem dominum jacobum archiepiscopum lundensem reuerende memorie. partem nostram in eisdem terris predictis scolaribus ac eorum procuratoribus qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint pro libitu sue voluntatis ordinandam conferimus per presentes Jn cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillo domini petri niclesson de elliæryth sunt appensa. Datum. anno domini M CCC nono. die beatorum dionisii et sociorum eius martirum.

1635. 1309 d. 28 Oct. Carpentoratum.

Påfven Clemens V:s Bulla, med löfte om 100 dagars aflat för dem, som vilja genom gåfvor bidraga till den under byggnad varande nya och kostbara Domkyrkan i Upsala, gällande för 10 år.

A. 1.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesiarum fabricis manum porrigere adiutricem pium apud deum, et meritorium reputantes frequenter christi fideles ad impendendum ecclesijs ipsis, huiusmodi auxilium, nostris litteris exhortamur, et ut ad id eo feruentius animentur quo magis ex hoc animarum comodum sperauerint adipisci, nonnumquam pro hijs temporalibus suffragijs spiritualia eis munera uidelicet remissiones et indulgentias elargimur. Et quidem conueniens est et dignum, ut fideles christi, loca diuino cultui deputata, deuotione congrua uenerantes

et debitum illis honorem exhibeant, et ad eorum decorem sua etiam impendia, cum in componendis ad usus humanos edibus, impendi diligentia soleat subministrent quatenus cooperantibus caritatiuis eorum subsidijs possint illa decentis consumatione structure superni Regis laudibus acta reddi. Cum itaque sicut accepimus venerabilis frater noster . . Archiepiscopus et dilecti filij, Capitulum Vpsalense, de nouo construi faciant Ecclesiam vpsalensem, opere non modicum sumptuoso, ad cuius consumationem operis fidelium suffragia sunt eis plurimum oportuna, Vniuersitatem uestram rogamus et hortamur in domino in remissionem uobis peccaminum iniungentes quatinus attendentes prouide quod inter holocausta uirtutum illud deo acceptabilius redditur quod de pinguedine caritatis offertur de bonis uobis a deo collatis pias eis ad hoc elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis ut per subuentionem uestram dictum opus ualeat consumari, Vosque per hec, et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus et confessis, qui manum ad hoc porrexerint adiutricem, Centum dies de iniunctis eis penitentijs misericorditer relaxamus. Presentibus post decennium minime ualituris, quas mitti per Questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere uiribus decernentes. Datum Carpentorati V Kal. Nouembris Pontificatus nostri Anno Quinto.

På uppvecket: per N. Campellensem. På frånsidan, *öfverst:* Guido de sambuco. R. DCCLXVI.
Längre ned: pro fabrica vpsalensis ecclesie Centum dies.

Blybullan borta; röda och gula silkestrådar qvar.

1636. 1309 d. 31 Oct. Stockholm.

Hertigarne ERIKS och WALDEMARS öppna påbud om en slottshjelp af invånarne i Tiundaland, hvilken tillika med en nyss förut påbuden, men ännu innestående gärd å Stockholms slott oförd röjligen aflemnas, med befallning derjemte att alla med 20 man besatta skepp skola till Stockholm afsändas och de öfrige, att förekomma deras användning af fienden, försänkas, samt att en man af hvarje hamn håller sig natt och dag redo med häst och vapen, att enligt Hertigarnes eller Lagmannen Birger Perssons närmare föreskrift användas; allt vid vite af lif och gods.

A. 7. a.

ERICUS et WALDEMARUS dei gracia duces sweorum, Omnibus Tiundiam inhabitantibus, in domino dileccionem graciam et salutem, Cum propter moram, quam stokholmis cum hominibus nostris, ad tempus traxeramus, defectum nimium patimur expensarum, instans necessitas nos compellit super expensis exibendis, et deferendis, pro substentacione castri, uobis specialiter intimare volumus modis omnibus, ac uobis sub optentu gracie nostre firmi-

ter precipiendo mandamus, Quatinus de qualibet hampna penes uos vnam bonam uaccam uel aliud pecus equiualens, sex talenta lardi, et tria talenta butiri, quilibet rusticus vnum modium brasei, wlgariter dicti malijt quilibet vnum modium farine ordeacee, quilibet vnum pullum, et duo vnam anserem, exibere et deferre sine omni contradiccione, et difficultate qualibet quam cicius studeatis, Jta quod ad ultimum premissa omnia, ad castrum stokholmense, cum exibicionibus uobis per nos inpositis nuper, videlicet quod sex vnum bonum pecus, et quilibet vnum modium siliginis, cum quibus residere presumsistis contumaciter usque modo, infra octo dies .a. recepcione presencium modis omnibus sint delata, Jnsuper mandamus ut naues omnes et singulas ultra .XX. homines portantes versus stokholm cum expensis supradictis uenire faciatis, et quas mittere non poteritis submergatis, ita quod nobis, et uobis, dampnum, uel periculum aliquod de nauibus supradictis generari non possit, et emulis nostris ad profectum proueniri, Ceterum mandamus ut vnus homo de qualibet hampna equo et armis die noctuque sufficienter paratus existat, donec mandatum nostrum, uel nobis dilecti domini birgheri pætarsson legiferi vplandie habueritis iterato, Jsta omnia et singula expediatis, prout amissionem bonorum uestrorum omnium, et uite diligitis euitare, Datum stokholmis, Anno, domini. M°. CCC°. nono in vigilia omnium sanctorum.

På frånsidan: Littera super contribucione pecorum ad castrum sthocholm.

Sigillen bortfallna från den ur brefvet klippta remsan.

1637. 1309 d. 10 Nov. Sigtuna.

Hertig Waldemars bref, med tillstånd för Munkarne i Sigtuna, att afyttra de dem förpantade jordagods, hvilkas lösningstid redan förlupit.

A. 3. c.

Valdemarus dei gracia Dux suecie. Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Tenore presencium notificamus Quod terras fratribus sictunie in testamentis obligatas, quarum terminus redempcionis iam expirauit concedimus liberam et plenariam potestatem distrahendi, quia indignum reputamus, quod dicti fratres propter deum pauperes, ac eciam defuncti indebite defraudentur. Datum sictunie anno domini. M°. CCC°. IX°. IIII°. Jdus. Nouembris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1638.

1638. 1309 d. 11 Nov.

Carl Ragnfridsons testamentariska anordning af jord i Frestryd och Råhult till Nydala kloster samt penningar till kyrkor, kloster och prester.

A. 3. x.

Jn nomine domini amen, Cum per bona temporalia, si debite fuerint dispensata, miserente deo mercari possit homo dum in hac vita fuerit gaudia sempiterna, Ego, Karolus Ragnfriðson de salute anime mee sollicitus in statu adhuc incolumitatis constitutus, testamentum meum dispono et ordino in hunc modum, Monasterio Noueuallis vbi eligo sepulturam, confero vnum fundum, in, Frestryd, et vnius solidi terram et pratum vnius plaustrati feni, vt libere et communiter in prefate uille predijs et attinencijs quibuslibet admittantur, Jtem, in Rahyltæ integritatem omnium bonorum quecunque ad me ibidem spectant, cum omnibus suis pertinencijs, perpetuo eis lego, Jtem sacerdoti in Frearyd, duas marcas denariorum, ecclesie quoque ibidem, vnam marcam, Domino, oddoni in bieccaby, dimidiam marcam den., Domino Germundo in wrichstaδ dimidiam marcam, et ecclesie similiter, vbicunque bona possideo, sacerdoti, dimidiam marcam, et ecclesie similiter, Predicatoribus fratribus in kalmar vnam marcam den., Minoribus in Junicopia, vnam marcam den., Fratribus in Andwarsco, vnam marcam, den., hospitali in Mielstadahass, dimidiam marcam, den., Vt igitur ista perpetuo maneant illibata, sigillum meum vna cum sigillo generi mei, Gudmundi, duxi presentibus apponenda, actum anno domini M°, CCC°. IX Jn die sancti Martini.

Sigillet skadadt, hängande på en ur brefvet klippt remsa.

1639. 1309 d. 22 Nov. Grausellum.

Påfven Clemens V:s Bulla, med tillstånd för Ärkebiskopen och dess Lydbiskopar, på tre år, att genom fullmägtige låta rena kyrkor och kyrkogårdar, som blifvit oskärade.

A. 1.

Clemens episcopus seruus seruorum dei, Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo vpsalensi, salutem et apostolicam benedictionem. Merita tue fraternitatis exposcunt, ut que digne deposcis, a nobis fauorabiliter consequaris. Cum itaque sicut oblata nobis ex parte tua petitio continebat, sepe contingat ecclesias et Cimiteria tuarum Ciuitatis et diocesis, ac Prouincie, per effusionem sanguinis aut seminis violari, ad quarum singulas, tum propter remotionem locorum, cum eadem Prouincia plurimum sit diffusa, tum propter loca deserta, Siluas et aquarum impedimenta, tu et suffraganei

tui non potestis nisi raro, et cum magnis oneribus laborum et expensarum, pro ipsis reconciliandis accedere propter quod contingit interdum scandalum in populo generari, Nos in hac parte uolentes, presertim in fauorem vpsalensis ecclesie de oportuno remedio prouidere, tuis supplicacionibus inclinati ut ecclesias et Cimiteria supradicta, quociens opus fuerit per aliquem de Canonicis eiusdem vpsalensis vel aliarum ecclesiarum Cathedralium dicte Prouincie in sacerdotio constitutum, reconciliare libere valeas aqua prius per te uel aliquem de suffraganeis tuis sicut moris est benedicta, plenam tibi concedimus tenore presencium facultatem. Per hoc tamen constitutioni que id per Episcopos tantum fieri precipit, nolumus preiudicium generari. Presentibus post Triennium minime ualituris. Datum in Prioratu de Grausello prope Malausanam vasionensis diocesis X kal. Decembris Pontificatus nostrj Anno Quinto.

Under uppvecket: P. de X Suess. — *På uppvecket:* .B. Med.

På frånsidan, öfverst: Guido de sambuco. R. C.DCIIII., *nederst:* Pro reconciliacione ecclesiarum et cimiteriorum vpsalensis dyocesis et prouincie. per triennium tantum durans.

Blybullan bortfallen; segelgarnssnöret qvar.

1640, 1641. 1309 d. 22 Nov. Grausellum.

Påfven Clemens V:s Bulla till Kaniken Nils Sigwastsson i Linköping, medgifvande honom att erhålla ett ledigt eller först ledigblifvande prebende, oaktadt han egde äfven i Upsala ett kanonikat och prebenda med socknekyrkan Tierp.

Densammes Bulla till utvalde Biskopen Israel i Westerås och Kaniken Theodorik Simonsson dersammastädes, med uppdrag att tillse, det Nils verkligen kommer i åtnjutande af bemälde förmån.

F. 1: 366. An. 5. Ep. 536.

Expectativa Clementis V. favore Nicolai Sigwasti Canonici Lincopensis pro assecutione alterius Beneficii in Dioecesi Lincopensi.

Clemens &c. Dilecto filio Magistro Nicolao Sigwasti Canonico Lincopensi Salutem &c.

Tue merita probitatis super quibus laudabile tibi testimonium perhibetur exposcunt, ut ad personam tuam apostolice provisionis dexteram extendamus. Cum itaque sicut ex parte tua fuit expositum coram Nobis tu Venerabili Fratri nostro Nicolao Archiepiscopo, et dilectis filiis Capitulo Vpsalensi, quorum Procurator existis serviveris hactenus in Curia Romana et alibi, et adhuc servias fideliter, et devote, labores, et pericula propter hoc non modica sustinendo, nos predictorum intuitu volentes tibi gratiam facere specialem Canonicatum Ecclesie Lincopensis cum plenitudine iuris canonici, ac prebendam nulli alii de iure debitam, si qua in eadem Ecclesia vacat ad presens, etiam si eidem prebende cura sit animarum annexa cum omnibus

iuribus, et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illis etiam providemus. Si vero nulla talis prebenda vacat ad presens in Ecclesia supradicta, nos prebendam inibi proximo vacaturam, que similiter de iure nulli alii debeatur conferendam tibi cum vacaverit, etiam si cura similis annexa sit eidem donationi apostolice reservamus decernentes &c. Non obstante de certo Canonicorum numero &c. aut si venerabili fratri nostro . . Episcopo, et dilectis filiis Capitulo Lincopensi, vel quibuscumque aliis a Sede sit indultum predicta, quod ad receptionem &c. usque habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu quod in Ecclesia Vpsalensi Canonicatum et prebendam, cui quidem prebende Ecclesia parrochialis de Tyerp est annexa nosceris obtinere, aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis, et consuetudinibus prefate Ecclesie Lincopensis solitum juramentum dummodo in absentia tua per Procuratorem ydoneum, et cum ad Ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes. Nos enim tecum, quod huiusmodi prebendam Ecclesie Lincopensis postquam illam fueris assecutus, etiam si huiusmodi curam habuerit una cum Canonicatu, et prebenda eiusdem Ecclesie Vpsalensis et parrochiali Ecclesia predictis, retinere licite valeas, generalis Concilii, et alia quavis Constitutione continua nequaquam obstante, auctoritate predicta de uberioris dono gratie dispensamus. Proviso quod dicte prebende et Ecclesia parrochialis debita obsequia non fraudantur, et animarum Cura in eadem prebenda Lincopensi si eidem imineat, dictaque parrochiali Ecclesia nullatenus negligatur. Nulli ergo &c. hanc paginam nostre collationis, provisionis reservationis, constitutionis, et dispensationis &c. Datum in Prioratu de Grausello prope Mat. Vasionen. Dioc. X Kal. Decembris Anno Quinto.

In eodem modo dilecto filio Israeli Electo Arosiensi &c. Theodorico Symonis Canonico Arosiensi ut supradictum Nicolaum recipi et admitti faciant in corporalem possessionem beneficiorum prefatorum.

1642. 1309 d. 22 Nov. Grausellum.

Påfven Clemens V:s Bulla till Ärkebiskop Nils i Upsala, medgifvande honom rättighet att dispensera ett visst antal personer från de hinder, som deras börd lägga i vägen för antagande af prestembetet.

F. 1: 368. An. 5. Ep. 605.

Clemens V. Nicolao Archiepiscopo Vpsalensi indultum concedit pro dispensatione certi numeri personarum a natalium defectu pro Sacris suscipiendis ordinibus.

Clemens &c. Venerabili Fratri Nicolao Archiepiscopo Vpsalensi Salutem &c.

Gerentes ad personam tuam paterne dilectionis affectum illam tibi gratiam libenter impendimus, per quam existere possis aliis gratiosus. Attendentes igitur, quod Clericis tue Civitatis et Diocesis, ac Provincie propter magnam locorum distantiam est valde difficile apostolicam Sedem adire, ac gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino specialem, Fraternitati tue dispensandi auctoritate nostra cum viginti Clericis dictarum Civitatis, et Diocesis, ac Provincie de Presbiteris genitis et solutis, et cum quadraginta aliis Clericis earundem Civitatis et Diocesis, ac Provincie qui de solutis patribus, et Matribus sint suscepti super huiusmodi Natalium defectibus, quod eis non obstantibus quilibet dictorum Clericorum, dummodo non sit paterne incontinentie imitator, sed bone conversationis, et vite, aliasque sibi merita suffragentur, ad huiusmodi dispensationis gratiam obtinendam possit ad omnes ordines promoveri, et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curam habeat animarum plenam concedimus tenore presentium facultatem. Ita tamen, quod iidem Clerici ad ordines, prout onus ipsorum beneficiorum exegerit, se faciant statutis a jure temporibus promoveri, et personaliter resideant in eisdem. Alioquin huiusmodi gratiam, quoad beneficia ipsa nullius penitus sit momenti. Datum in Prioratu de Grausello X. Kal. Decembris Anno Quinto.

1643, 1644. 1309 d. 22 Nov. Grausellum.

Påfven Clemens V:s Bulla till Kaniken Thomas Allesson i Upsala, medgifvande honom att erhålla ett ledigt eller först ledigblifvande Pastorat i Strengnäs Stift, oaktadt han med sitt Kanonikat hade H. Trefaldighetskyrkan och Skuttunge Kapell.

Densammes Bulla till Domprosten i Westerås samt Scholasticus Fredrik och Kaniken Redar Olofsson, med förordnande, att tillse det Thomas kommer i åtnjutande af bemälte förmån.

F. 1: 370. An. 5. Ep. 774.

Clemens V. Thome Alionis Canonico Vpsalensi Benefitium confert vacans, vel proxime vacaturum in Dioecesi Strenginensi.

Clemens &c. Dilecto filio Thome Alonis de Odnistum Presbitero Canonico Vpsalensi Salutem &c.

Cum sicut ex parte tua fuit expositum coram Nobis labores multiplices, et pericula gravia pro Venerabili Fratre nostro Nicolao Archiepiscopo, et dilectis filiis Capitulo Vpsalensi frequenter sustinueris, et adhuc sustineas incessanter, pro quibus Archiepiscopo, et Capitulo de partibus illis ad Sedem Apostolicam non absque magnis laboribus accessisti, Nos volentes tibi propter hoc, ac tuorum laudabilium meritorum obtentu, de quibus alias multipliciter commendaris, gratiam facere specialem beneficium ecclesiasticum nulli alii de jure debitum curam habens animarum, cuius proventus

quinquaginta librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedant, ad collationem, provisionem, seu ordinationem Venerabilis Fratris nostri ... Episcopi Strengenensis pertinens, si in Civitate vel Diocesi Strenginensi vacat ad presens, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illo etiam providimus. Si vero nullum tale beneficium vacat ad presens in Civitate et Diocesi predictis, Nos beneficium inibi proxime vacaturum similem curam habens, quod etiam de jure nulli alii debeatur cuiusque proventus valorem non excedant predictum spectans ad collationem, seu provisionem, vel ordinationem Episcopi memorati conferendum, tibi cum vacaverit donationi apostolice reservamus, decernentes &c. Non obstante &e. seu si dicto Episcopo, vel aliquibus aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem &c. et qualibet alia dicte Sedis indulgentia &c. seu quod in Ecclesia Vpsalensi Canonicatum et prebendam, cui quidem prebende Ecclesia Sancte Trinitatis, et capella Skutungi parrochialis Vpsalensis Diocesis annexe existunt nosceris obtinere. Nos enim tecum quod huiusmodi beneficium postquam illud fueris assecutus una cum Canonicatu et prebenda, ac Ecclesia, et Capella parrochialibus antedictis eidem prebende, ut premittitur annexis retinere licite valeas, generalis Concilii, et alia quavis constitutione contraria nequaquam obstantibus auctoritate predicta de uberioris dono gratie dispensamus. Proviso quod huiusmodi beneficium cum illud obtinueris, ac prebenda, Ecclesia, et Capella parrochiales predicte debita obsequia non fraudentur, et animarum cura in beneficio, Ecclesia, et Capella parrochialibus predictis nullatenus negligatur. Nulli ergo &c. hanc paginam nostre collationis, provisionis, reservationis, constitutionis, et dispensationis &c. Datum in Prioratu de Grausello prope Mat. Vasionensis Diocesis X Kal. Decembris Anno Quinto.

In eodem modo . . . Preposito Arosiensi et Magistris Frederico Cibo Scholastico Januensi ac Redharo Olavi Canonico eiusdem Arosiensis Ecclesie qui eidem Thome dantur Conservatores quoad assecutionem sepefati beneficii.

1645. 1309 d. 23 Nov.

Påfven Clemens V:s Bulla till Ärkebiskopen och Domkapitlet i Upsala, med befallning, att omsörja St. Peterspenningens indrifvande och att medföra den samma till det sammankallade Kyrkomötet och der aflemna den till Påfliga Skattkammaren.

A. r. d.*)

Clemens Episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo vpsalensi. salutem et apostolicam benedic-

*) Utur en af Ärkebiskopen och Domkapitlet i Upsala d. 21 Apr. 1313 vidimerad afskrift.

tionem. de uestre circumspeccionis industria et fidelitate probata plenam in domino fiduciam obtinentes, et sperantes, quod ea que uestre prvdencie committantur curabitis exequi studiose, vobis petendi, exigendi, et recipiendi, per uos uel alium seu alios omnem pecuniam de denario beati petri ecclesie Romane in regno suecie debito, et in eodem regno collectam a quibuscunque ad quos eadem pecunia peruenisset, ipsosque racione et conpoto ab eis uobis redditis super receptis omnibus per eosdem, de hiis que ab ipsis receperitis quittandi et absoluendi, necnon contradictores et rebelles, ac impedientes quoslibet per censuram ecclesiasticam appellacione postposita conpescendi plenam uobis concedimus tenore presencium potestatem, volumus autem, quod huius pecuniam tu frater . . Archiepiscope cum ad concilium per nos conuocatum te uenire contigerit, vna cum procuratoribus vestris filii Capitulum quos ad dictum concilium transmittetis, Ad Cameram nostram deferre procures sic igitur uos in premissis sollicitos exhibere, sic promptos et fideles exponere et offerre curetis, quod diligenciam quam in hac parte duxeritis adhibendam, commendare merito ualeamus, vosque nostram, et apostolice sedis beneuolenciam ualeatis uberius promereri, Datum in prioratu de Grausello prope Maulasanam wasionensis dyocesis, X° kal. decembris, pontificatus nostri anno quinto.

1646. 1309 d. 20 Dec. Skärf.

Hertigarne Eriks och Waldemars öppna påbud till invånarne i Tiundaland och Attundaland om utgörande af en serskild gärd i penningar, likasom andra Rikets inbyggare, till utländska krigsfolkets aflönande, med fastställande af grunderna för dess fördelning, samt befallning, att vid vite af allt deras gods densamma innan nästa kyndelsmässa till Drotset aflemna, med föreskrift, att ingen, ej en gång slotts- eller kyrkobonde, utan blott den, som tjente med rustad häst eller bebodde gammalt kyrkogods, var derifrån befriad.

A. 7. a.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, Omnibus Tiundiam, et Atundiam inhabitantibus, jn domino dileccionem, graciam, et salutem, Quoniam ad quittandum et soluendum, stipendiariis, videlicet, militibus et armigeris extraneis, quos pro defensione regni ad recuperacionem pacis, magna perplexitate compulsi, adduci fecimus, instans necessitas nos compellit, vobis sicut alijs regni incolis, super contribucione pecuniaria, specialiter intimare, volumus modis omnibus et mandamus, quatinus, omnes et singuli penes vos, nouem marcharum expensas, habentes, vnam marcham denariorum, et qui sex marchas in expensis habuerint, dimidiam marcham, qui vero tres marchas in expensis, duas oras, et qui duodecim orarum expensas habuerint, vnam oram denar., ante purificacionem beate virginis iam proximam, jta quod tunc ad vltimum in promptu sint, exsoluere stu-

deant et procurent, prout per dilectum dapiferum nostrum, vel cui mandatum suum in hac parte per patentes litteras commiserit, nomine nostro fuerint requisiti, Nullatenus omissuri, prout penam amissionis omnium bonorum suorum voluerint euitare, nullus autem ab huiusmodi solucione se subtrahere audeat, nisi qui cum dextrariis seruierint phaleratis, Coloni eciam ecclesiarum et claustrorum, ad hanc solucionem similiter teneantur, bona vero alia ecclesiastica antiqua in hac parte libera esse volumus et exempta, Datum skiærff, Anno domini M°, CCC°, IX°, jn vigilia beati thome apostoli.

På frånsidan: Littera de solucione stipendiariorum.

Sigillen borta; en ur brefvet klippt remsa finnes qvar.

1647. 1310 Odat. Skeninge.

Folke Jonssons förpantningsbref på jord i Bedarne i Fanö till Upsala Domkyrka för låntagna 50 lödiga mark, om denna summa ej inom fjorton dagar efter nästa påsk återbetaltes.

A. 3. x.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. Fulco jonsson salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volo vniuersis, me recepisse mutuo ab ecclesia vpsalensi Quinquaginta marcas puri, ponderis swecani. Pro quibus dicte Ecclesie impignoro duas marchas terre villa bædharnum in fanø, jnfra quindenam post pascha proximum absque peticione et protelacione longioris termini redimendas, Que due marche terre, si tunc redempte non fuerint, ad dictam ecclesiam vpsalensem pertineant perpetuo pleno jure. Jn cuius rei Testimonium sigillum meum presentibus est appensum, et sigillum domini mei regis swecie illustris ad meam instanciam presentibus similiter est appensum. Datum. skeningie anno domini M° CCC° Decimo.

På frånsidan: hic inpignorat dominus fulco jonsson, duas Marcas terre. jn bedharnum pro L. Marcis puri receptis ab ecclesia vpsalensi. *Med annan hand:* de 11. marcis terre in villa bædærnum in fanö. *Med sednare hand:* inpignoratis ecclesie vpsalensi.

Sigillen bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna.

1648. 1310 Odat. Skara.

Domprosten Benegts i Skara förteckning på det inventarium hans Vicarie Håkan i Ethleskog emottagit.

A. 3. z.

Omnibus presens scriptum cernentibus Benedictus prepositus scarensis, salutem in domino sempiternam, Nouerint quorum jnterest, quod dominus

haquinus viearius meus perpetuus jn etlæskogh, recepit ibidem pro inuentario, sex boues, duodecim vaccas .II. buculos, IIII. vitulos, .II. equos, XX. sues, .XI. capras, .IIII. hedos, decem oues, .II. agnos, .VIII. anseres, .XX. fulcra, sex culcidras, .VII. puluinaria, .III. banchalia, .X. paria lintheaminum. quinque thoralia, .II. ollas. quinque caldarias, .IIII. mensalia bona, et .III. cotidiana, et .II. manutergia bona blarænd, .VIII. lagenas grossas .V. dolia .VII. larda et fundum seminatum, jn cuius testimonium, sigillum meum presentibus est appensum, Datum scaris, anno dominj. M°. CCC°. X°. jn synodo.

På frånsidan: inuentarium de ætlæscogh.

Ett litet stycke af sigillet finnes å en ur brefvet klippt remsa.

1649. 1310 d. 16 Jan. Lund.

Cecilia, Marskalken Johan Kalfs enkas fullmakt för Peter Nilsson i Eljaryd, att till Lunds domkyrka sköta fast och löst gods i Wragatorp, gifna för årsbegängelser.

A. 5.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Cecilia relicta domini Johannis dicti kaalf, quondam illustris regis danorum marskalci. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod Nobili viro domino petro Niclæs son de elliarÿth, dilecto fratri meo, do et concedo, auctoritate presencium, plenam et liberam facultatem, scotandi ecclesie beati laurencii lundis omnia bona mea, mobilia et immobilia, in wraghathorp sita cum agris, pratis, pascuis, et in dicto wraghathorp mark, mihi attinentibus vniuersis. Jta videlicet, quod dominus gwido decanus lundensis, qui nunc est, et successores sui decani lundenses, qui pro tempore fuerint, dicta bona sub ordinacione sua libere habeant, et anniuersarium meum, modo qui sequitur, teneant ex eisdem. primo in die anniuersarii mei ad offerendum dent duas oras denariorum Jtem canonicis, qui vigiliis et missis interfuerint marcham denariorum. Jtem vicariis duas oras. Jtem ad lampadem ardentem, ante corpus christi in ecclesia fratrum predicatorum lundis quatuordecim oras denariorum. Jtem fratribus predicatoribus duas oras. Jtem fratribus minoribus duas oras, et siquid residuum fuerit de fructibus bonorum predictorum, hoc cedat dicto domino decano libere et suis successoribus annuatim. Promitto insuper, quod dictam scotacionem, per dictum dominum petrum, fratrem meum dilectum, prefate ecclesie lundensi faciendam, ratam et gratam in perpetuum conseruabo, nec volo per me uel heredes meos, aliquod inpedimentum, vnquam fieri contra eam. sed volo quod dictus dominus decanus exnunc statim dictorum bonorum omnium possessionem intret et

habeat

habeat corporalem. Jn cuius rei testimonium sigillum meum, vna, cum sigillo prioris fratrum predicatorum lundis, duxi, presentibus apponendum. Datum lundis anno domini. M°. CCC°. decimo, in die beati marcelli pape et martiris.

På frånsidan: Super bonis in vragharp pro anniuersario domine cecilie kalffs per decanum tenendo. Sigillen borta. Brefvet söndrigt.

1650. 1310 d. 26 Jan. Hjälsta.

Ärkebiskopen Nils Kettilssons i Upsala, enligt förordnande, efter förrättad boupptecknig, gjorda testamentariska anordning om Ragnwald Ingessons qvarlåtenskap till kyrkor, kloster och enskilda personer.

A 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis Nicolaus diuina Miseracione, archiepiscopus vpsalensis, Salutem in domino sempiternam. Licet incerta Mortis hora semper debeat in animo prvdentis esse suspecta, Corporis tamen imminente langore, plus naturaliter ipsius formidatur euentus. Quapropter Rangwaldus ingæ son bone memorie, mente sanus, licet grauiter corpore languens, facta confessione, domino Olauo rectori ecclesie hildishøgh, dixit publice coram eo et aliis astantibus, quod elegit apud fratres predicatores sictonie, cum matre sua sepulturam, Et quod fratribus ibidem legabat quantum pater suus eisdem legauerat, videlicet Quadraginta Marchas denariorum. Post hoc cum prolongaretur infirmitas ipsius septem diebus, jdem Rangwaldus in dominica proxima ante festum sancti barnabe apostoli, Excellentem dominam dominam Margaretam dei gracia sweorum Reginam, ac dominam haduj relictam domini Thyrgilli quondam marscalci, Nec non et Sigmundum keldorsson ac Ceciliam vxorem eius, ad se venire fecit, et hiis pluribusque aliis fidedignis presentibus, huiusmodi extremam ordinacionem fecit, videlicet, quod electionem sepulture apud predictos fratres predicatores sictonie, ratam habere voluit et legatum ipsis factum. Jtem ordinauit, quod Testamentum patris sui, et Matris, ac suum necnon et debita sua de bonis suis integre soluerentur, Et quia inter hec infirmitatis vehemencia inualuit, Nobis primo et principaliter, et domino Fulconj ionsson, necnon et dilecto fratri nostro domino karulo, ac domino benedicto boson. Sigmundo keldorsson, et domino Olauo presbitero in hildishøgh prémissam ordinacionem suam commisit adimplendam. et ut pro salute anime sue de Testamento suo suppleremus, quod ipse minus plene per se potuit ordinare, Cum igitur idem .R. principaliter nostre fidei et voluntati commiserit suam extremam perficere voluntatem, Nos communicato eorum consilio, quos ad hoc nobiscum

deputauit; quorum potuimus habere presenciam, videlicet dicti fratris nostri domini karuli. sigmundi keldorsson, et domini Olaui de hildishøgh. dicti Rangwaldi extremam voluntatem prosequi volentes in hac parte. diligentem inquisicionem, et conscripcionem fieri fecimus bonorum mobilium et immobilium ipsius defuncti. Et vt fideli insinuacione intimatum est nobis, ipse defunctus Quatuordecim Marchas terre cum dimidia. preter terras inpignoratas tempore obitus sui possedit, et bona sua mobilia estimata sunt pro Trescentis LXX^ta quinque Marchis denar. De premissis autem Quatuordecim marchis terre cum dimidia, eciam sine consensu heredum libere potuit disponere et legare decedens, vndecim. oras terre et duos solidos terre, vno denario minus. Jtem de .CCC. LXX^ta quinque marchis denar. dare potuit Triginta septem marchas cum dimidia. Deinde inquisiuimus que terre minute dicte wlgariter vmiordhir, salua vtilitate heredum competencius possent obligari. pro Testamento uel eciam distrahi si necesse esset, et nominate sunt nobis terre seu predia ab ipsis qui terrarum earundem noticiam habuerunt, que inferius post legata subscribuntur. Postmodum rerum suarum et bonorum ordinacionem per presens nuncupatiuum testamentum quantum secundum leges patrie dare et legare sibi licuit facimus in hunc modum. Jn primis disponimus et ordinamus, vt omnia ab ipso accepta et habita per quemcunque modum illicitum restitui et solui debeant de bonis suis vsque ad integram satisfaccionem illis a quibus ipsum ea apparuerit habuisse. Pro hiis soluendis et restituendis omnia bona ipsius obnoxia et obligata esse volentes. Jtem pro deferendo funere domini jngonis patris ipsius Rangwaldi de Norwegia, et funeralibus in sua sepultura ministrandis, sedecim marchas denar. fratribus sictonie deputamus, Pro quibus sedecim Marchis. et Quatraginta Marchis denar. eisdem ab ipso Rangwaldo legatis, obligamus Tres oras terre jn villa Quernestum. parochia hildishøgh. et quinque solidos terre in villa skøgby parochia ska. Jtem ecclesie hildishøgh vnam oram terre in quernestum parochia ibidem. assignamus perpetuo possidendam. Jtem ecclesie vpsalensi duos solidos terre cum dimidio in alseki perpetuo possidendos Jtem domino Olauo rectori ecclesie hildishøgh sex Marchas denar. Jtem ecclesie et presbitero vbi dominus jngo nunc sepultus est in norwegia Octo marchas denar., cum dimidia. Jtem fratribus Minoribus vpsalie duas marchas denar. Domui dei ibidem, duas marchas denar. Monasterio in sko duas marchas denar. Fratribus Minoribus stocholmis duas marchas denar. Monasterio sancte Clare ibidem, duas marchas denar. Jtem domicelle helene sorori ipsius Rangwaldi Quatuor Marchas denar. Fratribus Minoribus enicopie, duas marchas denar. Jtem hospitali ibidem duas Marchas denar. Fratribus predicatoribus jn westraaros, duas marchas denar. Fratribus Minoribus in arbugha duas Marchas denar. Fratribus predicatoribus

in strængenes, duas marchas denar. Jtem ecclesie et presbitero in spangum vnam marcham denar., Ecclesie et presbitero in gerfelli vnam marcham denar. Jtem ecclesie et presbitero jn ness. iuxta almarnastek vnam marcham denar. Jtem ecclesie et presbitero in dalby vnam marcham denar. Jtem seruientibus suis et patris eius, videlicet domino karulo presbitero. Magno boson. haquino hak. boo, Petro estridheson. iohanni dynu. andree and, Michaeli, Oddoni, villico in thiulestum, et gerthrudi puelle, Qui fideliter et diu in obsequio ipsius domini jngonis et domine benedicte vxoris sue fuisse dicuntur, deputamus Triginta Marchas, denar. inter ipsos nostro arbitrio diuidendas, Ad soluendum autem premissa legata, vbi non est certa solucio prius assignata deputamus et assignamus vnam oram terre in villa scøgby parochia ska, Jtem in villa kumblum duos solidos terre vno denario minus et quatuor solidos terre cum dimidio in villa sundby, parochia akerby. Jta quod terra predicta ac eciam terra superius fratribus predicatoribus obligata ab heredibus ipsius Karewaldi redimi valeat infra annum, a tempore confeccionis presentis computandum. Jtem de valore bonorum mobilium Triginta septem marchas denar. cum dimidia. [illegible] ad premissam solucionem perficiendam deputamus. Jn premissorum igitur omnium robur et euidenciam pleniorem sigillum nostrum, et sigilla domini karuli fratris nostri, Sigmundi keldorsson. et domini Olaui presbiteri de hildishøgh presentibus sunt appensa. Actum apud ecclesiam hiælestum, anno domini M° CCC°, decimo, in Crastino conuersionis sancti Pauli apostoli.

Sigillen N:o 1, 2, 3 bortfallna, remsorna qvar; N:o 4 skadadt.

1651. 1310 d. 9 Febr. Örebro.

Hertigarne Erics och Waldemars befallning till inbyggarne i Nerike, att genast efter häraf erhållen del, uppå Finvids af Thyeby tillsägelse, verkställa den anbefallda, men hittills försummade förflyttningen af byggnader från Ekeby gård till Risaberga kloster.

A. 3. n.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweuorum, Omnibus nærichiam inhabitantibus in domino graciam dileccionem et salutem, Quia plerique penes uos super domibus de Curia Ekeby ad claustrvm Risæbergh deferendis residenciam fecerant minus iuste. mandato nostro deducto penitus in contemptum, volumus modis omnibus et sub obtentu gracie nostre firmiter precipiendo demandamus, quatinus. omnes et singuli penes uos residentes super premissis. predictas domus ad claustrvm memoratum statim uisis presentibus absque contradictione qualibet deferre studeant et procurent prout per finuidum de Thyeby fueritis requisiti. nullatenus ommissuri prout gra-

ciam nostram diligere uolueritis inoffensam. Datum øræbro anno. domini. M . CCC°. X°. feria secunda proxima ante scolastice uirginis.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1652. 1310 d. 16 Febr. Gamla Upsala.

Domprosten Andreas upplåtelse af vissa rum i det af honom stiftade Helgeandshuset i Upsala, åt tiggande Predikare-Munkar, med föreskrift af vissa vilkor, i händelse huset skulle komma att användas för Scholarer; jemte en särskild förbindelse af Priorn och Conventet i Predikarebrödernes kloster i Sigtuna.

A. 2.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis. Andreas prepositus ecclesie vpsalensis. Salutem in domino sempiternam. Dominus jhesus christus perpetuas pollicetur in celestibus mansiones hiis qui pro nomine eius pauperes hospicio colligunt in presenti, Hac consideracione ductus Ego Andreas prepositus vpsalensis in remissionem meorum peccaminum et premij celestis augmentum, Religiosos viros, Fratres ordinis predicatorum qui diuini amoris instinctu ewangelice paupertatis elegerunt. sarcinam propter deum, victum et hospicium mendicantes volens prosequi beneficio speciali, jpsis jn domo dei quam vpsalie edificaui perpetuo et irreuocabiliter deputo et assigno in medio intersticio domus vnum hospicium ante Cuius hostium beatus dominicus est depictus, Jtem vnum Cubiculum. Jtem stupam, Coquinam. et Cellas ibidem, Quod si contigerit me personaliter, aut Me uocato de medio, venerabilem patrem dominum archiepiscopum vpsalensem, ac priorem sictoniensem qui pro tempore fuerint jn dicta domo scolares ponere, Celle ad scolares pertineant, Et tunc stupa et Coquina fratribus et scolaribus jnibi positis sint communes, Transferens in priorem et conuentum sictonie fratrum ordinis predicatorum, vsum predictorum locorum, jta tamen quod eorum proprietas ad pauperes pertineat in dicta domo degentes, sed dicti fratres a predictorum locorum vsu per neminem valeant jmpediri, Nisi temporibus quibus ibidem, in Pentecoste, et synodo conuiuium celebratur, Prior autem sictuniensis et fratres predicti teneantur sollicitare principales procuratores et conuiuas dicte domus de vtilitatibus et consolacionibus pauperum et infirmorum in domo degencium memorata jura ipsius et res pro posse eciam defensuri, Et eorundem pauperum in testamentis ac aliis piis operibus vtilitates efficaciter promoueant, ac eis spiritualia solacia karitatiue impendant Eciam quando vpsalie fuerint cum commode potuerunt visitacionis frequencia corporalis, Meique et aliorum conuiuarum dicte domus sint annis singulis memores apud deum. Jtem fratres de sictunia in sepedicta domo dei, quarta die pentecostes, et sollempnitatibus beate katerine, et sancti Nicolai

predicare, et illuc tunc venire eciam non vocati teneantur, et in Pentecoste et synodo intersint collegio conuiuarum. Jtem quando fratres dormiunt in predicta domo dicant missam in capella ibidem, dummodo velint celebrare die illo, Nisi rogati sint missam aliby dicere, vel aliter ex voto, uel aliis causis racionabilibus voluerint, Et si missam votiuam celebrant in capella oblacionem in vsus suos assumant, Ego Frater JSRAEL. et CONUENTUS sictuniensis promittimus, quod annis singulis pro omnibus conuiuis domus dei vpsalie vnam missam de beata virgine, et alteram pro defunctis perpetuo celebrabimus in conuentu, et quilibet frater sacerdos vnam missam de beata virgine et aliam pro defunctis dicemus annis singulis pro eisdem, et premissas condiciones curabimus fideliter obseruare. JN premissorum omnium robur et euidenciam pleniorem ad meam instanciam sigillum, venerabilis patris Domini Nicolai dei gracia archiepiscopi, auctoritatem huic meo facto prestantis, ac Capituli vpsalensis, Meumque, ac fratris israelis prioris, et conuentus sictuniensis sigilla presentibus sunt appensa. Datum apud antiquam vpsaliam. anno domini M° CCC°. decimo, Quartodecimo, kalend., Marcij.

På frånsidan: De hospicio fratrum vpsalie.

Sigillen N. 1, 2, 3 skadade; 4 och 5 bortfallna, remsorna qvar.

1653. 1310 d. 18 Febr.

Priorn ARNOLDS och Brödernes i Eskilstuna vidimation af Påfven Gregorius IX:s bulla af d. 6 Sept. 1231.

A. 3. b.

Omnibus presens scriptum cernentibus. ARNOLDUS prior Ceterique fratres domus hospitalis beati Johannis ierosolymitani in Eskilstunum salutem in domino sempiternam, protestamur nos tenore presentis habere quasdam litteras in hec verba. GREGORIUS episcopus &c. *Se föreg. N:o* 839. Jn cuius protestacionis testimonium sigillum capituli nostri presentibus est appensum, Datum anno domini. M°. CCC° X°. XII, kal., marcii.

På frånsidan: Littera super ecclesia thuna quod sit concessa fratribus in eskilsthwnær.

Af sigillet finnes blott ett fragment på en ur brefvet klippt remsa.

1654. 1310 d. 21 Febr.

INGRID SVANTEPOLKS DOTTERS stadfästelse på den gåfva af Kagha, som hennes fader gifvit hennes syster, Abbedissan Catharina, och Wreta kloster.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus JNGRIDIS domini SUANTAPULCH condam filia, salutem in domino sempiternam. Tenore presentium constare

volumus Quod nos curiam in kanghum *) quam dilectus pater noster dominus suantapulch dilecte filie sue domine .k. abbatisse in vretis simulque conuentui ibidem perspicue et legaliter conferebat partem nostram in dicta curia sub rati habicione confirmamus mera uoluntate, Jn cuius rei euidens testimonium presentes litteras siggillo nostro vna siggillo dilecte sororis nostre domine .k. abbatisse vretis vt dictum est roboramus, Datum anno domini .M°. CCC°. X°. sabbato ante festum kathedre sancti petri.

På frånsidan: kangha.

Sigillen bortfallna; remsan till N:o 1 finnes qvar.

1655. 1310 d. 22 Febr.

Magnus Erikssons bytesbref på 8 örtugland i Rætishammar, som lemnas till Wårfruberga kloster mot 8 örtugland i Husaby.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis MAGNUS ERICI condam FILIUS salutem in domino sempiternam nouerint tam presentes quam post futvri vniuersi me commutacionem terrarum cum personis discretis et religiosis videlicet cum domina K abbatissa de monte beate virginis vna cum deuotis sanctimonialibus ibidem humiliter deo et vigilanter seruientibus fecisse assignantes eidem domine K abbatisse ceterisque conuentualibus VIII^to^ solidos terre in ræmshamar, cum agris pratis nemoribus siluis piscacionibus ceterisque attinenciis intus et extra sepes pro .VIII. solidatis terre in høsæbÿ iure perpetuo possidere in cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum fastær iohannes in hellibÿ laurencius in vick tomas in arbÿ kÿtiluastus de hauamÿri petrvus rækboÿ ion de bÿrhum thÿghulfus de lundbÿ laurencius de lundbÿ tubbÿ de arbÿ nicolaus de stenbÿ heruastus de grydbÿ laurencius de wÿlhænæs testes huius actus sunt petrvs de hauamyrÿ dan de bershamar datum anno domini M CCC X in cathedra sancti petri.

På frånsidan: De VIII solidis terre in remshamar; *med sednare hand:* som Abbatissan fik i byte af Måns Erson.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

*) Sannolikt misskrifning för kaughum, förmodligen samma namn som det nu varande, i granskapet af Wreta belägna Kaga.

1656. 1310 d. 27 Febr.

Asmund Langs testamentariska anordning af Hofsgärde på Wisingsö till Alvastra klosterkyrka, penningar till andra kloster och kyrkor, samt lösegendom till serskilda personer. A. 3. v.

Jn nomine sancte et jndiuidue trinitatis, Ego ASSMUNDUS dictus LANGH sanus mente licet eger corpore considerans mortis certitudinem quamuis eius hora penitus jgnoretur cunctis mortalibus jminere. cupio peccamina mea elemosinis ac operibus misericordie preuenire et temporalia jn jndeficientes tessauros commutare. ex deliberacione diutina condo testamentum meum jn hunc modum jn primis eclesie sancte marie jn aluastrum et monachis ibidem deo famulantibus ex conssenssu vnanimi dilecte conssortis mee ramburgis conffero curiam meam jn wysingxhø sitam hoffxgerdhe cum omnibus ssuis attinenciis domibus agris pratis nemoribus ac pisscarijs, jnssuper volo de mobilibus eiusdem curie tantum jn ea remanere videlicet IIII^{or} boues. IIII^{or} vaccas II vectigalia VIII° ssues cum annona quanta ssufficit ad sseminandam curiam supradictam vno anno jta tamen quod dimidia pars istarum rerum mobilium cedat discrete matrone katerine. et dimidia pars monachis supradictis supplicans autem monachis memoratis ex conssilio abbatis birgeri. vt mei memoriam habeant ssingulis annis jn crastino apostolorum petri et pauli et conuentuj nessessaria ex prouentibus dicte curie eodem die ministrentur Jtem vt multiplicatis jnterssessoribus pater misericordiarum ffacilius ad jndulgenciam jnclinetur. lego monasteriis junacopie sskæningie cuilibet III marchas. osspitali sskæniggie vnam marcham jtem eclesie sancte marie sscaris ac reliquis eclesijs et monasterijs ibidem cum osspitali cuilibet vnam marcham. Eclessie jn rugbiarghum vnam marcham. Sacerdotj eciam tantum Eclessiis ffrennarudh. linderaas. grennæ. strø et kumlæby cuilibet do et lego vnam marcham et sacerdotibus similiter earundem eclesiarum jtem ne judicer beneficiorum ac laborum jngratus mihi jnpenssorum dilecte conssortj mee conffero ambulatorem meum rubej coloris. domino karulo sacerdotj .X. marchas domino birgero abbatj vnum equm rubej coloris. aberno hæmingxsson vnum ambulatorem et sex marchas denariorum dilecto conssanguineo meo thukonj paruo vnum dexstrarium. meum hernisskio et omnia arma mea ffamulo meo fatabur .III. marchas benedicto jngiborghæsson II boues et II oras annone. Magno laurencij filio vnum herniskio benedicto paruo vnum equm cum mea cella dilecte filie mee gydhu dimidiam marcham annone et tunicam meam rubeam Dilecte ffilie mee margarete dimidiam marcham annone et tunicam meam blauij coloris. Sororibus jn kumlæby vnam vaccam et karelo conffero libertatem ac vnum equm cum vna cella. ebbe vnum equm. paruulo meo nicholauo vnum equm. pro pecunia jn qua est mihi obligata osspita mea sskæniggie hiamborggis jpsam

relinquo quitatam. *oro* igitur dominos meos dnces illustres causa dei omnipotentis vt hanc donacionem meam certificent et conffirment. jpsam sigillorum ssuorum munimine roborantes. Ego vero ssigillum meum vna cum sigillis nobilis domine. domine ragnildis que presens ffuit huic ordinacioni et discretorum virorum domini birgeri abbatis de aluastrum. domini karuli sacerdotis benedicti jngiborghesson magni laurinsæsson et aberni hæmigxsson sscripto duxi pressenti apponendum Datum et actum anno domini. M°. CCC°. X°. quarto kalend. marcij.

På frånsidan: de donacione asmundi laang de wysingsöö de hoffxgherde.

Alla 10 sigillen borta; remsorna qvar.

1657. 1310 d. 5 Mars Helsingör.

Konung Birgers gåfvobref på Algö gård till Folke Jonsson, såsom ersättning och belöning för mångfaldig trogen tjenst.

J. 6: 131.

Vniuersis præsens scriptum cernentibus, tam præsentibus quam futuris, Birgerus Dei gratia Sveorum Gotorumque Rex, salutem in Domino sempiternam. Nobilis viri Domini Folconis Ionsson, fidelis nostri, præsentis Exhibitoris seruicia multiplicia nobis tenerius inpensa, debita meditatione pensantes ratione inducimur, et voluntarijs motibus merito prouocamur, vt non solum fidem ipsius, et devotionem firmam dignis fauoribus, et votiuis remunerationibus compensemus, verum Etiam de seruicio nostro reddere volumus, indempnem, et de præmijs non immunem, autoritate Regia sibi damus, suisque veris hæredibus, curiam nostram dictam Algöö, cum colonijs omnibus, agris, pratis, pascuis, piscaturis, siluis, venationibus, et ceteris alijs curiæ adiacentibus, prænotatæ habendam, tenendam, et in perpetuum possidendam. pro nobis nostrisque hæredibus, pacifice et quiete, nec volumus nos diebus nostris, nec hæredes nostri teneantur, aliquo de iure inposterum revocare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, vna cum sigillo Magnificij Principis. Domini E. Dei gratia Regis Danorum Illustris, et aliorum nobilium Dominorum, videlicet Domini Magni, Episcopi Vexionensis, Domini Leonardij dapiferi, Domini Turonis Kiätillsson, Camerarij, Domini Haquini Lämä Marscalki nostri, Domini Canuti Ionsson, Domini Tuconis Ionsson, Domini Petri Liquidsson, Domini Töriri Birgirsson, Domini Haquini Haralsson, Domini Holmvidi Elefsson, consiliariorum nostrorum dilectorum præsentibus est appensum. Datum Hälsingör, Anno Domini Millesimo, CCC Decimo, III Nona Martij.

Enligt teckningen hafva sigillen N. 6 och 8 funnits oskadade, de öfriga 9 borta.

1658.

1658. 1310 d. 14 Mars.

Nils Carlssons qvitto, för sig och sina medarfvingar, på riktig af Abboten Johannes i Nydala kloster uppburen betalning för deras, efter verkställandet af fadrens testamente, ännu återstående halfva del i Råhult i Fryeleds socken, samt i följe deraf gjorda afstående af allt deras möderne i bemälte gård till klostret.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholaus karls son salutem in omnium saluatore Tenore presencium recognosco quod Anno domini M° CCC°, X°, sabbato quatuor temporum in quadragesima, accedente consensu omnium coheredum meorum pro illa parte que nobis remanserat in Rahỳltu postquam dilectissimus supranominatus pater noster karolus bone memorie medietatem omnium possessionum nostrarum ibidem de nostro vnanimi consensu et mera voluntate in suo testamento legauerat monasterio noue vallis, Leuaui plenum precium de domino johanne abbate dicti loci, juxta meam et coheredum meorum voluntatem, Quamobrem vna cum ipsis coheredibus meis protestor presentibus bona fide seriatim, quod, intra sepes et extra omnia que jngridis dulcissima mater nostra felicis memorie nobis reliquid in dicta villa Rahỳltu ad dominium et possessionem dicti monasterij sunt deuoluta pleno jure, jta quod nullo vmquam jure uel lege possunt ab aliquo reuocari, Jn quorum testimonium quia siggillum proprium non habeo, Gudmundum generum meum rogauimus presentes litteras siggillare, Actum Anno et tempore quo supra.

På frånsidan: **Parochia Fröale. rahyltha.**

Sigillet obetydligt skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1659. 1310 d. 15 Mars.

Kettilfast Ragnvaldssons m. fl. slägtingars öppna förklarande, att Domprosten Wimund i Linköping eger, att af dem oqvaldt gifva och disponera till kyrkor och andeliga inrättningar sitt fäderne och öfriga förvärfvade egendom till sin och sina föräldrars själahugnad, med anhållan derjemte om verldsliga myndigheternas stadfästelse härå.

B. 3: 115.

Omnibus presentes litteras inspecturis Kætiluastus Ragwaldson Clemens haquonason Andreas karlson Olof vxor sua, Karolus Ragwaldus et Lucia filii eorum in domino ihesu salutem, perpetuam et presentem, Tenore presencium constare volumus euidenter nos consensum nostrum beneuolenciam, et assensum adhibuisse, et vnanimiter admisisse, vt discretus vir Wimundus prepositus lincopensis ecclesie bona patrimonialia necnon et queuis alia quocunque titulo acquisita pro anima sua parentumque suorum ad ecclesias et ad pia loca, conferendi et ordinandi plenam et liberam ha-

beat potestatem Jn cuius rej euidenciam sigilla nostra videlicet ketilwasti clementis et karolj presentibus sunt appensa Nos vero andreas olof, Ragwaldus et Lucia quia propria sigilla non habemus sigillum dominj episcopi, capituli lincopensis et ciuitatis ibidem sumus vsi vt autem premissa maioris vigorem habeant, firmitatis nos omnes supradictj, presentem litteram Magnificj principis Dominj Birgerj dei gracia sweorum gothorumque regis illustris Æ. et .W. eiusdem gracia ducum illustrium ibidem necnon et Kanutj Joonson legiferi øsgotorum sigillis petimus communirj Renunciantes in hiis omnibus et singulis excepcionibus dolj mali in factum, condicioni indebiti omnj iuris auxilio Canonicj et ciuilis specialiter iurj generalem Renunciacionem non ualere ac aliis omnibus iuris et factj excepcionibus dicta bona iure hereditario aut quolibet alio modo uel genere Exigendi petendi Calumpniandi inpetendi nec non et decetero quomodolibet vendicandj Datum et actum Anno dominj M° CCC° decimo dominica Reminiscere.

Öfverskrift: De consensu propinquorum W.

1660. 1310 d. 21 Mars. Stockholm.

Matts Kettilmundssons intyg, att Peter Gerhardsson genom lagligt byte af honom erhållit 2 markland jord i Lundby.

A. 6. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Mathias kætilmundæ soon, Salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi, discretum virum petrum gerardi filium duas Marchas terre in lynby cum omnibus adiacencijs videlicet, agris, pratis siluis, a me iusto campbio habuisse Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum stocholm. Anno domini, M°, C°C°C°, X°, Jn die beati Benedicti abbatis.

På frånsidan: de .II. marcis in lundhby.

Sigillet oskadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1661. 1310 d. 22 Mars. Ebohärad.

Styrbjörns af Sambro bytesbref på gods i Spånga och Staby i Ulleråkers härad, hvilka lemnas till Ärkebiskop Nils i Upsala emot Sommaräng i Wikstads socken.

B. 2: 42.

Omnibus presentes litteras inspecturis styrbernus de sambrom salutem in domino sempiternam nouerint vniuersi me venerabili patri domino nicolao dei gracia archiepiscopo vpsalensi duas oras terre quinque denariis minus in spangum, et dimidium solidum terre in villa stabby sub nicolao

prouincia vllarakir permutacionis titulo dimisisse iure perpetuo possidendas, recipiendo ab ipso in somaræng, parochia vixstadhe, duas oras terre pro prediis memoratis, super hoc testibus wlgariter dictis fasta datis et receptis secundum leges patrie et consuetudinem approbatam jn cuius cambii seu permutacionis euidenciam pleniorem sigillum meum presentibus est appensum datum apud ecclesiam ebohered anno domini M° CCC° X° in tercia dominica quadragesime.

Öfverskrift: Tenor super II oris quinque denariis minus in spangum et dimidio solido terre in villa stabby.

1662. 1310 d. 29 Mars.

Vice Lagmannen i Östergötland Waldemars betyg, att Andreas, Domprosten Wimunds i Linköping svåger och hans hustru Olöf, Domprostens syster, offentligen förklarat, det Domprosten egde att af dem oqvaldt gifva och disponera efter godtfinnande all så väl ärfd, som förvärfd egendom.

B. 3: 113. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Waldemarus vices Legiferatus gerens in osgocia salutem in domino Tenore presencium constare uolumus omnibus euidenter quod die lune lincopie post dominicam letare que dicitur lagdhingsmanadagher in presencia nostra constituti andreas gener discreti viri dominj W. prepositi lincopensis nec non et vxor sua oluf, soror dictj dominj prepositi recognouerunt publice et expresse consensum suum voluntatem et assensum dedisse penitus ut dictus .W. prepositus de bonis suis omnibus que sibi paterna vel materna successione aut tytulo donacionis aut empcionis seu eciam causa profectiua aut aduenticia uel eciam quouis alio modo peruenerant possit libere testarj donare et ad libitum voluntatis ordinare Renunciantes in hiis omnibus et singulis exempcioni doli mali in factum condicioni indebiti omni iuris auxilio canonicj et ciuilis specialiter iurj generalem renunciacionem non ualere ac aliis omnibus iuris et factj excepcionibus dicta bona iure hereditario aut quolibet alio modo uel genere exigendi petendi calumpniandi inpetendi necnon et de cetero reuocandi ad horum igitur euidenciam pleniorem, sigillum nostrum vna cum sigillis dominorum kanutj ingonis et olauj Canonicorum Lincopensium necnon et consulum ibidem Johannis ingason øiarj niclasæson guthormj dictj kril Danielis villici quondam de typt Quj huic facto vna cum multis aliis interfuerunt presentibus est appensum datum et actum loco et die supradictis.

Öfverskrift: De consensu heredum.

1663. 1310 d. 3 Apr. Hof.

Hertigarne Erik och Waldemars stadfästelse på deras gåfva af Ekeby i Nerike till Riseberga kloster.

A. 3. n.

Vniuersis presens scriptum cernentibus Ericus .et. valdemarus dei gracia duces sweuorum salutem jn domino sempiternam. Cum religiose domine. .et. honeste abbatissa .et. conuentus de risanberg sint curiam de. ekeby. jn nericia cum pertinenciis ex nostra munificencia consecute. prohibemus vniuersis et singulis ne quis presumat eas super eadem curia jndebite molestare. si quis autem crediderit se aliquod ius habere super dicta curia tota vel eius parte contra predictas dominas jntentandi. jllud secundum leges patrie prosequatur nullam violenciam de facto eisdem jnferendo. prout nostram jndignacionem voluerit euitare Datum Hof. anno domini. M°. CCC°. decimo. sexta feria ante festum beati ambrosij episcopi.

Sigillet på en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1664. 1310 d. 18 Apr. Malma.

Biskopen Styrbjörns i Strengnäs stadfästelse på Gamla kloster och Helgarna Kapell såsom gamla annexer till Wårfruberga kloster.

A. 3. k.

Styrbernus dei gracia episcopus strengenensis Religiosis et honestis dominabus abbatisse et sanctimonialibus in conuentu montis beate virginis de sua dyocesi salutem in domino sempiternam Ne super ecclesia in gamblacløster quam ab antiquis temporibus conuentualem ecclesiam habuistis et postmodum in pacifica possessione tenuistis et adhuc in presenti optinetis et hælgarne capella sibi annexa vobis a quoquam in posterum possit suspicio generari tenore presencium constare volumus euidenter quod nos habito super hoc cum fidedignis tractatu et inquisicione diligenti inuenimus jpsam ecclesiam gamblacløster cum predicta capella sibi annexa cum omnibus earum parochialibus iuribus fructibus et pertinenciis monasterio vestro rite fuisse collatam et canonice annexam ante multa jam tempora retroacta et jta per venerabiles patres dominos anundum et ysarum felicis recordacionis episcopos strengenenses predecessores nostros collacionem et annexionem huiusmodi confirmatam Nos igitur predictorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes confirmacionem collacionem et annexionem supradictas ex consensu capituli nostri quantum de iure possumus approbamus perpetuis exnunc temporibus confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud ecclesiam malmæ anno domini M° CCC° decimo in vigilia pasche.

Sigillet nästan helt och hållet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1665. 1310 d. 20 Apr. Nyköping.

Hertig Waldemars skyddsbref för Linköpings Domkyrka, med försäkran, att under Biskop Carls bortovaro svara för hennes angelägenheter.

B. 3: 4. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis WALDEMARUS dei gracia dux sweorum salutem in domino sempiternam. Licet ecclesia lincopensis quam progenitores nostri illustres fundauerant. libertates et priuilegia semper huc usque habuerat nos tamen ipsam et jura sua cum personis familiis ac aliis omnibus ad eamdem pertinentibus in nostram proteccionem et tutele graciam recipimus specialiter in absencia Reuerendi patris domini karoli ibidem nunc episcopi offerentes nos pro ipsa et ad ipsam spectantibus quo ad premissa omnia paratum et wluntarium responsalem Jn cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Nicopie anno domini M CCC X°. secunda die pasche.

I brädden: Waldemarus dux exhibet se ecclesie responsalem.

1666. 1310 d. 26 Apr. Wiksta.

Ärkebiskopen Nils Kettilssons i Upsala bref på 40 dagars aflat för botgörare, som vissa dagar besöka Predikarebrödernas kyrka i Sigtuna.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, Nicolaus diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Quoniam ut ait apostolus, Omnes stabimus ante tribunal christi, recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, jd quoque seminare in terris, quod reddente domino, multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benediccionibus de benediccionibus et metet vitam eternam, Cupientes jgitur, ut Ecclesia fratrum ordinis predicatorum sictonie, in honorem gloriose virginis Marie consecrata congruis honoribus frequentetur et a christi fidelibus iugiter veneretur Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam Ecclesiam, jn festis beate virginis, videlicet, Assumpcionis, Annunciacionis, Natiuitatis et Purificacionis, et festis beatorum Petri martyris, ac dominici et Augustini confessorum, nec non et in celebritate dedicacionis ipsius ecclesie, ac festis sancte Crucis videlicet, Jnuencionis et Exaltacionis, causa deuocionis accesserint, et sollempnitati deuocione debita interfuerint, De omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et pauli apostolorum eius, auctoritate, ac beatorum martirum, Lau-

rencii et Erici meritis confisi, Quatraginta dierum indulgencias die quolibet premissorum, de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Jn Cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud ecclesiam wixtadhe, anno domini M° CCC° decimo, Dominica Quasi modo geniti.

På frånsidan: Jndulgencie episcoporum in precipuis festis.
Sigillet bortfallet från den ur brefvet klipta remsan.

1667. 1310? Odateradt.

Ärkedjeknen Olofs redogörelse för dess uppbörd af Ärkebiskops-tionden i Attundaland. A. 7. a. *).

Me Olauo archidyacono vpsalensi procurante decimas archiepiscopales per attundiam de mandato Capituli vpsalensis, Primo anno misi in gutlandiam, cum Johanne Ottason, XIIII. lestas annone cum dimidia que vendite sunt in Wisby, pro viginti octo marchis, et quatuordecim solidis argenti puri, et octo marchis gutensis monete, quas commisi domino Mathie canonico vpsalensi, Jtem in secundo anno misi Wisby per eundem Johannem ottason Quatuordecim lestas annonas de vtby et sæhundære, et de aker sedecim lestas, que eciam vendite sunt in Wisby pro quinquaginta septem marchis cum duabus oris argenti, quas similiter commisi domino Mathie canonico vpsalensi, Jtem commisi domino canonico vpsalensi in stocholm Triginta sex lestas annone cum dimidia, et quatuordecim modios annone. De colonis domini mei archiepiscopi in parochia aker recepi decem et octo marchas denar., cum quatuor solidis de pecunia que dicitur afrad, Jtem recepi de colonis in løstum decem marchas cum dimidia, et quinque solidos denar. cum antiquo debito, Jtem recepi de colonis in munzø Triginta vnam marchas cum dimidia et vndecim denarios Jtem de colonis de morgha iuxta fløtasund quatuordecim oras denar., Jtem recepi de domino johanne de loon monetario in stokholmis sex marchas denar., pro curia domini mei archiepiscopi prope stocholm sita karlaby nuncupata quam conduxit, Jtem vendidi quindecim cutes bouinas, que remanserunt in løstum de mortalitate pecorum pro quinque marchis, Jtem vendidi stocholmis quatuordecim lestas annone pro viginti octo marchis denar. que eciam venerunt de løstum, Jtem vendidi duas lestas annone stocholmis, pro quindecim marchis denar., Jtem recepi de domino ømundo in odhinshargh de cathedratico octo marchas denar., et de domino Rangnero in Lennum eciam de cathedratico quatuor marchas denar., Jtem vendidi vnam lestam annone que venit de alseke et

*) Ur en af Uplands Lagman Birger Pehrsson m. fl. utgifven vidimation af d. 17 Maj 1310.

sictonia pro septem marchis denar., Jtem recepi de sakøri in attundia quindecim marchas denar., ¶ Summa CLX^ta marche denar., de istis per me sic leuatis uel receptis, Jn primis commisi domino Nicolao scolastico vpsalensi viginti marchas denar. de mandato Capituli, Jtem solui domino johanni de resbohundere canonico vpsalensi decem marchas, Jtem comisi johanni gasabogh viginti quatuor marchas de pecunia domini mei archiepiscopi ex mandato capituli, pro quibus inpignorauit predium suum videlicet duas oras terre in skulhambri, quam terram redemit et pecuniam capitulo recommisit, Jtem expendimus dominus øyarus, magister nicolaus et Ego, stocholm eundo et ibi manendo in ecclesie negociis sex marchas, Jtem solui pro mantello et tunica villice in aker octo marchas, et pro capa et tunica villici ibidem octo marchas, quas dominus meus archiepiscopus, dominus Nicolaus bone memorie eis promisit dum adhuc viueret, Jtem solui pro tunica iohannis in norum quatuor marchas, Jtem solui pro Tunica villice in alseke duas marchas, Jtem commisi domino gunnoni vicario de choro quatuor marchas quando iuit in ostgociam et westgociam in negociis ecclesie. Jtem expendi, Nycopiam eundo et redeundo cum exiret dominus meus de Nycopia .VI. marchas. Jtem solui pro tela ad saccos farine marcham denar. Summa, Nonaginta tres marche, Jtem Teneor domino meo archiepiscopo Nouem marchas argenti puri cum dimidia pro quibus eciam vendita fuit annona in guthlandia, Jtem Teneor ego Olauus archidiaconus, fabrice ecclesie vpsalensis in vniuerso et per singula decem et octo marchas denar. et duas oras cum quatuor denariis. Jtem Teneor ecclesie mee de bæling in vniuerso viginti septem marchas denar. Jsti Tenentur domino meo archiepiscopo pecuniam pro annona, dominus Magnus gregorii, duodecim marchas denar., et inpignerauit predium suum, videlicet sex solidos terre in parochia resbohundere villa greni, Jtem johannes byrgirsson octo marchas qui eciam inpignerauit predium suum videlicet duos solidos terre in villa østerrør parochia Riud. Jtem de Crokæstum hidhinnus quatuor marchas denar. pro dimidia lesta annone. Jtem Olauus de Jøghamar, quatuor marchas pro dimidia lesta annone, Jtem tenetur domino meo archiepiscopo dominus petrus de Ringbohered tres marchas argenti puri, uel Tredecim marcas denar. cum dimidia pro duabus lestis annone.

1668. 1310 d. 17 Maj. Upsala.

Uplands Lagmannen Birger Pehrssons, Magnus Gregerssons, Priorn i Sigtuna Israels och Minoriter-Ordens Föreståndare Nils vidimation af Ärkedjeknen Olofs föregående redogörelse. A. 7. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis Byrgerus pætersson legifer vplandiarum, Magnus gregorsson, Frater Jsrael prior sictuniensis. v . . . s

prouincialis ordinis predicatorum, et frater NICOLAUS custos, ordinis minorum, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi, Nos anno domini M°, CCC° decimo, Jn profesto beati Erici Regis et martyris circa horam vesperarum, audiuisse in presencia, venerabilis patris domini Nicolai archiepiscopi et Capituli vpsalensis. ac multorum fidedignorum, quandam cartam sine quouis sigillo et quolibet legittimo munimento, productam et lectam vpsalie per quosdam qui se asserebant procuratores domini Olaui archidyaconi vpsalensis, de quodam compoto infrascripto, cuius Tenor talis erat. Me OLAUO archidyacono &c. *Se föregående N:o* 1667. Jn Cuius rei Testimonium sigilla nostra, presentibus sunt appensa. Datum, anno, die et loco supradictis.

På frånsidan: Testimonium cuiusdam ratiocinii.

Alla 4 sigillen borta; remsorna qvar.

1669. 1310 d. 17 Maj. Upsala.

Ärkebiskopen NILS KETTILSONS och DOMKAPITLETS i Upsala vidimation af Påfven Clemens IV:s bulla af d. 9 Maj 1265.

A. 1. d.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, NICOLAUS diuina miseracione, Archiepiscopus vpsalensis, ac CAPITULUM eiusdem Ecclesie, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi, Nos litteras sanctissimi patris, domini Clementis pape Quarti vidisse non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas tenoris et continencie infrascripte. CLEMENS Episcopus &c. *Se föregående N:o* 502. Jn Cuius Rei Testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum apud vpsaliam anno domini M° CCC°, Decimo, jn profesto beati Erici regis, et Martyris.

Sigillen bortfallna, remsorna qvar.

1670. 1310 d. 19 Maj. Upsala.

Domprosten i Upsala ANDREAS's vidimation af Påfven Martinus IV:s bulla af d. 11 Maj 1284, samt dispensation för den deruti omförmälde prestmannen Johannes Henriksson.

A. 1. d.

Vniuersis presentes litteras inspecturis ANDREAS prepositus wpsalensis Salutem in domino sempiternam Noueritis nos litteras apostolicas in nulla sui parte viciatas, vel corruptas cum vera bulla recepisse in hec verba MARTINUS Episcopus &c. *Se föregående N:o* 787. Nos igitur predictum Jo-

Johannem subicientes examini ac circumstanciis, que circa personam ipsius, iuxta fformam nobis traditam ffuerant attendende, sufficienter et consolatorie jnuentis in ipso, vt ad omnes ordines ascendere, ac ecclesiasticum beneficium, eciam si curam animarum haberet annexam optinere posset, cum eodem dispensauimus auctoritate premissa. super qua dispensacione, cum Johannes sepefatus, tum propter nostram occupationem, tum propter sui ipsius obliuionem et ignoranciam dari sibi petere nostras litteras omisisset eas tamen post aliquot annorum curricula, tam presbiterali ordine quam curato beneficio iam optento, prvdencius et caucius periculum quod ex earum defectu sibi posset imminere considerans, a nobis instancius peciisset, nos quia aliquantulum offuscatam habuimus facti prelibati memoriam cum per attestaciones iuratorias Reuerendorum ac fidedignorum virorum dominorum silicet ǿiari, Mathie atque sunonis concanonicorum nostrorum wpsalensium, qui tam recepcioni litterarum ipsarum apostolicarum quam dispensacioni earundem auctoritate ut premittitur per nos ffacte, nobiscum presentes fuerant, sic se veraciter habere premissa nobis plenius constitisset presentes litteras nostro ac predictorum testium sigillis signatas memorato Domino Johanni jn premissorum omnium euidens testimonium duximus concedendas Datum wpsalie Anno domini M° CCC°. X°. in crastino beati Erici Regis et martiris.

På frånsidan: Dispensacio super defectu natalium.

Sigillen: 1, 2, 3 i grönt vax, mer och mindre skadade, andeliga; 4 bortfallet, remsan qvar.

1671. 1310 d. 24 Maj. Thorsö.

Biskop Brynolfs i Skara bref på ett qvarnställe i Långenäs och dervid varande äng samt en stackwalls äng i Forshems myr som lemnas Håkan Djekn i byte emot hans gods i Qvättak. A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Bryniulphus dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam, Notum facimus, quod de consilio et assensu capituli nostri scarensis, permutacionem quandam prediorum cum haquino dicto dyækn de kiðestaðum, genero arnuidi sæter, fecimus per hunc modum, videlicet, quod nos predia ipsius haconni in kuætægh, cum omnibus suis attinencijs intra sepes et extra habere debeamus jure perpetuo possidenda, Dantes pro eisdem predijs ipsi haquino, locum molendini in langænes cum pratis ex vtraque parte amnis, que ibi adiacere solent, et prato vnius cumuli qui dicitur stacker in forsemæmyri, proprietatem, possessionem, et dominium dictorum prediorum jn ipsum haquinum

et heredes suos, per scotacionem legittimam transferendo, Jn cuius testimonium sigillum nostrum et sigillum dicti capituli nostri presentibus sunt appensa, Datum thorsø anno domini. M°. CCC°. decimo. IX° kal. junij.

På frånsidan: curia quæthægh.

Sigillet N:o 1 borta, 2 andeligt, skadadt.

1672. 1310 d. 28 Maj. Mörkö.

Biskop Styrbjörns i Strengnäs intyg, att hans slägtinge Ingewald Magnusson till sin broder Finwid lemnat Klöfwasta gård i utbyte emot jord i Lagnö vid Eldasund, i Walsta i Wårdinge socken och i Awunge vid Husby Grodunge.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis Styrbernus dei gracia episcopus strengianensis salutem in domino sempiternam. Notum facimus quod constituti in presencia nostra, dilecti consanguinei nostri ingiwaldus magnusæ son et frater suus finwidus fecerunt hoc cambium prediorum, videlicet quod idem ingiwaldus ipsi finwido fratri suo curiam suam kløuaste cum omnibus pertinenciis suis reliquit perpetuo possidendam Recipiens ab eo quinque oras terre in lagnø iuxta Eldasund, tres oras in valastum parochia wardungi, quatuor solidos terre in awngi iuxta husaby grodungi, ista condicione adiecta, quod si idem finwidus absque liberis priusquam ingiwaldus morietur predicta curia cløuasta cum omnibus suis attinenciis ad predictum ingiwaldum redeat, ita quod nullus coheres suus alius ad ipsam curiam, ius hereditarium petens manum mittat, si vero predictus ingiwaldus prius decesserit, quam finwidus, eodem modo, quo ad ingiwaldum dicta curia, redeant ad finwidum predia, que vt *pote* superius sepedicto ingiwaldo sunt ab ipso finwido commutacionis tytulo assignata, jn Cuius testimonium sigillum nostrum cum sigillis predictorum fratrum presentibus est appensum. datum Myrkiu anno domini M° CCC°. X°. in die ascensionis domini.

På frånsidan: per lagnö et clewasta.

Sigillen obetydligt skadade.

1673. 1310 d. 4 Juni. Lund.

Enkan efter Matts af Aggatorp Ingegärds gåfvo- och skötesbref på all hennes lösa och fasta egendom i Aggatorp i Oxiehärad till Lunds domkyrka.

A. 5.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Jngyiarth relicta quondam mathei de aggathorp salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me ex con-

sensu et voluntate dilectorum laurencii filii mei et Josep generi mei, bona mea omnia mobilia et inmobilia in akathorp sita in ossæghheret, discretis viris, dominis magistro thome et olauo canonicis lundensibus nomine fabrice lundensis ecclesie, alienasse ac iusto tytulo vendidisse que quidem bona dictis dominis nomine quo supra ex consensu et uoluntate dictorum mihi attinencium trado libere ac per presentes scoto in perpetuum possidenda, eis que ea ab impeticione cuiuslibet approprio ac in posterum appropriare promitto, et dictos dominos, nomine ipsius ecclesie ac ipsam ecclesiam, si quid dicte scotacioni obiectum vel contradictum fuerit indempnes promitto penitus conseruare, Jn cuius rei Testimonium ex consensu et voluntate dictorum filii mei et generi sigillum meum vna cum sigillis ipsorum duxi presentibus litteris apponendum, Datum anno domini Millesimo. CCC° X° lundis, in octaua ascensionis domini.

På frånsidan: Super vna curia in agharp in ossighehereth.

Sigillen borta; remsorna qvar.

1674. 1310 d. 8 Juni Edbythorsn.

Johan Engels testamente af sin del i Telge gård till Upsala Domkyrka, efter sin död.

A. 3. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes angelus Salutem in domino sempiternam. Ne rerum racionabiliter et legittime gestarum seriem deleat obliuio, vel hominum malicia in dubium reuocet, solent hominum acta et salubriter ordinata, litterarum roborari munimentis, Jdcirco Ego Johannes dictus angelus Cupiens de bonis mihi a deo concessis, anime mee salubriter prouidere. partem quam habeo in Curia telghium, pro anima mea et parentum meorum fratrum meorum ac sororis. vpsalensi ecclesie post mortem meam confero perpetuo possidendam testes autem huic ordinacioni meæ ad hoc specialiter rogati et vocati sunt hii, videlicet Religiosi viri. frater jsrael karissimus germanus meus, frater Albertus socius suus. lector strengnensis frater skieldolphus. et socius eius frater johannes. frater asmundus et frater Ericus eiusdem conuentus. Dominus benedictus presbiter meus. johannes biernason. kætillus prouisor bonorum meorum. johannes kulli johannes brun. jacobus qocus *). et alii plures fidedigni, Jn Cuius Rei robur et euidenciam pleniorem. sigillum meum et karissimi germani mei fratris jsraelis prioris sictuniensis presentibus sunt appensa. Datum Edbythorsn, anno domini. M°. CCC°. decimo. VI°. jdus junii.

Sigillen skadade.

*) Cocus i Ärkebiskopens stadfästelse, se följ. N:o 1676; coqus, i Hertigarnes, se N:o 1677.

1675. 1310 d. 8 Juni. Edbythorsn.

Johan Engels Bref, hvari han insätter sin broder Israel, Priorn i Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, till sin laglige arfvinge.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras jnspecturis JOHANNES dictus ANGELUS. Salutem in domino sempiternam. Cum nemini obesse immo pocius prodesse quouis iure debeat, Quod se diuinis specialius astringit obsequiis et religioni mancipat propter christum. Jdcirco Ego Johannes dictus angelus karissimum germanum meum fratrem Jsraelem priorem sictuniensem Ordinis predicatorum, meum verum et legittimum constituo heredem si mihi superuixerit, quod ius nisi se religioni reddidisset sibi nunc simpliciter competeret et perfecte. Testes autem huic mee ordinacioni ad hoc specialiter vocati sunt hii. dilecta consors mea. Religiosi viri. Lector strengenensis frater skieldolphus. frater asmundus frater Ericus frater johannes eiusdem conuentus. frater albertus sictuniensis. dominus benedictus vicarius meus necnon johannes biernason. ketillus prouisor bonorum meorum. johannes kulli. jacobus, johannes brun, petrus letta. sixtanus, ac alii plures fidedigni Jn cuius rei robur et euidenciam pleniorem sigillum meum. et sigillum dilecte consortis mee, necnon et sigillum fratris skieldolphi lectoris strengnensis, presentibus sunt appensa. Sigillum quoque venerabilis patris domini Nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis presentibus apponi peto vmiliter et instanter. Datum Edbythorsn Anno domini. M°. CCC° decimo. sexto jdus junii.

Sigillet N:o 1 något skadadt, 2, 3 och 4 borta; remsorna qvar.

1676. 1310 d. 9 Juni. Färingtuna.

Ärkebiskopen Nils Kettilssons vidimation af Johan Engels testamentsbref till Upsala domkyrka.

A. 3. a.

Vniuersis presentes litteras Jnspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium significamus vniuersis, Nos litteras, Nobilis viri, domini Johannis angeli, sub sigillo suo, ac fratris jsraelis, germani sui vidisse non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas tenoris et continencie infrascripte. Omnibus &c. *Se föreg. N:o* 1674. Jn Cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud Ecclesiam færingatunum, anno domini M°, CCC°, decimo, Tercia die pentecostes.

På frånsidan: Hic testificatur dominus N. Archiepiscopus se vidisse litteras domini johannis angeli, super donacione curie telghium.

Af Sigillet finnes ett brutet stycke.

1677. 1310 d. 12 Juni. Svartsjö.

Hertigarne Erik och Waldemars vidimation af Johan Engels testamentsbref till Upsala domkyrka.

A. 3. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Ericus et waldemarus duces sweorum, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, Nos litteras nobilis viri, Domini Johannis angeli, sub sigillo suo ac fratris Jsraelis germani sui vidisse, non rasas, non abolitas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, tenoris et continencie infrascripte, Omnibus &c. *Se föreg. N:o* 1674. Jn Cuius rei Testimonium, sigilla nostra, presentibus sunt appensa, Datum suartasio anno domini, M°, CCC°, X°, feria sexta infra octavas pentechostes.

Sigillet N:o 1 skadadt, N:o 2 bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1678. 1310. d. 13 Juni. Svartsjö.

Hertigarne Erik och Waldemars befallning till Inbyggarne i Upsala stift, att redligen och oafkortadt utgöra deras tionde till Ärkebiskopen, Clereciet och kyrkorna.

B. 2: 91.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweuorum Omnibus et singulis vpsalensem dyocesin inhabitantibus Jn domino graciam dilectionem et salutem Jnsinuacione fidedigna venerabilis patris, domini nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis, ad noticiam nostram est delatum, quod decime, que diuino et humano jure et longeua patrie consuetudine, archiepiscopis, ac clericis et ecclesiis vpsalensis dyocesis integraliter sunt solute jam hominum suecrescente malicia, nimis diminute, et infideliter, ipsis, archiepiscopo clericis, et ecclesiis persoluuntur, jta quod non decima, jmmo vix vicesima vel tricesima iam soluitur a quibusdam, nomine decimarum, sic que non seruatur solucionis decimarum modus, diuino jure constitutus et patrie legibus hactenus obseruatus, Nos igitur diuini nominis cultum, nostris temporibus, non minui, immo pocius ampliari cupientes et ecclesias ac ministros dej in sua iusticia confoueri, vobis omnibus et singulis sub obtestacione diuini iudicii et nostre optentu gracie precipiendo mandamus quatinus eidem domino archiepiscopo, ac clericis et ecclesiis iuxta diuinum mandatum et legum patrie sanctiones, debitas decimas deuote, fideliter et integre persoluatis jndubitanter scientes, quod qui negligentes et remissi, seu maliciosi, deprehensi fuerint in memoratis decimis persoluendis, Preter id quod in die nouissimo, districti iudicis vlcione reddetur, nostram seueram non effugient vlcionem, cum deo ac suis ministris debita sit solucio decimarum

Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda Datum apud curiam swartasio Anno domini Millesimo, CCC°, decimo, sabbato proximo ante dominicam trinitatis.

1679. 1310 d. 15 Juni. Stockholm.

Hertigarne Eirik och Waldemars bref med tillstånd för Predikaremunkarne i Sigtuna, att tillträda den jord, som Inge Ragnvaldsson till dem testamenterat, samt densamma, om den ej inom året efter testators död återlöses, efter godtfinnande afyttra.

A. 3. c.

Ericus et waldemarus dei gracia duces sweorum, Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam, Quia iniustum est pariter et iniqum defraudare animas defunctorum, eorum testamenta racionabiliter condita inpediendo vel penitus euacuando, idcirco religiosis viris fratribus ordinis predicatorum sictunie potestatem plenariam damus, occupandi, adeundi, et distrahendi pro suis vtilitatibus terram, quam Dominus ingo ragnwaldsson fidelis noster eisdem in suo testamento tali condicione contulit, quod si infra annum, a tempore sue defunccionis computandum, non esset redempta a suis heredibus ex tunc dicti fratres dictam terram vendere possent libere quibus vellent, Prohibentes districte sub optentu gracie nostre, ne quis eos indebite super prememorata terra aliquatenus audeat impedire, Datum stokholmis anno domini, Millesimo, CCC°. decimo, die lune proxima post dominicam trinitatis.

Sigillen borta jemte de ur brefvet klippta remsorna.

1680. 1310 d. 15 Juni. Stockholm

Ärkebiskopen Nils Kettilssons befallning till Kyrkoherdarne Nils i Skeptuna och Nils i Sollentuna, att i alla kyrkor i Upsala, Bäling och Stockholm samt annorstädes, der de finna det lämpligt, förklara det Ärkedjeknen Olof i Upsala, som efter stämning ej infunnit sig, att redogöra för medel, som han uppburit, blifvit af Ärkebiskopen bannlyst, intilldess han fogar sig efter Ärkebiskopens och kyrkans befallning.

A. 2. *).

Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis. dilectis jn christo filijs dominis nicolao de skieptunum et nicolao de solændatunum ecclesiarum rectoribus. Salutem et sinceram jn domino karitatem. Cum olauum archidiaconum vpsalensem legittime et peremptorie citari fecimus, vt respon-

*) Efter en afskrift, intagen i Kyrkoherdarne Nicolai af Sollentuna och Nicolai i Skeptuna d. 22 Juli 1310 aflåtna svar till Ärkebiskop Nils angående fullgörandet af den i detta bref innehållna befallning.

surus suis creditoribus qui frequenter de ipso coram nobis mouerant querelam, et ad satisfaciendum diuersis ecclesijs quarum pecunias receperat, nec non ad reddendum compotum de censu Romane ecclesie, quam jn magna parte nostre dyocesis annis pluribus vsurpauerat, eum in suos vsus vt dicitur conuertendo, ac eciam ad reddendum et satisfaciendum de decimis et alijs bonis ad mensam archiepiscopalem spectantibus, quas decimas et bona jdem archidyaconus vacante sede contra ordinacionem tocius Capituli violenter occupauit, nullum ipsi Capitulo compotum faciendo, coram nobis certo termino compareret, et jn ipso termino per se vel per alium responsalem ydoneum et sufficientem contumaciter comparere despexerit, discrecioni vestre tenore presencium jn solidum committimus, et sub pena excommunicacionis districte precipiendo mandamus quatinus eundem Olauum Archidiaconum, quem ob dictam eius contumaciam per presentes excommunicamus in scriptis, tam diu per vos vel alium seu alios jn omnibus ecclesijs vpsalie nec non et beling et stocholm ac alibi vbi expedire videritis excommunicatum publice nuncietis et nunciari faciatis, quousque super premissis, nostris et ecclesie veniet parere mandatis. Rescribentes nobis fideliter per vestras patentes litteras harum seriem continentes vel jnstrumentum publicum, quidquid jnde duxeritis faciendum. Datum stocholmis anno domini Millesimo. CCC° decimo, feria. II^da^. proxima post dominicam trinitatis.

1681. 1310 d. 16 Juni. Stockholm.

Peter Magnussons bref om afstående af gods i Forsö, Brokaste socken och Olands härad, i Lidby, Salems socken i Södermanland, i Thezta Hölö socken samt i Throxhammar i Skå socken på Färingsö till Skokloster, till försoning för det våld och den orättvisa han begått emot klostret.

A. 3. b.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Petrus magnusson, salutem in domino sempiternam, Exposcit iusticia ut lesis, de iniuria satisfiat, Qua propter ego petrus magnusson humiliter recognoscens, me monasterio sko inferendo violenciam, iniuriam irrogasse, dicto monasterio, ad arbitrium venerabilis patris, Domini, Nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis, vnam marcam terre, reddo, soluo, et assigno, possidendam perpetuo in hijs locis, videlicet, duas oras terre in olandia, villa forsø parrochia brocaste, septem solidos terre in suthermannia, villa lidhby parrochia slææm. Tres oras terre. villa thezte parrochia høle. et .II. solidos terre in færingaø villa throxhamar parrochia ska, Jn cuius rei testimonium ad meam instanciam, sigilla venerabilis patris domini Nicolai vpsalensis archiepiscopi, domini andree prepositi ibidem, Patris mei karissimi domini Magni gregorisson, necnon et

sigillum meum presentibus sunt appensa, Datum stokholmis anno domini M°, CCC°, decimo, feria tercia post dominicam trinitatis.

Sigillen N:o 1, 2, 4 skadade; N:o 3 bortfallet, remsan qvar.

1682. 1310 d. 19 Juni.

Ärkebiskopen Nils Kettilssons vidimation af Domprosten Israels i Upsala föregående bref. A. 3. b.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus omnibus euidenter nos vidisse Reuerendi viri domini israelis condam prepositi vpsalensis, litteras non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas sub hac forma Omnibus presentes litteras &c. *Se föreg. N:o* 1364. Jn Cuius rei euidens testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum, datum anno domini millesimo. CCC°. X°. feria VI. post dominicam trinitatis.

På frånsidan: Littera recognicionis super decem oris (in nyusta *med annan hand tillsatt*) terre preposito andree datis ex parte domini israelis prepositi condam Ecclesie vpsalensis.

Sigillet skadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.

1683. 1310 d. 23 Juni.

Dekanen Lars Olofssons i Upsala testamente af jord i Östista samt en lott å Fyrisängen till Upsala domkyrka, till en beständig vicaria i Petri och Pauli kapell. A. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Laurencius Olaui quondam filius, decanus ecclesie vpsalensis, salutem in domino ihesu christo, Quoniam vt ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal christi, recepturi prout in corpore gesserimus, siue bonum fuerit, siue malum, seminandum est in terris eternorum intuitu dum tempus habemus, quod Reddente domino, tempore retribucionis eterne colligere valeamus in celis, salubri commercio terrena commutando in celestia, et transitoria in æterna, volens igitur ego laurencius decanus supradictus, tempus illud messionis extreme operibus misericordie preuenire, bona mea in østistum do et lego pro anima mea et parentum meorum ecclesie vpsalensi, videlicet curiam meam ibidem, Cui subsunt quindecim ore terre cum quatuordecim denariis, Cum omnibus domibus, suppellectilibus, et animalibus domesticis in eadem curia existentibus, Jtem do et lego eidem ecclesie vpsalensi vnam peciam terre, sitam in föris-

förisengh iuxta vpsaliam, prope ecclesiam beati petri, saluo iure parochialis sacerdotis, et ecclesie de waxald, que pecia terre circumuallata est fossatis, continens in longitudine octoginta sex Repp et tres vlnas, in latitudine vero quatraginta tria Repp cum duabus vlnis, que inquam bona per me titulo empcionis conquesita, do, et lego prememorate ecclesie vpsalensi, apud quam corporis mei eligo sepulturam, faciens, constituens, et ordinans, ibidem in capella beatorum apostolorum petri et Pauli, de predictis bonis vnam perpetuam vicariam, sub condicionibus que secuntur perpetuo seruaturis, videlicet quod sacerdos ad eandem vicariam per dominum archiepiscopum, et Capitulum institutus, habeat annis singulis in quatuor terminis viginti quatuor Marchas denariorum vsualis monete, vel valorem quinque Marcharum argenti puri, si monetam contingat immutari, et quod idem sacerdos obligatus sit ad seruicium chori secundum statuta choralium, et specialiter ad dicendum singulis septimanis tres Missas, vnam de beata virgine, aliam de beato laurencio, et terciam pro defunctis, et ad habendam in canone mei memoriam, viui vel defuncti, et vt supradicta bona eo stabilius pro memoriali perpetuo sint ecclesie vpsalensi. nullo modo de locis in quibus data et nunc sita sunt commutentur, sed sint sub manibus et tuicione domini archiepiscopi vpsalensis, quamdiu ipse dare voluerit de illis bonis, annis singulis et terminis pensionem supradictam, alioquin transeant et regantur cum aliis bonis fabrice, datis et ordinatis pro consimilibus perpetuis vicariis, Jn Cuius rei testimonium sigillum capituli vpsalensis, vna cum sigillo meo presentibus est appensum, actum anno domini. M°. CCC° decimo in vigilia sancti johannis baptiste.

Sigillen skadade.

1684. 1310 d. 1 Juli.

Erik Bosrs intyg om gränserna för en jordlott vid Harkeryd, hvilken han köpt af Nydala kloster, och medgifvande, att, ehuru sådana lägenheter enligt lag höra till de gårdar, å hvilkas egor de ligga, sådant likväl vid sjelfva köpet blifvit, genom serskildt förbehåll, honom betaget, med undantag af mulbete och fiske i 2:ne sjöar, hvaremot öfriga behof ur den angränsande skogen endast med Abbotens och Ombudsmannens särskilda tillstånd får hemtas.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Ericus dictus bose salutem in omnium saluatore, Scripto presenti recognosco campum prope harcuryþ quem habui de monachis noue vallis, istis esse terminis conclusum, videlicet de pinu signata cruce juxta orientalem et meridionalem finem stagni wlgariter vocati harcusio, directe, in abietem similiter signatam cruce, juxta orientalem et aquilonarem finem proximi alterius adiacentis stagni sepsio

wlgariter nominati, vbicunque autem predicta duo stagna obiauerint, vel mons ab oriente adiacens, se ceperit erigere, predicte empcionis mee termini finem habent, Quamuis insuper talia oppida secundum leges patrie, herere debeant ad villas, que ea fundauerunt, accessum in predictis legibus limitatum, in predicta tamen empcione, huiusmodi omnia mihi recognosco denegata, Nisi pascua pecorum, et in duobus predictis stagnis dumtaxat liberam piscandi potestatem, Omnia autem alia necessaria de siluis adiacentibus, oportet me et heredes meos de speciali licencia domini abbatis et Celerarii qui pro tempore in noua valle fuerint, quociens et quando eis visum fuerit optinere, jn quorum testimonium rogatus, a, me dominus Magnus de hestrom presentes litteras mecum siggillauit, Datum anno domini M° CCC°, decimo, jn octaua sancti johannis baptiste.

På frånsidan: Swipnarum (parochie *med annan hand tillsatt*), samt *derunder* bosarydh.

Sigillet N:o 1 skadadt, N:o 2 fullständigt i behåll.

1685. 1310 d. 2 Juli. Avignon.

Påfven Clemens V:s stadfästelse på alla de frí- och rättigheter, hvilka Skokloster af Påfvar, Konungar, Furstar och andra Christtrogna erhållit.

A. 1. d.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in christo filiabus .. Abbatisse et Conuentui Monasterij de Sko, ordinis sancti Benedicti, vpsalensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica pijs uotis et honestis petentium precibus, fauorem beniuolum impertiri. Ea propter dilecte in christo filie, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, et immunitates, a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, seu alias indulgentias uobis et Monasterio uestro concessas, necnon libertates, et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus, uel alijs christi fidelibus, rationabiliter uobis, et eidem Monasterio indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, uobis et per uos, eidem Monasterio, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auinione VI Non. Julij Pontificatus nostrj Anno Quinto.

Under uppvecket vid kanten till venster: J. F. *och likaledes på uppvecket vid kanten till höger.*

Blybullan hänger på röda och gula silkestrådar.

1686. 1310 d. 6 Juli. Skara.

Biskop Brynolfs i Skara stadfästelse på det byte Domprosten Bengt gjort af Edlaskogs kyrkohemman Watsända, Klunduryd, Groryd och Åwången till Sven Prestsson, emot annan jord i Bokolsryd.

A. 3. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus BRYNIULPHUS dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam, nouerint vniuersi quod discretus vir, magister benedictus prepositus scarensis, permutacionem quandam prediorum, cum suenone præstson de assensu nostro fecit per hunc modum, videlicet, quod dictus sueno et heredes sui debent habere predia ecclesie de etlæschogh in wazændæ, ørezbol. in clunduryƃ, ørezbol, in groryƃ ørtoghæbool. et in auangen ørtoghæbool, Jpse vero dominus .b. prepositus *nominatus* et sui successores, nomine ecclesie jn etlæskogh, debent habere, attæ ørtoghæbool jn bokolzryƃ. jn recompensacionem predictorum, Nos igitur permutacionem predictam, ratificamus per presentes, nostro sigillo roboratas, jn testimonium et euidenciam premissorum pleniorem, Datum scaris, anno dominj .M°. CCC°. X°. jn octaua beatorum apostolorum petrj et paulj.

På frånsidan: littere tangentes ötlæsecogh &c.

Sigillet borta. Brefvet söndrigt.

1687. 1310 d. 11 Juli. Lund.

F. d. Præfecten Peter Jonassons m. fl. vid allmänt ting gifna skötebref på lös och fast egendom i Wragetorp och Wragetorps mark, som Marskalken Johan Kalfs enka, Cecilia, gifvit till Dekanatet i Lunds domkyrka, för firande af hennes årsbegängelse på här föreskrifvet sätt.

A. 5.

Omnibus presens scriptum cernentibus. PETRUS JONÆS SON quondam prefectus scanie, PETRUS NICLÆS SON de borasyo, PETRUS NICLÆS SON de simbrus, SUTHMANNUS ÆLENÆ SON, milites, PETRUS ALLONIS persona ecclesie myathølbyƃ in listria, ASCERUS presbiter persona ecclesie beati michaelis, lundis, NICHOLAUS TUNÆ SON de klæpæthorp, ANDREAS PÆTERS SON de bullathorp, NICHOLAUS JACOB SON de harthakræ, JOHANNES NICLÆS SON de thorthorp, PETRUS VFFÆ SON aduocatus lundensis, et ERLANDUS aduocatus in malmoghe. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod anno dominj .M°. CCC°. decimo. sabbato proximo post diem beati kanuti regis et martiris, Nobilis domina, Domina cecilia, relicta domini Johannis dicti kaalf, quondam illustris regis danorum marskalci, in communi placito scanie constituta, multis presentibus fidedignis, scotauit ecclesie beati laurencij lundis, omnia bona sua mobilia et inmobilia in wraghæthorp et wræghæthorp

mark sita cum agris, pratis, pascuis et eorum attinenciis vniuersis, Juste in perpetuum possidenda. Jta videlicet quod dominus gwido decanus lundensis, qui nunc est, et successores sui, decani lundenses, qui pro tempore fuerint, dicta bona sub ordinacione sua libere habeant, et anniuersarium dicte domine, modo qui sequitur, teneant ex eisdem. primo in die anniuersarii sui, ad offerendam dent duas oras denariorum, canonicis, qui vigiliis et misse interfuerint marcham denar. vicariis. duas oras denar., ad lampadem ardentem ante corpus christi in ecclesia fratrum predicatorum lundis, quatuordecim oras denar., fratribus predicatoribus *ibidem* duas oras, fratribus minoribus ibidem duas oras denar., et siquid residuum fuerit de fructibus dictorum bonorum, hoc cedat dicto domino decano, libere, et suis successoribus annuatim. voluit preterea et protestata fuit domina predicta quod si aliquando contigerit propter karistiam temporis, uel alios casus quoscunque, redditus dictorum bonorum non sufficere ad soluendum omnia suprascripta. quod quatuordecim ore denar. ad lampadem ardentem ante corpus christi in ecclesia fratrum predicatorum lundis, omni anno sine diminucione qualibet exsoluantur. et defectus fiat in aliis distribucionibus antedictis. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra cum sigillo dicte domine presentibus duximus apponenda. Datum lundis, anno et die supradictis.

Sigillen: N. 1—3 och 5—13 bortfallna, remsorna qvar; N. 4 finnes, skadadt.

1688. 1310 d. 17 Juli. Helsingborg.

Freds- och Föreningstractat mellan Konungarne Erik i Danmark, Håkan i Norge och Birger i Sverige, Hertig Christopher af Halland och Samsö, Grefve Gerhard af Holstein och Henrik af Mechlenburg å ena, samt Hertigarne Erik och Waldemar i Sverige å andra sidan. L. k. 6.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Ericus Dei gratia Danorum, Sclavorumque, Haquinus Norvegiæ, Birgerus Sveciæ Reges, Christophorus Dux Hallandiæ et Samsö, Gerhartus Comes Holsatiæ, et Hinricus Dominus Magnopolensis, salutem in Domino. Noverint universi, quod Anno Domini M° CCC. X. sexta feria proxima ante festum Mariæ Magdalenæ in villa Helsingburgh, inter nos ex parte una, et Dominos Ericum et Waldemarum Duces Sueorum, in modum qui sequitur extitit placitatum parte ex altera, videlicet quod nos ipsis Ducibus contra quascunque personas, in causis quibuscunque astare fideliter debeamus, et quod omnes discordiæ, dissensiones, et inimicitiæ inter nos, homines nostros et fautores ex una parte, et ipsos Duces, homines ipsorum et fautores ex altera hactenus motæ et habitæ,

terminatæ sint totaliter et sopitæ, ita quod nos Rex Daciæ prædictus Comitatum terræ Hallandiæ cum omnibus juribus, libertatibus et distinctionibus, tendentibus usque ad fluvium Ethre. Si Dominus Christophorus Dux Hallandiæ frater noster hoc sibi suo vendicaverit juramento, quod si sibi non vendicaverit, tunc termini dicti Comitatus protendentur usque in medium fluvii supradicti, sicut ipsum Comitatum tenuit Comes Jacobus in quieta et commoda possessione antequam inbrigaretur, cum munitionibus, hominibus et universis aliis quæ nobis competebant in dicto Comitatu, dictis Ducibus et eorum veris hæredibus assignavimus et concedemus jure feudali quod Fanelent dicitur, et manu coadunata pacifice possidendum ponte castro Falkenbergh supra dictum fluvium situato, ipso Domino Christophoro Duci Hallandiæ in suo situ libere reservata, et ipsi Duces Sueciæ prædicti eorumque veri hæredes ratione dicti Comitatus nobis et nostris successoribus homagium facient, et nobis servient in causis nos et nostrum regnum tangentibus, cum sexaginta viris, armis et dextrariis expeditis, quandocunque ad mensem antea nostro nomine fuerint requisiti, et cum terminos prædicti Comitatus cum eisdem exiverint sub nostris lucris et dampnis erunt ac expensis. Præterea Dominus Dux Ericus prædictus renunciabit omni impetitioni, quam habet ad regnum Norvegiæ, et ad Domicellam Ingheburgh, filiam Magnifici Principis Domini Haquini Regis Norvegiæ, sibi aliquando desponsatam, quæ Domicello Magno, filio Regis Sveciæ, fratris nostri matrimonialiter est jungenda, ad quod dicti Duces Sveciæ tenebuntur efficaciter adjuvare Idem tamen Domicellus Magnus dispensationem super dicto matrimonio contrahendo a sede Apostolica si poterit, impetrabit. Insuper Dux Ericus prædictus Domicellam Sophiam, filiam Domini Nicolai Domini de . . . et sororis nostræ, ducet sibi legitimam in uxorem, et super matrimonio contrahendo cum eadem dispensationem a sede Apostolica tenebitur impetrare. Item captivi utriusque partis libere dimittantur; Ita quod quidquid pro sui liberatione in parato non exposuerunt de cætero nullatenus exponere teneantur. Item Dominus Rex Norvegiæ prædictus cessare debet ab omni inpetitione, qualiscunque fuerit, contra nos, sive fuerit de aliquibus litteris sibi datis, fidejussionibus, donationibus, seu aliis quibuscunque literis omnibus, si quæ sint datæ inter nos, Daciæ, Norvegiæ, Sveciæ Reges, et Christophorum Ducem Hallandiæ ex parte una, et Duces prædictos ex altera, integraliter restitutis, quæ si restitutæ non fuerint, in nullo robore penitus permanebunt. Item si nos Rex Norvegiæ has placitationes ratas et firmas servare voluerimus, tunc ipsi Domini Duces castrum Konighald nobis restituent, et captivi hinc inde libere dimittentur. Si vero has placitationes habere noluerimus, tunc ipsi Duces dictum castrum Konighald tenebunt et captivos, et nos Rex Daciæ dictos Dominos Duces Sveciæ contra eundem Dominum Regem Norvegiæ Haquinum non debemus inpedire

in aliquo, nec juvare. Item nos Rex Norvegiæ antedictus dictos Dominos Duces permittemus uti suis distinctionibus, quas habuerant ab antiquo; quod et nobis debent patere vice versa. Item prospectos et expulsos pro morte patris nostri Regis Daciæ prædicti, et ipsorum hæredes non debent colligere nec fovere ipsi Duces supradicti. Item, homines nostros Erici Regis Daciæ, si qui nos offenderint, non debent ad se recipere, nec pro ipsis contra nos aliqualiter placitare. Item Ecclesia Lundensis, personæ Ecclesiasticæ et mundanæ uti debent in dicto Comitatu Hallandiæ suis bonis, juribus et libertatibus, quibus uti antiquitus consueverunt: et nos Reges et Principes supradicti præmissa omnia et singula firmiter et inviolabiliter in suo robore, prout in suis articulis sunt expressa, opservare promittimus fide super hoc præstita corporali. In cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum Anno Domini M. CCC. X. loco et tempore supradictis.

Enligt teckningen under afskriften i E. 8o. b. 5, hafva funnits qvar, ehuru betydligt skadade, Konung Eriks tvesidiga och Hertig Christophers, Grefve Gerhards och Herr Henriks ensidiga sigill.

1689. 1310 d. 18 Juli. Riseberga.

Ingrid Andersdotters af Kalftorp testamente af Moa gård samt hälften i Onastum, hvaraf andra hälften säljes, till Riseberga kloster, hvarest hon väljer sig grafställe.

A. 3. n.

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Ego Jngridis Andree filia de kalfthorp. Considerans nichil morte cercius et nichil incercius esse hora mortis. et de bonis mihi a deo concessis. anime mee cupiens salubriter prouidere sanctimonialibus in Risæbergh aput quas. meam eligo sepulturam confero Curiam meam quam hereditaui post patrem meum. in Mogæ. cum omnibus mobilibus et inmobilibus. Molendinis. siluis. piscariis. pratis. agris. pro vsibus suis. qualitercumque uoluerint. ordinandam. infra sepes et extra. prope uel remote sibi adiacentibus. ita quod dictam Curiam statim post Mortem meam supradicte sanctimoniales in sua habeant potestate. Jpsis eciam confero medietatem. IIII^{or} solidorum. et duarum ulnarum terre in Onastum. et medietatem uendo. Ad maiorem uero huius mee donacionis ratificacionem presens scriptum sigillis nobilium principum ac dominorum. Erici et waldemari ducum swetie et sigillo sororis mee Jngeburgis postulo Roborari. presentibus eciam viris fidedignis. fratre Johanne et fratre brodde. anundo de ludhgudwi domino anundo et domino astone. quando ipsis. eandem Curiam contuli et eorundem uenerabilium principum sigilla postulaui. Datum

Risæbergh. Anno. domini. M°. CCC°. X°. sabbato proximo. ante festum beate Margarete.

På frånsidan: littera de Moa.

Ett litet och skadadt sigill finnes i behåll; Hertigarnes synas icke hafva blifvit ditsatta.

1690. **1310 d. 20 Juli. Helsingborg.**

Hertigarne Erik och Waldemars skrifvelse om deras med brodren, Konung Birger, ingångna förlikning om Rikets delning och förvaltning m. m.

L. d. II: 1, 89.

Ericus et Valdemarus Duces Sueorum, omnibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod anno Domini M CCC. X. XIII. kalend. Augusti apud Helsingborgh, inter magnificum Principem, Dominum Birgerum Regem Sueciæ, fratrem nostrum, et Nos, super discordiis hactenus motis et habitis, exstitit taliter placitatum. Inprimis quod Ipse habere debeat cum omni jure et dominio, sine diminutione qualibet, terras infrascriptas, scilicet Helsingiam, Fiedrundiam, tres provincias in Vestmannia, quas prius habuit, totam dioecesin Strengenensem et castrum Nycopiæ, terram Ostgothiæ et castrum Stekeborg, terram Vidbo, insulam Visinxō, Grenna, Wijsth et Tuetha, terram Nydiunge, terram Finwidiæ, terram Verendiæ, et terram Gothlandiæ cum Visby et castrum in Wiborg, ita, quod nobis expensas plenarie refundat, si quas pro usibus ipsius castri constare poterit nos fecisse. Item omnia bona sua patrimonialia et acquisita, nec non et partem in monte cupri, quæ ipsum hæreditario jure contingit; his, quæ sequuntur, exceptis curiis, videlicet Simunxō, insula Mörkō, insulis concessis Henrico Borgravio de Strömberg, curiis Harg et Sponga, et molendinis, quæ a nobis idem titulo permutationis habuit, in quarum recompensationem restituit ipse curiam Ekeby. Item bonis Dominæ Hadhvix, et suis hæredibus dimissis per nostras patentes litteras, et bonis pertinentibus ad Dominum Tyrgillum quondam Marscalcum, curiis Faaldanes, colonis in duabus curiis in Suennum ete. Item medietatem redituum provenientium de villa Visby et terra Gothlandiæ ad tempus præsentis placitationis. Aliis vero terris, castris et reditibus regni Sueciæ nostris usibus remanentibus, ita quod ratione terrarum, castrorum et redituum, eidem fratri nostro homagio Nos pari manu et conamine, et in solidum nos astringimus. Et si alterum nostrum mori contingat, tunc terræ, castra et reditus prædicti ad superstitem integraliter revolvantur. Item placitatum est, quod idem frater noster in terris suo dominio dimissis, nulla castra de novo construat, nec nos in terris nostris versa vice. Quodque omnes regni Sueciæ incolæ, in cujuscunque dominio fuerint, gaudebunt suis libertatibus

et juribus, quibus gaudebant ab antiquo, eo salvo, quod ex caussa rationali subsidium peti posset et suscipi de subditorum beneplacito et assensu. Præterea in terris nostris Dominus Rex frater noster nihil præcipere, vel mandare sive judicare debet, nisi de suis hominibus, et his quæ superius nominatim sunt expressa. Nec debet castrum sive munitiones, vel terras aliquibus in perpetuum, vel ad tempus vendere, impignorare, extra manum suam ponere, vel alienare quoquo modo. Quæ omnia ipsi fratri nostro facere volumus et servare. Item omnes Milites et Armigeri utriusque nostrum libertates et jura habeant, quibus usi fuerunt ab antiquo. Item omnia remissa. Item omnes diligendi. Captivi omnes dimissi liberi. Est etiam placitatum, quod Magnifici Principes et Domini, Ericus Daciæ, et Birgerus Sueciæ, Dei gratia Reges, Christoferus Dux, Gerardus Comes Holsatiæ, Henricus Magnipolensis, et Nos mutuo nos juvabimus contra quemcunque hominem nunc viventem, consiliis et auxiliis opportunis. Castrum vero Norcopiæ inchoatum debet penitus demoliri. Datum et actum die et loco præmissis.

1691. 1310 d. 22 Juli.

Kyrkoherdarne Nicolai i Sollentuna och Nicolai i Skepptuna svar till Ärkebiskop Nils i Upsala, angående fullgörandet af den erhållna befallningen, att i kyrkorna förklara Ärkedjeknen Olof bannlyst.

A. 2.

Venerabili jn christo patri ac domino suo domino Nicolao dei gracia Archiepiscopo vpsalensi. Nicolaus de solandatunum et Nicolaus de skieptunum ecclesiarum rectores. debite subiectionis et obediencie promptitudinem cum reuerencia et seruicio deuoto. Recepimus dudum paternitatis vestre litteras jn hec verba. Nicolaus diuina &c. *Se föreg. N:o* 1680. Volentes igitur paternitatis vestre mandata jn omnibus secundum dictum exsequi reuerenter et efficaciter vt tenemur, accessimus personaliter ad singulas ecclesias vpsalie, bæling et stocholmis, et litteras vestras predictas jn ipsis hora congrva presentibus plurimis clericis et laicis publice legimus et exposuimus jn uulgari, ac dominum Olauum archidiaconum vpsalensem predictum excommunicatum publice nunciauimus secundum ipsarum continenciam litterarum, hoc eciam jn nostris ecclesijs similiter facientes. Jn Cuius Rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Scriptum die beate Marie Magdalene.

På frånsidan: littera de, domino Olauo archidyacono, vpsalensi; *med annan hand:* quod excommunicabatur ad mandatum archiepiscopi.

Sigillen skadade, på tvenne ur brefvet klippta remsor.

1692.

1692. 1310 d. 7 Sept. Kalsbacka.

Bengt Petersson och hans syster Margaretas salubref på en lott i en äng till Nils Kettilssons enka, Fru Bengta.

A. 6. a.

Omnibus, ad quos presentes littere peruenerint. Benedictus pætersson. et Margareta soror sua. salutem jn domino sempiternam Tenore presencium. constare volumus, Omnibus Euidenter, nos nobili domine, Benedicte relicte domini nicholai kiætilsson totam partem in prato dicto hiardæwiikk. ad nos pertinentem, per testes ydoneos. ac eciam secundum legum formam, testimonialiter vendidisse Pro precio competentj, humiliter supplicantes, ne quis successorum nostrorum. seu quiuis alter, dictam nobilem domjjnam (!) siue heredes eius velit. aut conetur, super hac condicione. Molestare, vel turbare, seu quomodolibet jnpedire. Ad istud autem precauendum. ne in posterum aliqua possit vel debeat. cauillacionis materia suborirj, sigillo nostro, vna cum sigillis discretorum videlicet domini johannis de kaheret, et Domini gislonis clerici eiusdem domine .B. presentes litteras, duximus Roborandas. Actum, et Datum. kalsbackæ. Anno domini. M°. CCC°. decimo. jn vigilia natiuitatis virginis gloriose.

Sigillet N. 1 skadadt, 2 och 3 bortfallna.

1693. 1310 d. 8 Sept. Stegeborg.

Konung Birgers stadfästelse på det byte, hvarigenom Konung Magnus erhållit jord i Walmunsö, Ekeby och hospitalstomten vid Stockholm, af Upsala domkyrka, emot jord i Norby i Wingru, i Husabybro, fisket under bron i Upsala och halfva ån på ett bestämdt afstånd, hvilket byte Marsken Thorkel Knutsson å kronans vägnar klandrat och kyrkan afhändt jord i Husaby Bro och Staf, som nu återställes.

A. 3. a.

Byrgerus dei gracia sweorum gothorumque Rex. Omnibus presentes litteras Jnspecturis. Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod Nos permutacionem prediorum, per bone memorie patrem nostrum karissimum dominum Magnum, Regem swecie illustrem, cum ecclesia vpsalensi olim factam de prediis infrascriptis, videlicet in Walmunzø. Tredecim oris terre cum dimidio, et duobus denariis cum dimidio, Jn Ekiby duodecim oris terre, et area tota sita prope stocholmis, in qua aliquando fuit domus leprosorum, Cimiterio dumtaxat excepto. Que predia jdem pater noster habuit de ipsa Ecclesia vpsalensi Recompensando sibi in Wingru, in villa Norby, viginti duas oras terre, Jn husaby bro, dimidiam Marcham terre, Jtem piscariam vpsalie sub ponte, et medietatem ampnis ibidem ad orientem, jn longitudine sexcentorum quinquaginta pedum, que sic ibi tri-

bus limitibus est distincta', prout hec omnia in litteris dicti patris nostri super hoc confectis plenius continentur, ratam, gratam, et firmam perpetuis temporibus esse volumus, licet thyrgillus quondam Marscalcus noster, predictam permutacionem nostro nomine aliquando nisus est infirmare, auferendo supradicte Ecclesie vpsalensi duodecim oras terre, videlicet in bro husaby, dimidiam Marcham terre. et in stafh. vñam Marcham terre, vltra id, quod expressum est in permutacione superius nominata, Quas duodecim oras terre. eidem Ecclesie vpsalensi exnunc restituimus pleno jure perpetuo possidendas, cum permutacio sepedicta facta cum patre nostro tanto sit tempore obseruata pacifice et quiete quod swadente iusticia secundum leges patrie iuste nec potuit nec debuit retractari, Jn Cuius ratificacionis et restitucionis nostre euidenciam pleniorem, secretum nostrum quia sigillum nostrum maius penes nos non habemus presentibus duximus apponendum. Datum apud stækaborgh anno domini, M°, CCC° decimo, jn die Natiuitatis beate virginis.

På frånsidan: Littera domini birgeri Regis super ampne vpsalie.

Sigillet bortfallet, har varit fästadt på ett snöre af silketrådar.

1694. 1310 d. 8 Sept. Upsala.

Anders Erikssons enka, Margareta Eriksdotters fullmagt för Prestmannen Michael, att gifva Abbedissan i Wårfruberga fasta på de gårdar, som hon till klostret bortbytt.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Margareta Erici filia, relicta Andree Eskilsson bone memorie salutem in domino sempiternam, Quia quandam commutacionem curiarum et prediorum cum nobili domina, domina abbatissa de monte beate virginis in insula Fodhøø totoque conuentu ibidem nouiter feceram, committo exhibitori presencium domino Michaeli presbitero styrberni Thorstenson auctoritatem plenariam, ad dictum prediorum concambium prefate domine abbatisse firmarios et testes dictos in wlgari lysn seu fastar in communi placitacione dandi et pronunciandi, ac ex parte mea libere nominandi, Ratum et gratum habens, quidquid dictus dominus Michael in hoc negocio nomine meo hac vice fecerit, ac si personaliter facerem si adessem. Sed quia sigillum proprium non habui, sigillum styrberni Thorstenson in premissorum rati habicionem duxi presentibus apponendum, Datum vpsalie anno domini M°. C.C.C° X°. in die Natiuitatis beate Marie, virginis gloriose.

Sigillet, jemte den ur brefvet klippta remsan, borta.

1695. 1310 d. 12 Sept. Skeninge.

Folke Jonssons fullmakt för Ärkebiskop Nils i Upsala och Priorn Israel i Sigtuna, att förpanta hans i öfre Sverige belägna gods för 50 mark silfver, i Lödöse vigt.

B. 2: 46 & 104.

Omnibus presens scriptum Cernentibus, FULCO JONSON salutem in domino sempiternam, tenore presencium constare volo, omnibus euidenter, quod venerabili patri domino nicolao, dei gracia archiepiscopo vpsalensi et religioso viro fratri israeli priori sictuniensi auunculo meo karissimo predia mea vbicunque in superiori swecia sita, auctoritatem ac potestatem plenariam do et committo pro quinquaginta marcis puri argenti sub pondere lydhosiensi inpignorandi, ordinandi, obligandi ad vnum diem quem eis placuerit, prout meis vtilitatibus viderint aut iudicauerint, expediri, ratum et gratum habiturus quicquid per ipsos, ordinatum, gestum aut procuratum fuerit in premissis Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo, magnifici principis, domini mei birgeri, dei gracia sweuorum gothorumque regis presentibus est appensum, datum skæningie anno domini Millesimo CCC° X° sabbato proximo post natiuitatem beate virginis gloriose.

1696. 1310 d. 14 Sept. Vårfruberga.

Anders Eskilssons enka, Margareta Eriksdotters fastebref på byte af jord i Husaby Vansö, Plangastum, Husaby Byringe, Askarne, Sanda, Hedemora, Söderby, Himinum, Skumera, Lilla Vestby till Abbedissan Kunigund i Wårfruberga kloster, emot jord i Svepenäs och Nordhamra.

A 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis, MARGARETA ERICI filia, Relicta Andree Eskilson, bone memorie. Salutem in domino sempiternam Quoniam propter hominum labilem memoriam viteque breuitatem, acta hominum multociens in dubium reuocantur, nisi litterarum testimonio ac scripturarum superstite perhennantur, Constare volo omnibus euidenter me cum nobili et religiosa domina, domina Kynigundi abbatissa de Monte beate virginis Marie totoque conuentu ibidem quandam commutacionem curiarum et prediorum fecisse in hunc modum, Recognosco minirum me dicte domine abbatisse conuentuique eiusdem curiam meam in husaby vansø cui subiacent XIII ore terre cum .I. solido terre Jtem in plangastum .X. solidos terre Jn husaby byringi VIII° solidos terre, Jn Askarnum .V. solidos terre cum dimidio Jtem in Sandum vnam oram terre dimidio tercio denario terre minus Jn hedhymorum vnam solidum terre Jn Sudherby vnum solidum terre. Jn himinum vnum solidum terre. Jtem in Skumarum vnum solidum terre et in listlavæstby dimidium solidum terre, Cum omnibus predictis curiis et

prediis attinentibus silicet cum pratis, agris, siluis, piscaturis et molendinorum locis, permutacionis titulo totaliter et plenarie, sine omnimoda kalumpnia dimisisse, Assignando et appropriando prefate domine abbatisse suoque conuentui ius plenarium de predijs predictis pro libito sue voluntatis ordinandi, dandi, commutandi, alienandi, ac pro commodo suo quo voluerint disponendi, Ceterum fateor et protestor me a sepedicta domina abbatissa et conuentu eiusdem, curiam in Suepunæs cui subiacent XII ore terre, dimidio solido terre minus et curiam in Nordhhambri cui subiacent XII ore terre, cum omnibus eisdem curijs attinentibus et adiacentibus, silicet pratis agris, siluis et piscaturis Jntegraliter recepisse, Mihi eadem predia meis que heredibus perpetuo possidenda, Predicte autem commutacionis testes aut firmarij wlgariter dicti fastar, et presentes viri dicti vidhervarumen fuerunt infra scripti, videlicet Laurencius de bierbÿ, Thomas de arbÿ, Laurencius de bershambri, kettiluastus ibidem, vlfo ibidem, Nicolaus de stenbÿ laurencius de lundbÿ, vlfo de vighbÿ Ernuastus de Grÿtbÿ Johannes de lundbÿ Siluastus de soløø Johannes de bierghum Olauus de soløø et Jngulfus de vallum, Jn premissorum autem magis euidens testimonium et Rati habicionem firmiorem peto sigilla dominorum nobilium silicet domini Birgheri pæterson legiferi oplandiarum et domini Philippi Jngiualdson vna cum sigillo stÿrberni Thorstensson presentibus apponenda, Actum et Datum apud montem beate virginis Anno domini M°. C.C.C°. X° in die exaltacionis Sancte crucis.

Sigillen borta, remsorna qvar.

1697. 1310 d. 20 Sept. Lund.

Konung Erics i Danmark intyg om den förbindelse Borgerskapet i Lund åtagit sig att genom upprättande af altaren och andra bottfningar försona Josef Magnussons dråp.

L. 11: 905 *).

Ericus Dei gratia Danorum Slavorumqve Rex, omnibus præsens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, qvod in presentia nostra constituti viri nobiles et discreti, domini Juræs Magnæssun Canonicus Lundensis, Esbernus Magnæssun, Laurentius Magnæssun fratres, ceteriqve consangvinei et amici eorundem ex una parte, et consules ac cives Lundenses ex altera, super controversiis inter ipsos ex utraqve parte pro interfectione Domini Joseph Magnæssun bone memorie motis, modo qvi sequitur conoordarunt: Inprimis enim dicti Consules et cives Lundenses tria

*) Detsamma efter MSC. Bartholin. Tom. V.

altaria construere promiserunt cum libris indumentis ac ornamentis qve ad eadem reqviruntur; in qvorum qvolibet omni sabbatho de beata virgine, in dominicis de sancta Trinitate, precipuis vero festivitatibus de sollennitate illius diei, ceteris autem diebus pro animabus ejusdem Domini Joseph ac omnium fidelium defunctorum misse cum nota sollennitate celebrentur. Ita videlicet qvod dicte misse omni die inchoare debeant statim post missam finitam de beata virgine juxta chorum. Unum enim altare trium predictorum facere promiserunt dicti Consules et cives in ecclesia beati Laurentii Lundis, cui pro sustentatione presbyteri ejusdem altaris, qvi pro tempore fuerit, annuos reditus triginta marcharum novarum scanensium promiserunt assignare; secundum vero in ecclesia beati Lucii Roskildis, ad qvod etiam assignare tenebuntur dicti consules et cives reditus annuos sexaginta marcharum sjallandensium pro sustentatione presbyteri in illo altari celebrantis. Tertium autem altare in ecclesia fratrum Prædicatorum Lundis, ubi idem Dominus Joseph reqviescit, facere tenebuntur; pro qvo qvidem altari edificando ac perpetuo officiando, ut predictum est, ipsorum fratrum supra dicti Consules et cives satisfacere promiserunt voluntati. Presentatio vero sacerdotum ad duo altaria in ecclesiis cathedralibus supradictis ad Dominum Juræs Magnæssun, Canonicum Lundensem, in vita sua, postmodum autem ad fratrem suum tunc seniorem, qvo mortuo ad subseqventem fratrem pertineat successive: qvibus tribus sublatis de medio, ad decanum ipsius ecclesie, ubi altare constructum est, qvi nunc est vel qvi pro tempore fuerit, pertineat provisio sacerdotum ad altaria supradicta. Insuper procurare promiserunt dicti Consules et cives Lundenses eidem Domino Joseph participationem omnium bonorum qve fiunt in ordinibus fratrum Prædicatorum et Minorum. Præterea anniversarium ipsius Domini Joseph tenere promiserunt apud qvodlibet altare trium predictorum annuatim, cum missis, vigiliis, XV psalteriis, baldekino, qvatuor cereis, thure, et sollenni compulsatione campanarum. Ad cereos autem predictos inchoandos unum Pund cere deputaverunt, ac eos renovare promiserunt qvotiens fuerit opportunum; et duabus marchis denariorum expendendis apud qvodlibet predictorum; ita videlicet qvod Canonicis Lundensibus, qvi anniversario interfuerint, detur dimidia marcha, fratribus vero Predicatoribus ibidem tantum, vicariis vero due ore, pauperibus scolaribus due ore, qvi vigiliis et missis interfuerint, una autem ora pulsantibus tunc in ecclesia beati Laurentii tribuantur, Reliqva vero portio de qvatuor marcis, qve Lundis expendentur, ibidem inter alios pauperes dividatur. Divisio autem duarum marcharum Roskildis ita fiat, ut videlicet Canonicis dimidia marcha, vicariis due ore, pauperibus scolaribus due ore, qvi vigiliis et missis interfuerint, una ora pulsantibus; reliqva autem portio inter alios pauperes erogetur. Ceterum autem promiserunt facere dicti Consules

et cives qvatuor Prebendas Lundis pro qvatuor scholaribus pascendis sufficienter et vestiendis, qvi qvotidie misse intererunt apud altare supradictum in ecclesia beati Laurentii celebrandi, qvi cum in sacerdotium fuerint promoti, seu alias eos destitui contigerit, alii qvatuor loco illorum ratione consimili eligantur; et sic perpetuo observetur. Item portandum est feretrum a civibus Lundensibus baldakino coopertum ad portam australem Lundis, ubi occurrere debet communitas virorum et mulierum Lundensium nudis pedibus humiliter et devote, et sic portandum per ecclesias civitatis Lundensis, prout cognatis et amicis ipsius Domini Joseph visum tunc fuerit expedire. Illo etiam die, cum feretrum sic portatur, dabuntur qvinqve marce denariorum pauperibus et pro oblatione in ecclesiis beati Laurentii et Fratrum Predicatorum per eosdem cives. Misse etiam animarum in singulis ecclesiis civitatis illo die in expensa ipsorum civium dici debent, et omnes campane civitatis in occursum feretri sollenniter compulsari. Item dare tenentur dicti Consules et cives ecclesie in Thruwæth unum calicem continentem pondere Danico tres marcas puri, intus et exterius deauratum. Preterea providere debent supradicti Consules et cives, ut una missa animarum dicatur sollenniter anno jam instanti in qvalibet cathedrali ecclesia Daciana. Item offerre ipsi Consules et cives tenentur in placito generali Lundensi ad petendum veniam a fratribus cognatis et amicis ipsius Domini Joseph humiliter et devote flexis genibus, cum per ipsos fuerint reqvisiti, ut sic ibi inter eos firma securitas per pacis oscula confirmetur. Item ad conducendum sepedicti Consules et cives se obligant qvatuor viros bone fame ad peregrinandum pro anima ipsius Domini Joseph solummodo et non pro mercimonio, duos ad Sanctum Jacobum et duos ad Apostolorum Petri et Pauli limina beatorum. Presentatio autem et provisio qvatuor scolarium predictorum erit apud Dominum Decanum Lundensis ecclesie secundum modum qvi de altaribus superius est notatus. Altaribus autem tribus predictis ipsi cives Lundenses providere tenebuntur in libris indumentis ac aliis etiam omnibus ornamentis. In qvo si negligentes fuerint vel remissi, poterit ipsos Archiepiscopus Lundensis ad instantiam cognatorum et amicorum ipsius Domini Joseph ad hoc per suas sententias coercere. Promiserunt insuper bona fide memorati Consules et cives altaria predicta construere, ceteraqve omnia qve premissa sunt facere circa festum beati Michaelis anni instantis qvantum possibilitas ipsorum civium se extendit; ita qvod omnia et singula finem debitum et congruum sortiantur infra qvadriennium computandum a festo beati Michaelis supradicto, postmodum prout premissa sunt in perpetuum duratura. Voluerunt autem, et ad hoc se specialiter, non per errorem sed ex certa scientia, non coacti sed voluntate propria et libera sepedicti Consules et cives se obligarunt, qvod si predicta omnia et singula infra trien-

nium predictum legitime instituta ac fine debito et congruo non fuerint ordinata, extunc elapso quadriennio supradicto Lundensis Archiepiscopus, qvi pro tempore illo fuerit, in personas singulares Consulum ac uxorum et filiorum eorundem excommunicationis, in communitatem vero ipsius civitatis interdicti, sententias, ad reqvisitionem cognatorum et amicorum ipsius Domini Joseph, licentiam habeat proferendi. Qvod si predictus Archiepiscopus in sententiis hujusmodi in ipsos Consules et civitatis sepedicte communitatem proferendis reqvisitus noluerit consentire, vel non poterit interesse, ipsos ac communitatem superius tactam interdictioni venerabilis Patris Domini Episcopi Roskildensis, qvi tunc fuerit, subjicierunt Consules et cives sepedicti, ut predictas sententias in ipsos proferre poterit ad instantiam predictorum, jurisdictionem ipsius ordinariam, qvantum ad hec, in ipsos specialiter prorogantes. Ita etiam, qvod predicte sententie, si eas in ipsos et communitatem predictam sic contigerit promulgari, nunqvam nisi de voluntate et consensu amicorum et cognatorum ipsius Domini Joseph poterint relaxari. Renuntiaverunt insuper omnibus exceptionibus juris et facti, doli et mali, coactionis, in integrum restitutionis, petitioni omniqve auxilio et defensionibus juris Canonici vel Civilis, si qve ipsis competunt seu competere poterint in futurum, circa premissa vel aliqvod premissorum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lundis Anno Domini MCCCX, dominica proxima ante diem beati Matthei Evangeliste.

1698. 1310 d. 26 Sept.

Gyrd Nilssons tillkännagifvande, att så väl han, som Abboten i Nydala, godkänt det utslag, hvilket å båda sidor utsedde Gode Män gifvit i tvisten med Nydala kloster om råmärken för Staplahult och Skärfsjöryd, likväl utan verkan på hvad han egt af Fryeleds allmänning, och Abboten af bönder förvärfvat under tvisten, hvarjemte Ingabo bibehålles vid sin gamla rättighet till skog.

A. 3. x.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Gyrdo niclasson eternam in domino salutem, Tenore presencium notum facio euidenter quod in causa que inter me ex vna parte, et virum reuerendum dominum Johannem Abbatem noue vallis ex parte altera, super quibusdam predijs dictis starflohult et skærfsioryþ vertebatur, arbitri vtrimque electj, viri videlicet discreti karolus Thurirson, dominus Arnwidus de kæridhum et fulco mammason, ex parte mea, ex aduersa autem parte dominus Thomas Monachus dicte domus noue vallis, dominus Haquinus de Toftryþ et Gislo de wellisten, eandem causam in hunc modum duxerunt concorditer decidendam, videlicet vt mei termini ab occidente in steenbæk vbi ipse riuulus exit de palude incipientes, et cum eodem riuulo directe ad orientem, vsque quo idem riuus

versus aquilonem incipiat diriuari, procedentes, per quercum quandam incisionem crvcis habentem, viam quandam eleuatam in modum montis transeant, in alteram quercum similiter signatam ad orientem dicte vie, et deinde recto tramite, versus orientem, venientes, in ipso influxu ampnis de meridionali parte venientis, in stagnum proximum, vbi wlgariter dicitur sÿþra, oos, terminentur, jbidem incipientibus terminis dicti domini abbatis, et versus occidentem venientibus in dictas quercus et vsque ad sepedictum vicinum riuum, vbi incipit versus aquilonem diriuari, Qui deinde semper cum eodem riuo versus aquilonem procedentes, in exitu ampnis de stagno predicto, vbi wlgariter dicitur Nÿrraoos, habent terminari, saluis mihi intra predictos terminos domini abbatis, partibus meis tam emptis legaliter litigio pendente, quam prius possessis jure communitatis ex parte ville, Frøle, quod wlgariter bolaskifti nuncupatur, similiter quoque partes quas sepedictus dominus abbas intra supradictos terminos meos de bondonibus litigio pendente comparauit, saluas sibi et liberas existere prefati arbitri concorditer decreuerunt, Hoc addito vt per partem prediorum me vt dictum est contingentem, quibusdam bondonibus de jngaboþom, liberum ad siluam accessum, sicut venerabilis pater abbas noue vallis dominus Nicholaus bone memorie littera sua mediante promiserat, ex parte monachorum dictj monasterij non habeo denegare, Ad que omnia tam nominatus dominus abbas quam ego fide prestita consensum vnanimem duximus adhibendum, Jn cuius rei testimonium siggillum meum presentibus est appensum, Datum Anno domini M° CCC° decimo in sabbato Ante festum sancti Michaelis.

Sigillet, jemte den ur brefvet klippta remsan, borta.

1699. 1310 d. 1 Oct. Stockholm.

Hertigarne Erik och Waldemars stadfästelse på ett halft markland jord i Torp i Husaby Bro, hvilket Konung Magnus i byte afstått till Upsala domkyrka, men Marsken Thorkel Knutsson velat klandra.

A. 7. a.

Ericus et Waldemarus dei gracia duces sweorum Omnibus presentes litteras Jnspecturis, salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi, quod Nos dimidiam Marcham terre jn husaby bro. in thorpe. quam Ecclesia vpsalensis de patre nostro karissimo domino Magno condam rege sweorum illustri bone memorie permutacionis titulo habuit, et longo tempore possedit pacifice et quiete, sibi restituimus pleno jure inperpetuum possidendam, Ratum habere volentes, quod per dictum patrem nostrum factum fuit in hac parte. sicut in litteris eiusdem patris nostri plenius continetur. Non obstante,

obstante, quod dominus Thyrgillus condam Marscalcus eandem permutacionem nisus fuit infirmare. Jn Cuius restitucionis et Ratificacionis nostre euidenciam pleniorem Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum stocholmis Anno domini Millesimo, CCC°, decimo, die beati Remigij Episcopi et confessoris.

Ett söndrigt Sigill hänger på silketrådar.

1700. 1310 d. 14 Oct.

Christian, Erik och Likvid, f. d. Advocatus i Stockholm Christierns söners, samt Nils Jonssons gåfvobref på Sandby och Skyllinge i Sånga socken samt Södra Berga i Skå socken på Färingön, till Gudmund, för långvarig och trogen tjenst.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Cristiarnus. Ericus. Likuidus. filij quond*am Cristiarni* aduocati stokholmensis. et Nicholaus Jonsson. salutem in omnium saluatore. Quoniam seruicium fideliter impensum digne remunerari debere lex diuina precipit. et suadet racio naturalis. hinc est quod nos considerantes seruicium, Gudmundi exhibitoris presencium qui predicto Cristiarno fideliter seruierat et laudabiliter multis annis. volumus nos heredes sui sibi pro fideli seruicio fideliter prouidere, dantes illi bona dicti cristiarni que sita sunt in færingaø. perpetuo et heredibus possidenda. videlicet in. sanbÿ. in parochia. sunga. solidum terre, in skiollunge in eadem parochia quinque denarios terre. in sÿdra berghum. in parochia ska vnum solidum terre, Jn cuius facti euidenciam pleniorem presentem litteram sigillis omnium nostrum eidem dedimus consignatam. Datum Anno domini. M°. CCC°. decimo. in festo sancti kalixti pape et martiris gloriosi.

Sigillen N. 1 och 4 bortfallna, remsorna qvar; 2 och 3 skadade.

1701. 1310 d. 18 Nov. Lundatolft.

Ärkebiskopen i Upsala Nils Kettilssons föreskrift, att hvarje åbo på Folklandsthingstad skall årligen erlägga 4 mark penningar till Lundatolfts kyrka och ett öre till församlingens Pastor.

B. 2: 139. (& 92.)

Omnibus presentes litteras inspecturis Nicolaus diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod cum inhabitantibus villulam forensem, dictam folklanzthingstadh, talis

facta est ordinacio, quod ipsi de qualibet curia quatuor denarios vsuales ecclesie lundatolft, pro iure parochiali, ad ipsius reparacionem ecclesie et luminarium sustentacionem, soluent omni anno, Sacerdoti vero pro decimis de animalibus, et personalibus, dabunt vnam oram, Ne igitur super huiusmodi ordinacione facta in nostra presencia, aliquod dubium in posterum oriatur, presentes eis litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas, datum apud ecclesiam predictam lundatolft Anno domini M° CCC° decimo in octaua beati martini episcopi et confessoris.

Öfverskrift: Jtem ordinacio N. archiepiscopi quod quilibet in folklanzthing tenetur dare ecclesie ibidem quatuor denarios anno et curato I oram.

1702. 1310 d. 18 Nov. Lund.

Ärkebiskop Esgers i Lund föreskrift, att de Tyskar som vistas i Lund, utan att bebo egna trädgårdar eller hyra hela gårdar, men uppehålla sig i bodar eller hyra hos andra, skola bruka cryptan under St Laurentii kyrka till sin sockenkyrka såsom förut varit brukligt. B. 1: 120.

Esgerus dei gracia lundensis archiepiscopus swecie primas, dilectis mihi in christo tam clericis quam laycis in ciuitate lundensi commorantibus vniuersis, Salutem in omnium saluatore Cum consuetudinis vsus que longeui non sit leuis auctoritas. et plerumque discordiam parant nouitates. non intendimus vt jus alicuius perturbari debeat. vbi remedium ponere possumus oportunum. Quapropter cum sit propositum coram nobis. quod omnes alemanni in ciuitate lundensi qui in propriis ortis non habitant *) vel eciam integras non conducunt curias alienas. sed in tabernis habitant. et qui domos conducunt in aliorum curiis speciales. Criptam in ecclesia beati laurencii visitare tamquam parrochialem ecclesiam teneantur. jbidem ecclesiastica recipere sacramenta. secundum consuetudinem antiquitus obseruatam. Volumus et per presentes firmiter demandamus. vt quod in casu premisso a predecessoribus factum esse dinoscitur. a successoribus firmiter obseruetur consuetudinem talem racionabilem. per istas litteras nostras confirmantes. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum vna cum sigillo lundensis capituli. presentibus duximus apponendum Datum lundis. anno domini M CCC X Jn octaua beati martini episcopi.

Öfverskrift: Omnes alemanni non habentes proprias mansiones in lundis tenentur visitare criptam. tamquam eorum ecclesiam parrochialem.

*) *I Codex står* habitans, *hvilket med äldre hand blifvit rättadt.*

1703. 1310 d. 23 Nov. Hermanshult.

Brynolf Bengtssons, samt Ingrid och Ingegerd Swantepolks döttrars stadfästelse på sin faders gåfva af Kaga gård till Wreta kloster.

A. 3. t.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNIOLPHUS BENDICTSSON. JNGRIDIS et INGIGIÆRDIS quondam filie domini Zwantæpolk salutem in domino sempiternam Notum facimus omnibus presentibus et futuris nobis gratum permanere, quod nobilis miles dominus Zwantæpolk felicis memorie curiam suam Jn caogha ad claustrum Wretæ iure perpetuo contulit possidendam, Cuius rei donacionem litteris nostris ratificamus et sigillis Presentibus uiris fidedignis et discretis videlicet domino kanuto Jonsson legifero osgotorum, Domicello Ernist, Domino laurencio kiætilsson Domino Thorstano kanonico lyncopensi Domino ingone kanonico lyncopensi quorum sigilla presentibus sunt appensa Datum hermanzhult Anno domini M°. C°C°C°. X°. jn crastino cecilie uirginis gloriose.

Sigillen N. 1 och 2 borta, 3—6 mer och mindre skadade, 7 och 8 fullständiga.

1704. 1310 d. 3 Dec.

Magnus Gregerssons, efter sin son Peter, med enkan Helenas och Prioren i Sigtuna, Israels samtycke, upprättade testamente, hvarmedelst penningar gifvas till Sigtuna och flere kloster, till Upsala domkyrka, samt till några kyrkor och Prester, hvarjemte, för utgörandet af de dertill bestämda beloppen, hans gård Dalby i Södermanland sättes i pant.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis. MAGNUS GREGORISSON. salutem in domino sempiternam. Constare volo tenore presencium euidenter, Quod pro anima petri filii mei. de consensu domine Elene relicte sue, et de consilio Religiosi viri fratris jsraelis Prioris sictuniensis. Awunculi dicti petri. confero, deputo, et assigno Conuentui sictuniensi Centum Marchas denar. vsualis monete nunc currentis. tam racione testamenti. quam racione delicti in dictum conuentum soluendas infra annum et diem. a tempore date presentis computandum. pro quorum solucione obligo quantum opus est de bonis mobilibus dicti petri, de consensu predicte domine elene, et fratris jsraelis prememoratorum Jtem ad frabricam (!) ecclesie vpsalensis .V. Marchas denar. fratribus Minoribus vpsalie. tres Marchas denar. jtem fratribus predicatoribus. in vestraarus .II. Marchas, fratribus predicatoribus in strengnes .II. Marchas denar. jtem fratribus Minoribus Enicopie .III. Marchas denar. et vnam hospitali ibidem. Jtem sororibus monasterii sancte clare apud stocholm .III. Marchas denar. fratribus Minoribus ibidem .II. Marchas denar. Jtem ecclesie et presbitero jn fittium vnam. Marcham denar. equaliter jnter

se diuidendam, Jtem presbitero in Aspu. duas. Marchas denar. Ecclesie ibidem. vnam Marcham denar. Pro soluendis autem predictis legatis aliis, a fratribus sictuniensibus et quibuslibet aliis debitis restitucionibus, et ad satisfaciendum lesis, siqui apparuerint, deputo et obligo curiam dalby in sudhermannia dicti petri, et de aliis bonis suis quantum fuerit opus. Acta sunt hec et puplicata in sepultura dicti petri. Anno domini. M°. CCC°. decimo. feria quinta. proxima post festum beati andree, Testes autem qui huic ordinacioni presentes fuerunt. sunt hii. Dominus Petrus Ragwaldson, karolus tukason. abraham thorstenson, benedictus sighurdhason, Ólauus de languthoru, Laurencius Cornhest Narwo, siggo braxator. jngiwaldus de lundastum, et alii quam plurimi fidedigni. Actum et puplicatum in sepultura sua. Anno et die supradictis. Jn Cuius Rei testimonium sigillum meum proprium presentibus est appensum. et quia Ego Elena sigillum proprium non habeo, sigillum Religiosi viri fratris jsraelis prioris sictunensis presentibus meo nomine apponi peto.

Sigillen något skadade.

1705. 1310 d. 28 Dec. Hessleby.

Peter Jonssons och hans hustru Sestrids, m. fl. medarfvingars medgifvande, att deras slägtinge, Biskopen i Linköping Carl, egde att, utan deras klander, efter behag anordna om sina fäderne och mödernes fastigheter i Hwem och Linderyds socknar, sedan han åt dem afstått resten af sina gods.

A. 7. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Petrus joon son, et vxor sua Sestridis, Nicholaus et uxor sua gyridis, Margareta et filius suus Benedictus, Et Crisstina Relicta haquinj birghæ son, Salutem in domino sempiternam, Quia uenerabilis pater, et dominus noster, Dominus karolus dei gracia Episcopus Lincopensis, speciali nos Dileccione prosequens, et pietatis affectu amplectens, omnia bona sua, que ad ipsum ex successione paterna et materna, jure hereditario sunt deuoluta, hiis que in parochiis, hwæm et lynderuth habet. dumtaxat exceptis, nobis et heredibus nosstris sue liberalitatis gracia, assignauerat, jure perpetuo possidenda. Nos consensum nostrum, beneuolenciam, et fauorem adhibemus, ut de bonis, que in dictis parrochiis hwæm et lyndæruth, obtinet, pro salute anime sue, ordinare valeat, ad sue libitum voluntatis, adempta nobis et heredibus nostris facultate dicta bona quoquo modo inpediendi, uel Reuocandi seu contra factum nostrum, in hac parte aliqualiter veniendi, Ad Euidenciam igitur premissorum, Sigilla nostra nos qui habemus, vna cum sigillis consanguineorum nostrorum, dominorum thorkilli dyacn, holmuidi elef son,

sigmundi æringislæ son, Wimundi prepositi Lincopensis, et canuti decani ibidem, presentibus duximus apponenda, Petentes humiliter et instanter, easdem sigillis, Magnificorum principum, Dominorum Birgeri Dej gracia sweorum gothorumque Regis illustris, et ffratrum eius Ducum communiri, Datum hæslebÿ, anno Dominj, M°, CCC°, Decimo, Die sanctorum Jnnocencium.

På frånsidan: Consensus heredum episcopi karoli super fundacione prebende in ecclesia vexionensi.

Sigillen N. 1, 2, 4, 5, 7, 9, mer eller mindre skadade; N. 3, 6, 8, 10—12 bortfallna.

Tillägg: Förbigångne och Odaterade.

1706. 1202—1241.

Konung Waldemars privilegier för Lybeckarne på Skanörs och Falsterbo marknader.
L. c. 12.

Rex Waldemarus antiquis temporibus contulit Ciuitati lubicensi, quod in nundinis sconore et valsterbode eorum ciues possint et debeant ibidem vendere bona minima cum magnis, et emere quecunque ibidem vendenda inuenta fuerint, et quod ibidem tunc preficiant advocatum, quem voluerint, quod ille judicet omnes excessus et culpas preter excessus manus et colli, et sic omnibus regum temporibus est usque in hodiernum diem stabiliter obseruatum et preter bla et blot, et hoc vltra suos cives et vltra eos, qui ipsius ciuitatis juri adherent. Sed suum justum theloneum domini regis officialibus debet quilibet ministrare; pannos cum vlnis possunt vendere, possunt eciam alia vendere cum pondere et besemere et cum punder et hoc ideo, quia dictus Rex tales libertates contulit in ipsis liberis nundinis observandas.

Bona nostra racione thelonei sunt vnvorvaren, donec primus currus, ducens bona ad naves, sit in aqua.

Si officiales Regis dant culpam alicui ciui nostro, ille expurgare debet se cum nostris ciuibus, et non cum aliis.

Ciuis nostri, ibi morientis, bona recipient sui proximi, si ibi fuerint; si non, noster aduocatus et nostri probi ciues ea deducent, et ea proximis heredibus presentabunt; in quo advocati regis nichil habent juris.

Si quisquam ibidem ducit aliqua bona in terram, ad vendendum ea, de talibus bonis theloneum dare non debet, si ibi habet bodam, nauem, hudeuat, vel mattan in nundinis.

Ibi non debet esse aliquis Woltforinghe, nisi violencia, que fit mulieribus, ligatio manuum supra dorsum ubi fortum non est, et compedicatio alicuius, clausis januis, sine excessu et jure et racione.

Quecunque nauis venit ad terram, illam exonerant licite homines quando veniunt.

Quiccumque ibi quis emit, hoc debet educere libere et in hoc prohiberi non debet.

Die dominico ante michael. dantur noui denarii pro theloneo et non prius.

In nostra vitta, nemo jacere debet, nisi tunc noster aduocatus et nostri ciues ei fauent.

Nullam tabernam venalem habemus in vitta, sed cerevisiam dare possumus per amphoras pro denariis.

Si furem cum re furata presentamus aduocato regis, sive ligatus fuerit aut non ligatus, in eo non peccamus.

Si ciuis noster claro die emit jumentum, quod forte furatum est, in eo non habet culpam emens, quoniam ipsum furatum fuisse ignorabat, si forte ille venit, cui furatum erat, illud recuperare volens.

Quilibet habens ibi bodam hereditat eam super suos proximos, dummodo regi satisfaciat de loco.

1707. 1223—1268.

Biskopen och Kansleren Cols i Strengnäs Testamente af penningar till kyrkor och kloster, samt sina barn och en tjenare Assur, med uppdrag åt Abbedissan och Konventet i Risaberga, att exeqvera detsamma, så snart säker underrättelse ingått om hans död.

A. 3. n.

C. dei gracia stregnensis ecclesie Episcopus, et Cancellarius Regis Suecie, Reuerende domine eadem gracia Abbatisse in Rishberc, atque dilecte sorori sue totique conuentuj sanctimonialium ibidem. oracionis deuote suffragium. salutare. Cum omnes nos uiam vniuerse carnis intrare deuitare non possumus. necessarium nobis est et oportunum. ut de temporalibus nobis, que sempiterna sunt procuremus. Hinc est quod prehabite et vniuersali dileccioni uestre intimamus. primum deo gracias agentes. quod omnia debita que claustro uestro pro scintilla nostra. id est filia, persoluere tenebamur persoluimus, cum effectu. Notum eciam uobis sit et vniuersis, quod cathedrali ecclesie nostre stregnensi quatuor Marcas argenti duas pro testimonio, et duas pro debito psalterij assignamus. et quilibet (!) claustro regule sancti Benedicti in nostra diocesi constituto, duas Marcas argenti assignamus. Fratribus eciam maioribus in westraarus libros quos a nobis tenent inconcesso assignamus. et fratribus minoribus in østraarus. et fratribus maioribus in sicthunia et fratribus minoribus in sudhercopia, cuilibet claustro, duas Marcas argenti, assignamus et cuilibet ecclesie tantum in nerchia. de nostris denariis, dimidiam Marcham denariorum assignamus. Eciam fideli famulo nostro Asur qui nobis diutino labore subseruiuit et indefesso. sedecim Marcas argenti et uiginti Marcas gottensium denariorum quos apud uos seruastis assignamus. quod super est. prout uestra prouiderit discrecio, filiis nostris disponatis. Jstam nobis condicionem, et beate marie virginis filio, honorem. si de medio nos migrare contigerit, facientes. Ne igitur nostro testimonio quod adhuc uita comite disposuimus. quisquam contraire presumat. litteras nostras cum sigillo tradidimus Roboratas. de omnibus uero hiis nichil disponatis donec de nostra uita siue morte certitudinem habeatis.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1708. Omkring 1230.

Utkast till ett fördrag om de friheter, som Tyska och Gottländska handlande skulle hafva i Nowgorod.

L. c. 29.

In nomine domini amen. Notum et euidens sit omnibus christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, quod, secundum iusticiam, ab antiquis a mercatoribus inter ruthenos nogardie habitam, hec eorum iusticia et libertas noscitur exstitisse. — Cum mercatores theuthonici vel gotenses veniunt in berkø, in regno regis nogardiensium, erunt sub pace et protectione regis et nogardiensium, et quicquid eis in dicione nogardiensium iniurie irrogatum fuerit, super hoc nogardienses respondebunt; eandem protectionem et pacem habebunt mercatores predicti in reditu ad locum prefatum, quam et in veniendo. Cum autem mercatores venunt (!) in aquam, que dicitur Nv, fruentur libertate, quam ab antiquo in omnibus habuerunt.

A loco, ubi primo inchoat dominium nogardiensium, hospites libere utentur silua, secando ea, de quibus habent necesse, ascendendo et descendendo.

Item hospites estiuales, cum venerint in terram, erunt sub antiqua pace, et, si uoluerint hospites, Rex, Borchrauius, dux et nogardienses discreciores osculabuntur crucem, sicut moris est, in signum pacis et fedus concordie et amoris.

Cum hospites in regno nogardiensium et sub eorundem pace et protectione sunt, si res eorum furto subtracte fuerint, et summa furti sit infra dimidiam marcam kvnen, reus se redimere poterit cum II. marc. kvnen; si vero supra predictam summam et infra dimidiam marcam argenti furtum commiserit, virgis decorietur et ad maxillam cauteriabitur, vel redimat se cum X. marc. argenti. Qui autem ultra dimidiam marcam argenti furatus fuerit, communem subibit sentenciam. Si furta predicta commissa fuerint inter berkø et engera, intimabitur Oldermanno de engeren, qui veniet infra duos dies; et si infra duos dies non venerit oldermannus, illi, qui furem deprehenderunt, secundum quantitatem furti de eo iudicabunt, nec eis super hoc imputari debet excessus. Simile erit, si furtum contigerit inter engeren et aldagen, et ita deinceps usque nogardiam veniatur.

Cum hospites hyemales venerint ad torrentem, qui dicitur vorsch, intimabitur oldermanno vectorum, qui dicuntur vorschkerle, vt mane veniant ductores; et decoquetur eis ipso mane vnum caldarium et non plus, quo decocto et expedito, dicti vectores sine dilacione expedient mercatores; nec aliqui assumentur in lodias, nisi viri robusti et ydonei, per quos res hospitum conseruentur. Hiidem vectores, cum ad tabernam peruenerint piscatorum,

rum, recipiant precium suum, videlicet quilibet vectorum VIII. capita martarorum et vnum par maparum, vel, loco maparum, III. capita martarorum; et deinde hospes absque ulla mora expediatur.

Cum autem hospites memorati devenerint ad locum, qui dicitur gesteuelt, quelibet nauis honerata bonis teloneabit vnam marcam cvnen. Nauis honerata grauibus, utpote carnibus, farina, siligine vel brasio theloneabit dimidiam marcam kvnen; nauis uero honerata victualibus ad nichilum obligatur. Thelonearius ibidem scrutabitur bona, pro quibus dandum est theloneum, nec dabitur theloneum antequam bona in nogardiam veniant.

Quando hospites estiuales venerint ante torrentem, qui dicitur vorsch, statim absque mora vectores conducent eos ad tabernam piscatorum, quo, dum perveniant, quelibet lodia dabit vectoribus IIII. panes et vnam scutellam butiri; si panes habere noluerint, dabuntur eis pro quolibet pane due cvnen, et pro butiro III. capita martarorum. Cuilibet vectori dabuntur VIII. capita martarorum et vnum par maparum, vel loco maparum, III. capita martarorum. Idem ius habebunt hospites estiuales de dando theloneo, quam et hospites hyemales, ut supra dictum est.

Cum hospes lodias conducit in nogardia, si lodie occurrerint nauibus in nv, quelibet lodia accipiet precium suum et pernam vel V. marc. cvnen pro perna. Si venerit lodia in occursum mercatoribus in aldagen vel in wolcowe minne, recipiet medietatem precii et dimidiam pernam, vel III. mrc. cvnen. Quecunque lodia cum aliis lodiis conducta non uenerit, precio suo carebit tempore deputato. Quecumque lodia conducta non tamen onerata in decensu confracta fuerit, uel periclitata, similiter precio suo carebit. Cum mercatores cum lodiis ascendunt et ex infortunio aliqua dissensio inter mercatores et vectores orta fuerit, uel percussio interuenerit, et lis per composicionem sedata fuerit non debet eadem dissensio amplius ventilari. Cum mercatores ascendunt wolcowe et veniunt ad veritin ritsagen prima die famuli mercatorum non intrabunt ritsagen, sed secunda die intrabunt et exibunt, cum venerint dhrelleborch. Cum hospes res suas posuit in lodiis, et ex infortunio aliqua lodia periclitata fuerit vel confracta, nichil de hoc ad hospitem, sed pro precio respondebit pro longitudine vie, qua res duxit, et hospes sustinebit dampnum, quod exinde percepit.

Quando naues mercatorum sunt in nv, secundum antiquam iusticiam libere possunt negociari hospites cum carelis et engeris. Cum hospites veniunt in nogardiam debent vehicla esse parata ad deferendas res hospitum, et cuilibet lodie dabuntur XV. cvnen; predictum precium dabitur infra quindenam. Gotenses X. cvnas dabunt pro rebus suis deferendis.

Hospites cum exierint a curia theuthonicorum dabunt lodiis in decensu dimidiam marcam cvnen.

Curie theuthonicorum et gotensium et hospites liberi erunt, ita quod nogardienses nec personis, nec rebus habendis, tractandis uel vendendis aliquas possunt ponere constituciones. Curie hospitum predictorum adeo debent esse libere, ut si aliquis excessum commiserit et ad eas confugerit, non debet dari extra eas in manus alicuius, sed placitari debet pro eo, ac si esset in propria ecclesia constitutus.

Item nulli precones, qui dicuntur schelke, debent intrare curiam gotensium uel teuthonicorum; Nuncius autem ducis curiam intrare potest. Si ruthenus deliquerit in hospitem, intimabitur duci et oldermanno nogardiensium, qui causam complanabunt; si autem hospes deliquerit in ruthenum, intimabitur oldermanno hospitum, et nullus alium accipiet per vestem, sed oldermannus manum porriget pro reo, ut ipsum producat ad racionem.

Item placita hospitum inter hospites et ruthenos habenda sunt in curia sancti johannis coram duce, oldermanno, nogardie(n)sibus et non coram aliquo alio.

Item custos, qui dicitur biriz, nullum habet ius intrandi curiam, nec usquam ante curiam erit, cum non sit de antiquo iure.

Inter curias theuthonicorum in platea non debet esse pugna uel percussio cum fustibus, qui dicuntur velen, quia de huiusmodi ludo insolito ab antiquis in loco predicto posset oriri discordia inter hospites et ruthenos.

Si aliquis ausu temerario curiam theutonicorum uel gotensium inuadere presumserit, uel eam uiolenter intrauerit armata manu, ibique aliquem aut rebus aut corpore molestauerit uel dampnificauerit, dampnum, quod ibidem acceperit, pro suo obtinebit. Si autem euaserit et questio contra eum mota fuerit et deuictus fuerit auctor iniurie, duplicem emendam faciet, scilicet XX. marc. argenti, et quilibet de suis complicibus emendabit II. marc. argenti. Si autem aliquod dampnum in curia fecerit, emendabit; quod si ipse emendare non suffecerit, nogardienses pro eo satisfacient in emenda. Si uero aliquis inuasorum curie aut personarum in curia pro excessu suo detentus fuerit, pena publica punietur. Si quis autem temerarie curie plancas aut portas secuerit, aut in curiam arcu uel aliis armis sagittauerit, aut impetum cum lapidibus uel aliis fecerit, conuictus satisfaciet in X. marc. argenti.

Item omnibus venientibus ad curiam hospitum indifferenter et libere possunt vendere res suas, quia modica uel nulla est differencia mercatoribus inter hospitem et nogardiensem. Simile erit de empcione et vendicione extra curiam, et in eo nichil delinquunt predicti mercatores.

Hospites libere et sine contradictione pueros suos mittant ad discendum loquelam in terram quocumque uolunt.

Item ab ecclesia sancti nycholai usque ad curiam hospitum, curia non debet occupari edificiis usque ad plateam. Cimiterium sancti petri sepietur sicut antiquo consuetum est, et simili modo curia theutoniorum et gotensium.

Sanctus petrus et sanctus Nycholaus in aldachen, secundum iura antiqua, rehabere debent sua prata.

Item si aliqua dissensio emergit inter hospites et ruthenos in nogardia, illa dissensio ita debet complanari et terminari, ut cum hospites estiui uenerint, cum dissensione prehabita nichil habeant disponere, siue terminata sit eadem dissensio siue non. Si etiam aliqua dissensio orta fuerit inter hospitem et ruthenum sedari et complanari debet secundum iura, ut cum hospes abire disposuerit racione dissensionis nullatenus impediatur. Item si fuerit discordia inter hospites et nogardienses, sedari debet in loco, ubi orta est; si autem sedari non possit, nulla pandatio fiet primo et secundo anno, sed si in tercio anno dissensio complanari non possit, et fiat pandatio, admittetur.

Item nullus hospes potest detineri in curia alicuius rutheni, nisi prius indicetur oldermanno, ut premuniat aliquem, qui suspectus est, ne intret curiam rutheni.

Item si aliqua werra uel discordia inter terras circumiacentes et nogardienses (fuerit), racione huius discordie hospes impediri non debet, quia nichil cum werra habet disponere ex parte utraque; quocumque ire uoluerit, libere dimittatur.

Nullus eciam hospes theuthonicus uel gotensis tenetur ire in expedicionem, nec ad hoc de iure poterit coartari.

Si hospes veniens de superioribus partibus terre uersus gotlandiam ire uoluerit, dabit ecclesie sancti vridach marcam argenti, non plus.

Item si hospes debet ducere testimonium in ruthenum, habebit duos hospites et duos ruthenos; similiter ruthenus contra theuthonicum. Si ruthenus et hospes discordauerint in testimonio, et neuter eorum uelit pretestificari, super hoc sorcientur, quis eorum pretestificetur, et qui pretestificatus fuerit, euincet in causa, de qua tractatur.

Si aliquis ruthenus soluere debet hospitibus et ruthenis, prius soluet hospiti quam rutheno; si autem hospiti soluere non sufficiat, redigetur in seruitutem, cum uxore et pueris hospiti, et eum si uult hospes deducere, poterit, dum tamen, antequam eum deducat, publice offerat redimendum; qui autem si de eo intromiserit, hospiti debita persoluet.

Item si clericus in sacris ordinibus constitutus, Oldermannus et nuncius malo casu occidantur, quod absit, dupli emenda satisfiet, scilicet XX. marc. argenti; si uero alius interficitur, emendabitur cum X. marc. arg.; seruus autem proprius emendabitur cum III. marc. argenti; vulnnus viri liberi emendabitur II. marc. argenti, vulnus serui cum dimidia marca argenti. Qui alii dedit alapam, emendabit dimidiam marcam argenti.

Libra bis equari debet in anno, si expedire videbitur, similiter schla (schala) argenti. Bona que adducit hospes ponderari debent in curia in libra, sicut quondam in pondario, et recipiet ponderator IX schin de cap. Bona,

que emit hospes a rutheno, ea ruthenus presentabit ad libram sine expensis hospitis, sed hospes dabit ponderatori IX. schin pro cap, non plus. Quicumque ponderator constituetur, in quacumque libra ponderabit, osculabitur crucem, quod cuilibet ex utraque parte equaliter pondet. Ponderator argenti hospitibus predictis ponderabit sine precio. Quicquid argenti examinator receperit ad comburendum de hospite, superposicionem decomputabit de tali argento, quale ab eo recepit. Cum hospes argentum suum facit ponderari, vna ponderatio debet fieri in una scala, et secunda ponderatio, si placet hospiti. Si aliquis hospes argentum uendiderit examinatori argenti, et, quod ei ponderator argenti exponderat, ille, qui recipit, non reportat; super hoc nogardienses respondebunt. (Stater) lode, qui dicitur cap, debet in grauitate continere VIII. liuonica talenta.

Item per funem sancti petri debet hospes mensurare bona sua.

Cum hospites hyemales uel estiuales exierint a curia et venerint ad vorsch, tunc, si uolunt, accipient vnum ductorem scilicet vorschkel, cui dabunt VIII. capita martarorum et vnum panem.

Quicumque hospites sunt in curia estiuales uel hyemales, et habeant equos, eis utantur bona sua, uel fratris sui, libere adducendo et deducendo cum suis equis.

Curia gotensium cum ecclesia et cimiterium sancti olaui et prata adiacentia in omnibus libera erunt secundum iusticiam habitam ab antiquis.

Uia a curia gotensium trans curiam regis usque ad forum libera erit et edificiis inoccupata, libertate, quam rex edidit constantinus. Jtem circa curiam eorumdem gotensium, secundum iusticiam antiquam ad VIII. passus edificia poni non debent, nec lignorum congeries circumponi, nec aliquid in ea fieri debet preter ipsorum voluntatem.

Item curiam gilde, quam iidem gotenses vendiderunt, non tenentur renouatione pontis aliquatenus procurare.

Jura et libertates prescriptas, quas hospites mercatores sibi in dominio regis et nogardiensium sibi fieri postulant, heedem libertates et iura ipsis nogardiensibus cum in gotlandiam uenerint in omnibus impendentur fauorabiliter et benigne. Amen.

1709. 1252 d. 24 Mars.

Grefvinnan Margaretas och Grefven Guidos af Flandern Bref om de förmåner, hvilka blifvit Gottlandsfarare förunnade.

K. v. 233.

Nos Margareta, Flandrie et Hanovie comitissa, et nos Gvido filius eius, comes Flandrie et Hanovie, notificamus omnibus et singulis presenti-

bus et futuris presentem paginam inspecturis, quod ad instanciam universorum mercatorum romani imperii Godlandiam frequentantes ad honorabilium missorum Hermanni filii Ocgeri de Lubeke et Iordani de Hamborch requisitionem de nostra bona voluntate volumus et concedimus, quod nullus mercatorum in comitatu Flandrensi duello provocetur, nec aliquis eorum propter forefacta bona alterius sed malefactorum pro suo delicto secundum scabinagium et legem terre satisfaciat et puniatur. Nullus etiam mercatorum imperii pro alterius debito coram Scabinis in Flandria contracto vel recognito detineatur nisi principalis debitor vel fideiussor existet, et si continget principalem debitorem et fideiussorem vel fideiussores ipsius ante solutionem totius debiti recedere et non reverti, et per fideiussores non satisfacere, ita quod oportet creditores eos sequi ad civitates vel oppida, ubi habent domicilia, Scabini vel iurati loci illius facient satisfieri creditori a principali debitore, vel fideiussore, vel ab eorum heredibus, sicut habent in bonis secundum iudicium et dictamen Scabinorum Flandrie, coram quibus dictum debitum recognitum fuerat vel contractum, si autem non essent ibi bona, quod sufficiat, fiat iudicium secundum legem et consuetudinem dictorum locorum . . . . . *). Nullus eciam mercator debet in littoribus Flandriæ bona sua propter naufragium amittere, quod de fluctibus poterit eripere, sed pacifice fruatur eisdem. Preterea mercatores vel eorum naves, cum fuerint onerate, si prius non fuerint calumpniate legitime de aliqua re, violenter non detineantur, vel arrestentur nisi recens factum evenit, vel aliqua causa subsit, propter quam teneri possent, secundum terre consuetudinem. Si vero propter debitum fuerit mercator calumpniatus, per scabinos purgare se poterit iuramento suo, et si se purgare noluerit, solvet et emendet secundum legem loci. Ut autem omnia premissa in perpetuum robur obtineant firmitatis presentes litteras sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo dominica Palmarum.

1710. **1266. Odat.** **Wiborg.**

Danske Kanslern, Biskopen Nicolai i Wiborg vidimation af Påfven Clemens IV:s Bulla af d. 11 Oct. 1265.

A. 3. d.

N. dei gracia Wibergensis Episcopus Jllustris Regis Dacie Cancellarius. Vniuersis Presentes Litteras Jnspecturis, Salutem Jn Domino. Noueritis nos

*) Originalet har här af ålder varit förtärdt. *Jfr* L. c. 53.

Litteras domini Pape sub Stilo. Filo. Carta. Bulla. Legittimis. non cancellatas. nec in aliqua sui parte uiciatas. uerbo ad uerbum jnspexisse sub hac forma. CLEMENS Episcopus &c. *Se föreg. N:o 507.* JN cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Wibergis. anno domini M°.CC°.LX°VI°.

Sigillet bortfallet, röda och gula silkestrådar qvar.

1711. **1268 d. 5 Juli.** Slagelse.

Konung ERICS i Danmark bref om de förmåner Lybeckarne blifvit förunnade i Falsterbo under marknadstider.

L. l. 247. och L. c. 95.

ERICUS Dei Gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus hoc scriptum cernentibus in Domino salutem. Ob specialem amorem, quem ad dilectos nobis Cives Lubecenses ex sincero affectu gerimus, ipsorum devotione multimoda exigente scire volumus universos, tam posteros quam præsentes, quod nos ipsis ciuibus ad Nundinas nostras in Skanore declinantibus hanc gratiam concedimus specialem, quod ipsi ciues tempore Nundinarum prædictarum apud Falsterbotha plenam Jurisdictionem super debitis et rixis, quæ dicuntur Skældworth inter ipsos personaliter vergentibus concedimus exequendam, et coram Advocato eorum quem ipsi ibidem sibi ipsis prefecerint finaliter terminandam. Hanc eis super addentes gratiam specialem quod quacunque die ad littus cum navibus suis et mercimoniis applicaverint, sive sit dies festiva, sive ferialis, naves suas exonerandi ac merces suas et res alios ad terram deferendi liberam habeant, facultatem super quibus ipsos mercatores et alias res ipsorum hujusmodi deferentes per nullum Advocatorum nostrorum volumus impediri. In cujus rei testimonium præsentes literas ipsis contulimus. Sigilli nostri munimine raboratas. Datum in Concilio apud Slagloeoes Anno Domini 1268. Non. Julii tercio. Presentibus dominis Tukone Arusiensi, Johanne Burglanensi, dei gracia Episcopis, Nicholao prefecto Lundensi, Johanne paruo, Nicholao dicto Hak quondam marescallo, Matheo de Florthorp, dapifero nostro ceterisque melioribus regni nostri consiliariis nostris.

1712. 1269.

Storfursten Jaroslaws stadfästelse på de fordna fri- och rättigheter, som blifvit Tyskar och Gottländningar förunnade i Nowogorod.

L. c. 95.

Ic coning IERETSLAWE, coning Jeretslawen sone, Hebbe geprouet mit dheme Borchgreuen, paucen, mit dheme Hertogen, heren ratibore, vn mit dhen Oldermannen, vn mit al dhen nogarderen, vn mit dheme dhutschen boden, Henrike wllenpunde uan Lubeke, mit ludolue dobriciken vn Jacobe curinge dheme goten, vn bestedeget den vredhe, vnde beschreuen vnse rechtecheit tiegen iuwe breue to iu dhutschen sönen vnde goten vn aller latinscher tungen, Dhen olden vredhe to dher nuwart, binnin ketlingen van gotlande vn wedher uan nogarden bit tote ketlingen, so wat so dheme gaste dar en tuschen schut, dar schal dhe koning uore andworden mit al dhen nogarderen dheme somergaste; vnde dhe wintergast sal comen uppe dhes koninges hant, des borgreuen vnde al dher nogardere uppe dhen olden vredhe sunder hindernisse, vnde scholen nemen dhe nogardeschen boden vnde dhe nogardeschen coplude, uppe dhen olden uredhe; vnde of se dhen nogardeschen boden nene nemet, ge schut en wat tusgen nogarden, vnde ketlingen, dhar ne heuet dhe koning vn dhe nogardere nicht mede to donde: willet oc dhe nogardere nenen boden senden, noch ere copmanne nicht varen, vnde dhe dhutschen uaren sonder boden; so solen se uaren sunder hindernisse tote ketlingen uppe dhen olden uredhe. So welic dhudische ofte gote ueret copfart to dhen crelen, ge schut eme dar wat, dhar ne hebbet dhe nogardere nicht mede to donde. Willet oc dhe nogardere bi eres silues willen nicht wedher uaren mitten coggen, so scholen se geuen van iewelikeme vare ene halue mark silueres.

So wanne dhe gast comet in dhe nu vnde heuet he to dunde holtes odher mast, dhe mach he howen an beidhent sit dhes wateres, war so he wil.

Het men enen dhef tusgen ketlingen vn aldagen, dhen sal men uoren tote aldagen, dhar sal man ouer en richten, al na sineme broke, wert en dhef geuangen tusgen aldagen vnde nogarden, dhen sal men to nogarden ouer richten na sineme broke.

So wenne dhe dhudeschen vn dhe goten comet in dher uolkov vore dhen uorsch, So solen se de uorsch kerle uorderen sunder letten, unde setten in ere schepe vrome lude vn nemen von en, dat uan oldere gewesen heuet vnde nicht mer; vnde swenne so dhe gast upwart comet to gesteuelde, so sal he geuen, also he uan older tit heuet ge geuen, vnde nicht mer; vn dhe lodienman, dhe ge wnnen is to ter nu vn wedher up, dhe schal hebben uor sine spise V marc cunen ofte enen baken; Is he gewnnen van nogarden wante tote aldagen, vn wedher up, III marc cunen ofte enen

haluen baken uor sine spise. Is dhat en lodie to brekt, dhe ut varet na gude, ofte geladhen is mit gode, dher lodien darf men nicht gelden; mer der lodien hure sal men geuen. Of dhe uor be nomeden lodeiman an der up vart, edher ut, schelende werdhen mitten gesten, vn of se sic vnder en uor euenen ander reise, dhat schal bliuen stede; vnde of se sic nicht uor euenen mogen, so scholen se comen to rechtten degedingen vor den hertogen vn uor dhe nogardere uppe sünte Johannes hof. Dhe uorlude tote nogarden scholen nemen uan iewelker lodien up tote nogarden to uorende uan deme strande in dhen dudesch hof XV cunen, vnde in dher goten hof X kunen; van dher utforinge to haluer mark cunen van der lodien.

Is dhe nogardere schuldig tote gotlande, men ene sal nicht en setten in dhe pogarden. Liker wis al so ne sal men to nogarden dhen dhutschen of dhen goten don, noch schelke uppe ene setten, noch bi dhem cledhe nemen; mer dhat schal an iewedher siden vorderen des hertogen bode.

Schut en tuist tuschen dhen dudeschen vn dhen nogarderen, dhe twist sal endegen up sente Johannis houe uor deme borchgreuen, dheme hertogen vnde uordhen copluden. Comet we mit eggachter wapen in dhere dutschen hof vn dhar wene wndet, of dhar got nemet, ofte in dhere goten hof; wert he geuangen, men sal ene bringen to rechte, vnde na dheme broke richten. Werdhet oc dhe porten offe dhe tune ge howen, na dheme broke salmen richten; vnde dhar dhe tune uan oldere umbe dhe houe ge wesen hebbet, dar men den olden tun ut tut, dar schalmen dhen nigen wedher an steken, vn dhar nicht ouer gripen. Dar dhe wische sin dher dutsgen ofte dere goten, dhe solen se hebben, war so se se bekennet.

So wat so twist ge schut an dhere someruart, dar heuet dhe winter uart nicht mede to donde; Vnde wat so twist ge schut an dhere winter uart, dar heuet dhe somer uart nicht mede to donde. So wat so sake to weruende hebben uan gerichtteswegene winteruart vn someruart, dhat scholen seendegen uor dheme hertogen, dhen oldermannen vn dhen nogarderen, vn scholen uareneren wech sinder hindernisse. So war so dhe twist geschut, dhar sal man se endegen.

So war so in pandinge geschut, des ersten iares sal men et kundingen un nicht nemen, vn dhes anderen iares also; vn wert it nicht af ge leget, dhes dherden iares sal men panden vn nemen sin gut.

Schut en twist (orloge) tusgen dhen landen vn dhen nogarderen, dhe en ge legen sint, so schal de gast varen vngehinderet bi watere vn be lande, al so wit al so dhe walt is dhere nogardere. So we bidher nv comet, dhe sal bi dher nu weder uaren, comet he bi lande, bi lande sal he wedher comen sunder hindernisse.

Is

Is dhat sake, dhat twe tugen solen dhudeschen vn nogardere, vnde se beidhe dregen ouer en, so sal men en truwen. Is oc dat se schelet, vn se ouer en nicht ene dreget, so solen se loten vnder en; so wes lot sic ut nemet, dhe is recht an sineme tuge.

So we so copinge heuet mitteme dhudeschen vn mitteme goten, vnde sin gut uor ueret ofte uor döt, he mot aller erst gelden dhen gesten, vn sint anderen luden, dhen he schulde'cht is.

Louet sin wif mitdheme manne, mit ereme manne schal se uor dhe schult egen wesen, of se nicht ne mogen uor gelden. Louet auer dhe wruwe nicht mit ereme manne, se bliuet ledhech uan dherre schult.

Wert en nogardesch bode ge sclagen ouer se, dhen sal men beteren mit XX marc silueres; to likere wis enen dhudeschen boden to nogarden vn binnen erer gewalt mit also uele gudes: dhese be nomeden beteringe sal men oc don uor enen prester, vn vor enen olderman, vor iewelic houet XX marc silueres to beteringe vn uor ene copman X marc silueres. Wert ein man ge wunt mit eggachteme wapene, of mit chuppelene, men schal eme beteren anderhalue mark silueres. Slet en man dhen andern an sin ore, ofte an sinen hals, he schal eme beteren III verdhinge.

Dhat ge wichte vnde dhat ge lode van siluere vnde van andereme gode, dar men weget uppe dhere schalen, dhat schal men ge lic halden vn recht. Dhat cap sal be halden an dhere wichte VIII punt liv.

1713. 1272—1274.

Staden Lybecks Magistrats skrifvelse till Härmästaren Otto om några borgares i qvarstad hållne varor, med begäran att de ej måtte föras öfver Gothland.

L. c. 106.

Viris prudentibus et honestis, fratri Ottoni, magistro domus Theutonice, ac suis confratribus in Riga, Aduocatus, consilium et commune ciuitatis Lubycensis, cum bona voluntate honoris et obsequii quantum possunt.

Quoniam, vt percepimus, bona conciuium nostrorum detenta sunt, licet ipsi, vt speramus et sicuti dicitur, non videantur in aliquo excessisse, audiuimus etiam, quod dicta bona debeant super terram gotlandie duci: verum, cum specialem habeamus in vobis confidentiam omnis boni, supplicamus ergo vestre dilectioni, quatinus nostri respectu amoris et seruicii non permittatis, ut ducantur super terram gotlandie, sed faciatis, quorum sunt nostris dictis ciuibus presentium, vt id apud vos et vestros debeamus in omnibus nobis possibiliter specialiter promoueri.

1714. 1273. Gälaqvist.

Konung Waldemars bref för Halna byamän, att, såsom deras förfäder, fritt få bruka deras by inom vissa råmärken.

*).

Vij Valdemar med gudz nadh Sverikis Kunungher helsom alla the som thetta breff see eller høra eværdeligha med gudh kunogth gørandes med thesso nærværende breffue oss haffua vnth allom halnars inbyggiarom sin by som therra forfædher lagligha haffwa them atherleffth frijt brukande innan thesso ramerke oc tiældro stædher som førsth ær j moswik tædhen oc j olaffz ængh tædhen oc j bredamosabakka tædhen oc j rostabodaryudh tædhen oc j lanawadh tædhen oc j langhællo tædhen oc j stenstædhe oc fra stenstæde oc ater til mosavi . . . . . *f*örbiwdandis strengeliga vnder vara nadis hemdh ath nogher dyrwiss them t . . . . . fangh gøra til høgre forwarningh hengiom vij varth insigle før thetta b*reff som giffuit* ær j gælquisth anno domini MCCLXXIII in octava beate virginis.

1715. 1275—1291.

Biskop Arnunds i Strengnäs aflatsbref för botfärdiga, som besöka Sigtuna klosterkyrka.

A. 3. c.

A dei gracia strengenensis episcopus, Dilectis sibi in christo filiis. Priori et fratribus ordinis predicatorum in conuentu Siktoniensi, Salutem in domino ihesu christo. Licet is &c. *lika med N:o* 435 *till* Nichilominus tamen cupientes populum domino reddere acceptabilem, christi fideles ad complacendum ei quasi quibusdam premiis illectiuis, jndulgenciis videlicet et remissionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuine gracie apciores. vt igitur ecclesia vestra congruis frequentetur honoribus, omnibus uere contritis et confessis qui eandem ecclesiam in die parasceues ob reuerenciam Saluatoris nostri crucifixi, et in vtroque festo sancte crvcis, et in singulis festiuitatibus beate marie semper virginis, et beate marie magdalene, adque (!) Katerine, et vndecim milium virginum, et in solempnitatibus beatorum confessorum augustini episcopi. et dominici. ac beati petri martiris. nec non et in secunda die Natiuitatis domini. pasche et pentecostes, ac per earundem festiuitatum seu solempnitatum octauas cum reuerencia et honore visitarint, De omnipotentis dei misericordia,

*) Efter originalbrefvet på pergament, hvilket ännu förvaras i Halna by inom Undenäs Församling af Skara Stift, i afskrift meddeladt af Lectorn och Domkyrko-Sysslomannen J. Carlmark.

et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis annis singulis relaxamus. Datum

På frånsidan, med 13-hundratalets stil: vacat.

Sigillet skadadt.

1716. 1280 d. 15 Febr. Wexiö.

Ärkebiskopen Jacobs m. fl. intyg om deras med Biskop Ascer i Wexiö anställda laga undersökning, rörande den snikenhet och okyskhet, hvarföre han blifvit anklagad och hvartill han äfven blifvit förvunnen.

A. 2.

Anno domini. M°.C°C°.LX°X°X°. Quintodecimo kalendas marcij exercentibus nobis uisitacionis nostre debitum officium apud ecclesiam wexionensem, inuenimus quod dolentes referimus uenerabilem in christo fratrem et coepiscopum nostrum dominum ascerum super uariis et enormibus criminibus uidelicet lubrico carnis ebrietate assidua et simonia apud bonos et graues multipliciter infamatum. Vnde coram ecclesie nostre senioribus prepositis uidelicet andrea et iohanne, ac eciam domino Gerardo, cepimus ex officio nostro sicut debuimus diligenter super eisdem criminibus inquirere ueritatem, prefixo tamen prius termino ac eciam assignato volentibus ipsum super premissis aliquatenus accusare. sane dictus frater nostri conuentus a nobis qui ex officio nostro processimus quemadmodum premisimus contra ipsum, Conuictus fuit per testes idoneos et tandem in iure confessus, quod soluciones procuracionum a quibusdam ecclesijs sue diocesis contra statuta concilij lugdunensis receperat officio uisitacionis non impenso. Conuictus eciam fuit ac eciam in iure confessus se amplius quam taxatum fuit in prouinciali concilio Telgis in expensis procuracionum recepisse. Ceterum interrogatus a nobis sub debito prestiti iuramenti, confessus est in iure coram nobis, quod quasdam mulierculas carnaliter cognouerat postquam in episcopum assumptus fuit diabolo procurante ac eciam instigante, luciam uidelicet et ingigerdam solutas. Ceciliam uero ketilø et ingridam mariatas. Huic autem confessioni per ipsum facte interfuerunt una cum ecclesie nostre senioribus supradictis vddualus prepositus wexionensis, bowo, petrus et magnus eiusdem ecclesie canonici, Item de ordine predicatorum fratres thorstanus et thorirus, de ordine uero minorum frater Henricus domus ystaensis, quorum sigillis et signis presens scriptum ad cautelam fecimus communiri.

På frånsidan: quod ascerus wexionensis conuictus fuit de multis criminibus.

Ärkebiskopens stora sigill, skadadt, hänger under midten af brefvet; de öfriga på båda sidorna. — N. 1, 7, 9, 10 bortfallna, remsorna qvar; de öfriga 6 mer eller mindre skadade.

1717. 1280 d. 14 Juli. Naskow.

Konung Eanks i Danmark stadfästelse på Lybeckarnes tillförne erhållna friheter och förmåner på marknaderna i Skåne.

L. c. 115 *).

E(RICUS), dei gracia Danorum Sclauorumque rex, Omnibus, presens scriptum cernentibus, in domino salutem.

Noueritis, quod nos viris prouidis, dilectis nobis, ciuibus Lybicensibus omnes libertates et gracias, que a nobis et progenitoribus nostris, quondam regibus Dacie, in nundinis Scanienſibus et alibi per regnum nostrum hucusque habuisse, noscuntur, Dimittimus et Concedimus de cetero habendas libere et vtendas, quam diu nobis deuoti fuerint.

Mandantes omnibus officialibus nostris vbique per regnum nostrum, ne dictos Ciues contra predictas libertates molestare presumant, nec ab ipsis insolitum thelonium exigant, set tantum illud, quod soluere tenebantur ab antiquo: et si aliqui ex ipsis pro quacunque causa seu forefacto in iudicium vocati fuerint, si factum negauerint, nolumus eos compelli per suspectas sibi personas se defendere, set per alios homines bone fame.

In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis Ciuibus dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum nackaescogh, anno Domini M° CC° LXXX°, pridie Idus Julij, mandante domino rege.

1718. 1280 d. 7 Sept.

Förening på 10 år mellan Tyskarne i Wisby och Staden Lybeck till handelns skyddande i Östersjön och dess hamnar.

L. c. 116 *).

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Aduocatus, Consules et commune Theutonicorum civitatis wisbucensis Salutem in omnium saluatore.

Notum esse cupimus uniuersis, quod nos et amici nostri speciales, vniuersi ciues et mercatores honorifici Lubeke inhabitantes, tali pacto sumus aduicem confederati: si forte, quod absit, persone quecumque, sublimiores et inferiores in portu Trauene uel in Noresunt, uel abinde usque in Nogardiam, vel in toto mari orientali et in omnibus portubus et naufgii locis intermediis vbicumque, Nobis aut eis, aut eorum uel nostris conciuibus, aut ullis aliis Theuthonicis mercatoribus, nobis de bono fauentibus, Molestie, Grauaminis siue dampni quicquam intulerint: Illud nos et ipsi ciues Lvbecenses reformabimus aut ulciscemur Laboribus communibus et expensis, secundum nostrarum et suarum exigenciam virium, quemadmodum inter nos et eos communiter est condictum.

*) Derstädes efter orginalet, som förvaras i Lybeck.

Sed quia dicta confederacionis vnïcio debet inter nos et eos per integros X annos, proxime nunc instantes, inuiolabiliter observari, In euidens testimonium premissorum presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri appensione firmiter communiri.

Datum anno domini M° CC° LXXX°, Sabbato proximo ante Natiuitatem beate virginis marie.

1719. 1281 d. 29 Juli. Söderköping.

Konung Magnus I:s bekräftelse och utvidgning på Presterskapets Privilegier *).

B. 4: 154.

Allom them thetta breff wardha sijandhe Magnus med gudhz nadh Swea och gøta konungher Ewerdelica helsa Vaars Rikis Høgmectighet hulkit wij bekennom os aff gwdhz makth antwardath aktom wij saa aff hans nad Regera och saa war hogh til almectig gudz hielp oplista ath wij ey vilia sætia wara trøsth paa vaaken hoffolk ørligzmæn heller aa wara egna förnumst vthan sæthiom alth warth hop til the helge trefalloghetz førsyn hulkins wilie ey ær aff mandhz heller hestz starklek wthan them som sig førlaata oppo hans milhet formaa han aff sinne dygds storheth begaffwa ok thil en god enda foya the tingh som aldra olikest ærw och huad tak och loff wij honum göra pliktoghe æra kan ey waar hogh besinna heller tunga tala medhen wij aff wara mectoghe fiendhe och theris margfalla førsaath haffwom her thil waridh frelsthe Synnerligha aff hans naadh och sætiom al wara omhugsan in thil honom med fulla tro och hop ath wij medh hans hielp maagha skikka waara vndhersaatha fridh med waara omhugsan hulka wij os welwilieliga thilthaffwet haffua huar føre tykker os tilbørliget wara honum i allom tinghom och helsth i them personom hedher wetha som synnerliga til hans tiænsth skikkade æra saa som the helgia kyrkiu och hennas tiænarom ther han skikkadh haffwer i sin stadh saa som goda herda och førmyndara før menniskiom som ærw hans handa virke och ther føre som os wel drager thil mynnes ath wij tilførenda i waara krøningh vnthom och gaffwom alla kyrkionnes godhz och ægadela i warth rike alstingis frij aff alla konungzliga saker och rettogheter, dog saa at alth thet godz kyrkionne til komme epther thet consilium prouinciale i telgia ther wij personliga offwerwarum med werdughom fædrom her erkebiscopenom j vpsala och allom riksens biscopom følye med sinom tungha saa synes os nw tilbörlighet i wara elskeligha husfrus

*) Latinska originalet se ofvanföre N:o 725.

krøningh' førnempdha waara welgerninga och kyrkionnes friiheth førbættra epther waarth fulkomnath ektheskap epther gudz Laghom latande os tykia skee huadh henne gørs til æra och epther thet wii tilførenda Skikkade thiil ena ævigha gofwa ath alla kyrkior och kyrkiennes personor i waara rike skulle wara vndher waara beskærm i fulla trygheth och freedh førbiwdande wiidh strengista hempdh allom her mothe gøra Saa vnne wii och kyrkionne och hennes personer al thera godz rørlighet och orørlighet saa veel til sokna kyrkior som domkyrkior med allom theris hionom som i them æghomen boo hwadh thet heller æro brythia landhboo stwbbakarla eller ny optagna iordh yrkiara quitte och frij aff allom konungz ræth ok konungx sakom och aff allom konungxlighom twnga vthskyldher och beskatningh som almenneliga kallas Skepewisth æthergeeldh spannaamala ledingxlama och allom androm twngha huadh nampne han helst nempnas kunne her thiil aalagdher haffwer waridh heller her epther aalæggias kunne alstingis frij och vndantagne, och wiliom thetta saa almennelighe skola tagas och vnderstaas och om the godz ther kyrkian epther førnempda consilium faanghet haffwer saa ath then clausula med sinom tunga, som thaa var sakt skal kyrkienne inghe stadz til førfaangh wara j nogramotta vthan skula alstingis aff alskona twnga saa gansliga frij wara som the godz kyrkian aatthe før fornempde wara elskeligha husfrvs krøningh Alth annadh warandhe epther landz lagom wiliom wij och ath alla pæningha saker ther i førnempda godzom falla kwnna Skolo aaff biskopom och theris embitzmannom wthkræffias och opbæras wthan huars mandz gensægn Ok om thet er edzøris maal dogh saa at then brotlighe ey faa fredh eller inledingh før en maalsæganden bedher før honom Kan thet och saa hendhe ath somligha en dels aff kyrkia iordh och en deels aff skatta iordh heller annars mandhz thaa sware kyrkianne thil then del han haffwer aff henne saa i sakøre som affrade vitandis siigh før then annan deelen konungenom i alla pliktoga wara Giffwidh i sødhercøpung Anno domini MCCLXXXI A førnempde woris elskeligis kære husfrws krønilse dag som war sancte oloffs konungxdagh.

1720. 1281 — 1292.

Lagmannen i Wermland Carl Haraldssons samt Brynolf Botuldssons och Hof-Presten Örns intyg, att, vid verkställd undersökning, godset Fjälstafn befunnits lagligen tillhöra Skara domkyrka.

A. 6 a.

Omnibus christi fidelibus Presentes litteras Inspecturis, KARULUS HARALDS SUN legifer, wermalandie, et BRYNIULPHUS BOTILDIS necnon et ØNDO jllustris domini M regis swecie clericus, salutem in omnium saluatore, Nouerint pre-

sentes et futuri, Quod nos per probiores et discreciores tocius terre wermalandie, super predio quod dicitur fialstafn, secundum jura et leges dicte terre jnuestigauimus racionem, veraciter ab omnibus intelligentes, dictum predium uidelicet fialstafn ecclesie, scarensi iure irreuocabili fuisse legaliter assignatum, sub hac forma vt dominus Episcopus scarensis, andree jn tanto, quod deficeret ei de predio quod assignatum fuit ei pro fialstafn jn swecia, satisfaccionem competenter adimpleret, jn cuius rej testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

På frånsidan: De curia in fialstampn wermillandie s. vendita episcopo scarensi.
Sigillet bortfallet.

1721. 1282 d. 8 Sept.

Eörening på 8 år mellan Riga, Lybeck och Tyskarne i Wisby, till handelns skydd i Östersjön och dess hamnar.

L. c. 126 *).

Vniuersis hanc literam inspecturis aduocatus, consules et commune Rigenses salutem in eo, qui neminem vult perire.

Ad noticiam omnium et singulorum cupimus pervenire, quod nos, cum reverendis utique viris ac amicis nostris specialibus, conciuibus Lubicensibus ac Wisbucensibus Teuthonicis vniuersis, talis confederacionis nexus vniuit uidelicet, si forte, quod absit, persone quecunque sublimiores aut inferiores, cuiuscunque dignitatis aut gradus, nobis uel ipsis, aut etiam quibuscunque Teuthonicorum mercatoribus, nostrum honorem diligentibus et profectum, in portubus Trauene vel Noressunt, aut ab inde usque Nogardiam in toto mari orientali, in omnibus portubus aut navigii locis intermediis, molestie dampni seu grauaminis quicquam intulerint, illud et ipsi et nos reformabimus aut ulciscemur communibus laboribus et expensis, secundum suorum nostrorumque exigentiam iurium, prout etiam inter nos communiter est condictum. Predicta confederacionis vnione per integros annos VIII. et continuos numerandos in proximo duratura.

In cuius rei evidenciam et certitudinem pleniorem presentem conscribi fecimus cartam et sigilli nostri appendictione communiri. Datum et actum anno gracie M CC LXXXII, in festo natiuitatis domine nostre.

*) Efter originalet i Lybeck.

1722. **1283—1307.**

Johan Ingewaldssons Fru, Helgas testamentariska anordning af Hjelmsäter och andra gårdar, penningar, kläder, m. m. till kloster, prester och åtskilliga namngifna personer.
A. 3. k.

Jn nomine patris et filij et spiritus sanctj Amen, Ego Helga vxor dominj Johannis Jngiwalds sun, vltime uoluntatis mee testamentum in honorem ihesu christi et meorum remissionem peccatorum ordino sub hac forma, Sanctjmonialibus in Fothø ubi secundum consilium dilectj mariti mej et diuine provisionis ordinacionem eligo sepulturam, Confero vigintj Marchas argentj cum omnibus paramentis altaris et sacerdotalibus indumentis de Ballichino, Jtem monachis de Jullyttum quia parentes mei ibi plurimi sunt humatj, Confero unam curiam que dicitur, Hialmsetrgh cum omnibus mobilibus et inmobilibus Jtem in honorem beate uirginis et specialem deuocionem patris nostri fratris thorstanj fratribus predicatoribus in sictunia assigno tres marchas argentj, Jtem fratribus predicatoribus in westraærus pro vna casula in qua in honorem beate uirginis missa dicatur in sabbatis, unum exametum do ad honorem eiusdem virginis gloriose, Jtem fratribus predicatoribus in strengines vnam Marcham argentj, Jtem fratribus de Eskilstunum similiter unam Marcham argentj, Jtem omnibus sacerdotibus in quorum parachiis (!) mansionem habemus assigno cuilibet vnam vaccam, Jtem omnibus seruis et ancillis que tam dilecto meo marito quam mihi attinent cum consensu suo confero libertatem, Jtem domino Johanni sacerdotj qui mihi fideliter seruiuit do predium quod possedj in Mohereth, Jtem sigwido unum anulum eum saphiro, Jtem Byrgero, quinque solidos terre in vlwagruth in nericia, Jtem Raginj vnicas uestes de skarleto, Jtem Elene vnum mantellum de skarleto cum uarijs subforatum, Jtem Margarete unum par uestimentorum de skarleto, Jtem sigridi unum par de genstblath, Vt autem in omnibus premissis plena inposterum posset esse stabilitas ea ordinaui cum dilecti maritj mej consilio et consensu, cuius eciam sigillum cum sigillis dilecti fratris mej domini Anundj et prioris insulensis presentibus est appensum.

På frånsidan: Littera super Hyælmsæthre propter quod optinuimus Torp et ragntorp.
Sigillen, alla tre, föga skadade.

1723. **1283 d. 27 Juli.** **Sunderborg.**

Konung Erics i Danmark tillstånd för flere Tyska städer vid Östersjön, att besöka Skånska marknader samt nedsätta sig, handla och vandla i riket, såsom från äldre tider varit vanligt.
L. c. 133 *).

Ericus, Dei gratia Danorum Slauorumque Rex, Omnibus, hoc scriptum cernentibus, in Domino Salutem. Nouerint

*) Efter originalet i Lybeck.

Nouerint vniuersi, quod nos burgensibus et ciuibus omnibus de Ciuitatibus Lybeke, Wismar, Roosztook, Dimin, Stralasund, Gripswald, Stetin et Anclem, ad nundinas nostras scanienses, uel quocumque alibi in regno nostro venire volentibus, plenam securitatem et liberam facultatem pro nobis et omnibus aliis causa nostri aliquid facere, uel omittere volentibus, anno isto concedimus per presentes, illuc veniendi, ibidem morandi, emendi, vendendi et mercimonia sua exercendi, prout consueuerant ab antiquo, ac iterum ad propria redeundi.

Ne igitur super dicta securitate eis possit aut debeat in posterum ambiguitatis materia suboriri, presentes litteras eisdem contulimus, sigilli nostri robore communitas, in testimonium et cautelam. Datum Sunderburgh alste, anno Domini M° CC° octogesimo tercio, sexto Kl. Augusti. Testibus Dominis Alberto, Comite de glichen, H. priore de Andwarthscogh et Petro dapifero.

1724. 1284 d. 17 Aug. Withmosa.

Konung Erics i Danmark skyddsbref för Tyskar, som besöka marknaderna i Skanör.

L. c. 136 *).

E(ricus), Dei gracia Danorum Sclauorumque Rex, Omnibus, presens scriptum cernentibus, in domino Salutem.

Intelleximus de nunciis mercatorum de Teuthonia, quod dicti mercatores ad nundinas nostras in Scanoer hoc Anno secure non possent venire, sicut consueuerunt annis prioribus, qua propter scire volumus vniuersos, quod omnes et singuli mercatores de teuthonia, nundinas Scanoer visitare volentes, ibidem secure veniant sicut consueuerunt ab antiquo, et si aliquis eos impedire voluerit, nos eisdem mercatoribus de teuthonia omnimode erimus plenus coadiutor.

Si vero aliqua causa, casu fortuito et non deliberato consilio, exhorta fuerit, sicut hactenus jus in Scanör fuerat, iudicetur. Si autem deliberato consilio aliqua causa contra aliquem et aliquos fuerit exhorta, erimus plenus eisdem coadiutor et defensor.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Hec littera ad nundinas jam instantes valeat et non vltra. Datum Withmosa, Anno domini nostri M° CC° octogesimo quarto, sexto decimo Kalend. Septembris.

*) Efter originalet i Lybeck.

1725. 1285 d. 18 Maj. Rom.

Påfven Honorius IV:s Bulla, med befallning till Biskoperne i Roskild och Odense, att öfverlemna pallium till utvalde Ärkebiskopen Magnus i Upsala, i händelse, att Ärkebiskop Johan i Lund skulle vara hindrad, att fullgöra detta uppdrag.

F. I: 322. An. 1. Ep. 451.

Honorius IV Roskildensi et Othoniensi Episcopis committit Pallium de corpore B. Petri sumptum Magno Electo Upsalensi tradere, quatenus I. (Johannes) Archiepiscopus Lundensis commissionem ea de causa acceptam exequi non posset.

Honorius &c. *Venerabilibus Fratribus ... Roskildensi et ... Othoniensi Episcopis Salutem* &c.

Palleum insigne Pontificalis officii fuit a Nobis pro dilecto filio Magno Electo Vpsalensi per dilectos filios Petrum Agnetis Canonicum Lundensis, et Hemingum Clericum Vpsalensis Diocesis Nuncios cum ea qua decuit instantia postulatum, et dum de concessione ipsius Pallei ageretur idem Petrus pro parte ipsius Ecclesie Lundensis asseruit dictum Palleum Venerabili Fratri nostro ... Archiepiscopo Lundensi specialiter fore mittendum per eum assignandum Electo predicto pretendens per privilegium apostolicum apparere, quod idem Archiepiscopus Lundensis primatum obtinens, preest Archiepiscopo Vpsalensi, et quod cum expedit Palleum impetratum a Romano Pontifice per Nuntios Ecclesiarum earundem ad ipsam Lundensem portetur Ecclesiam, et per Lundensem Archiepiscopum Vpsalensi Electo consecrato in Archiepiscopum tribuatur. In Registro quoque felicis recordacionis Gregorii PP. IX. Predecessoris nostri noscitur esse repertum, quod cum Palleum petitum per Canonicos Lundenses Nuntios tunc pro Vpsalensi Electo, fuerat Antecessori suo Archiepiscopo Lundensi transmissum eidem Electo per eundem Archiepiscopum assignandum. Sed eodem Hermingo pro dicta Vpsalensi Ecclesia in contrarium asserente, predicta non fuisse servata. Nos precavere volentes ne dicte Ecclesie sub talibus anfractibus dispendium patiantur, huiusmodi petitioni duximus annuendum, et per eosdem Petrum, et Hermingum dictum Palleum de corpore B. Petri sumptum illi transmittimus assignandum eidem Magno Electo, ut illo intra Ecclesiam suam illis diebus utatur, qui expressi in ipsius Ecclesie Vpsalensis privilegiis continentur. Dantes eidem Archiepiscopo nostris litteris in mandatis, ut illud auctoritate nostra Electo assignet eidem sub ea forma, quam predicto Archiepiscopo Lundensi sub Bulla nostra mittimus interclusam, et ab eo nomine nostro, et Ecclesie Romane sub forma, quam sub eadem Bulla eidem Archiepiscopo Lundensi dirigimus fidelitatis recipiat juramentum. Formam autem juramenti, quod ipse prestabit Nobis per eiusdem patentes litteras suo sigillo signatas per proprium Nuntium quantocius studeat destinare. Verum quia posset contingere, quod eodem I. Lundensi Archiepiscopo morte

prevento, vel ex alio impedimento legitime impedito per eum huiusmodi pallei exhibitio fieri non posset. Nos dispendiis eiusdem Vpsalensis Ecclesie paterna sollicitudine precavere volentes, Fraternitati vestre per apostolica Scripta mandamus, quatenus eo casu si contingeret vos, vel alter vestrum dictum palleum, et ipsas formas a Nuntiis ipsis vobis faciendas exhiberi, palleum predictum juxta premissas formas hac vice auctoritate nostra Electo assignetis eidem predictarum litterarum nostrarum dicto Archiepiscopo directarum tenore servato. Ceterum non intendimus, quod propter hoc eisdem Ecclesiis, vel earum alicui circa premissa, vel aliquod premissorum in persecutione sui juris petitorio vel possessorio jus aliquod accrescat, vel decrescat, vel alias quomodolibet derogetur. Datum Rome apud S. Sabinam XV Kal. Jun. Anno Primo.

1726. 1285 d. 25 Juni. Lödöse.

Konung Magnus I:s på begäran gifna lejdebref på 8 dagar för Johan Litle och Tyska sjöstädernas fullmäktige, för att infinna sig till en öfverläggning.

L. c. 141 *).

Omnibus, presentes litteras inspecturis, Magnus, dei gracia Sweorum gothorumque rex, in domino salutem.

Notum facimus, quod nobili et honesto viro Domino Johanni Litla et nunciis ciuitatum marithimarum theotunicarum, eis quoque, quos secum ex parte dilecti fratis nostri, Domini regis dacie, habere uoluerit, pro nobis et nostris omnibus, omnibus quoque pro nobis uolentibus facere vel dimittere, ad nos veniendi, nobiscum morandi et placitandi et a nobis iterum recedendi, omnimode securitatis conductum concedimus per presentes, non ideo quod ipsis de securitate possit habere diffidentia, sed quia dominus Wisclawus, nobiscum personaliter colloquens, a nobis voluit hoc habere. Hunc autem conductum ad octo dies durare uolumus et ualere.

In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Lödhos, Anno domini M° CC° LXXX quinto, VII. Kal. Julii.

1727. 1285 d. 3 Juli. Gullbergshed.

Konung Eriks i Norge förklaring rörande den förening, som blifvit bestämd att med flere Tyska Städers fullmäktige uppgöras i Kalmar, samt begifvande under det utslag, hvilket Svenska Konungen Magnus deruti kan komma att såsom högsta domare gifva.

L. c. 141 **).

Omnibus, presentes litteras inspecturis, Ericus, dei gracia Rex Norwegie, salutem in domino sempiternam.

*) Efter originalet i Lybeck.
**) Efter originalet med bibehållet sigill, förvaradt i Lübeck.

Notum facimus vniuersis, quod nos de consilio sapientum regni nostri, cum discretis viris, Johanni monacho et Vromoldo de quinque domibus, de lubeke; Hassone de Crucowe, de Wismaria; Alberto Spizcenagel, de Roztok; Gorschalco, dicto vnververde, de Stralessunde; et Hinrico de Wolegost, de Gripeswolde, procuratoribus et nunciis dictarum Ciuitatum, in presencia magnifici principis, domini Magni, dei gracia Sweorum Gotorumque regis illustris, super dissensionibus et causis, que inter nos regnum et subditos nostros ex vna parte, et dictas Ciuitates suborte sunt ex altera, placitauimus et conuenimus in hunc modum, quod nos in festo beati Michelis proximo venturo, duos viros discretos, quos nomine nostro ac subditorum nostrorum, Judices decreuimus eligendos, et duos procuratores ydoneos apud Kalmarniam in Swecia destinabimus: Qui Judices, vna cum duobus viris discretis, quos queuis Ciuitas pro se et suis Ciuibus Judices elegerit, in presencia dicti domini Sweorum Regis, causas et querimonias, coram eis in eodem loco mouendas et proponendas, ex vtraque parte audire, discutere et judicialiter decidere possunt, prout justum fuerit; et quicquid Judices cuiuslibet Ciuitatis vna cum nostris concorditer fecerint et diffinierint, Illud debet per omnia firmiter obseruari. Si vero discordauerint ratum et firmum permanere debet, absque appellacionis remedio, quicquid idem dominus rex Swecie, tamquam summus Judex, super hiis factis, de causis singulis, secundum deum et consciencium suam Juste duxerit iudicandum. Vnde Idem rex Swecie juranit, quod de omnibus inter nos et prefatas Ciuitates juste debeat judicare. Ita eciam quod omnes cause, que mote fuerint in loco et termino supradictis, ab illa die terminari debent infra mensem, cetere vero cause, que ibidem mote non fuerint, proponi debent et terminari per modum suprascriptum in colloquio celebrando, inter nos et fratres nostros, reges Swecie et dacie, apud Gulbergsheid in octaua natiuitatis Johannis baptiste anni proxime venturi.

Quicumque eciam pro aliqua causa condempnatus fuerit, per dictum dominum regem Swecie, aut judices memoratos, ad penam pecuniariam exsoluendam, satisfacere debet actori, a tempore late sentencie infra Annum; sentencias autem, quas idem rex Swecie vel iudices dicti concorditer tulerint, gratas et ratas habere debemus et in subditis nostris fideliter exequi toto posse nostro, quando nobis hoc per litteras domini regis Swecie fuerit nunciatum.

Promisimus fide media et jurauimus insuper, ac nobiscum dominus dux, frater noster in christo karissimus, si de nobis humanitus quid contingat, omnia et singula suprascripta et infra scripta absque fraude qualibet firmiter obseruari, et captis de dictis Ciuitatibus, qui tempore placitacionis apud Gulbergsheidh nunc habite detinebantur, in regno nostro cum

rebus, quas tunc habuerunt, licenciam liberam ad propria redeundi concedere.

Promisimus insuper, quod mercatores dictarum Ciuitatum ab octo diebus post festum beati Jacobi apostoli, primo venturum, cum plena securitate possunt venire in norwegiam et sua ibidem exercere mercimonia, ac vti libertatibus melioribus, quas temporibus illustrium regum patris nostri et domini Haquini, aui nostri, habuerunt et ostendere possunt per patentes litteras eorundem regum, dummodo nostrates in predictis Ciuitatibus tali gaudeant in omnibus libertate, qualem aliquo tempore habuerunt in dictis Ciuitatibus meliorem; et dicte Ciuitates inimicis nostris, nos et regnum nostrum ac subditos contra iusticiam inpugnantibus, vel nobis aut nostris justiciam denegantibus, non inpendant consilium, auxilium uel fauorem publicum uel occultum, in nostrum vel nostrorum preiudicium vel grauamen.

Si vero aliqui de nostratibus, mercatoribus earundem Ciuitatum in aliquo iniuriati fuerint, debemus, prout facti qualitas exegerit, secundum leges patrie conquerentibus facere iusticie complementum.

Inter regnum nostrum et dictas Ciuitates, pace perpetua nichilominus et concordia stabili perdurante, placitatum est eodem modo pro ciuitatibus Rigensi et Wisby in gotlandia, et pro ratihabicione dictarum ex parte Ciuitatum, supra dicti procuratores lubicenses iurauerunt et fide media promiserunt.

Preterea volumus, quod alie ciuitates, quarum procuratores non interfuerint supradicto colloquio, hac compocisione includantur, dummodo jurauerint et consimiles litteras nobis dederint, quod premissa omnia voluerint obseruare.

Datum apud Gulbergsheidh, anno domini M° CC° LXXXV°, tercia feria post festum beatorum petri et pauli apostolorum. Anno vero regni nostri sexto.

1728. 1285 d. 3 Juli. Gullbergshed.

Konung Magnus I:s i Sverige förklaring om åtagandet, att i Kalmar på bestämd dag, i tvisten emellan Konung Erik i Norge samt Norges rike å ena, och flera upprälnade Tyska handelsstäder å andra sidan, afgöra allt hvad icke genom deras fullmäktige afgöres.

L. c. 143 *).

Omnibus, presentes litteras inspecturis, Magnus, dei gracia Sweorum Gotorumque rex, salutem in domino.

---

*) Efter originalet, med ännu vidhängande Kongl. sigill, förvaradt i Lybeck.

Protestamur euidencius per presentes, nos asumpsisse nobis super omnibus et singulis articulis et causis, de quibus inter dominum E(ricum), regem norwegie illustrem, regnumque suum et suos subditos quoscunque, ex parte vna, et Ciuitates maritimas lubeke, Wissemere, rozstok, Stralessunt, gripeswolt, theotonicos Wisbyenses et rigam ex parte altera, discordia vertitur, vt, quod duo ex parte regis norwegie et duo ex ciuitatibus premissis, assumpti Judices concorditer determinare et sopire non poterint, illud nos sentencialiter diffinire teneamur; jurauimus namque secundum dominum et nostram conscienciam in hac parte et in omnibus istis ad nos perlatis, justiciam nos facturos.

Acceptauerunt autem spontanee predicte partes diem beati Michelis, proximo venturum, ad comparendum coram nobis Kalmarnie, ad procedendum in predictis causis et articulis, quos habuerint proponendos. Quecumque autem ibidem coram nobis proposita fuerint, sine mora illa ibi infra mensem terminare uolumus et debemus; obligate quidem ad hoc sunt dicte septem Ciuitates, jta quod quelibet Ciuitas pro se, in dicto festo Sancti michelis Judices et nuncios suos modis prehabitis, cum procuratoribus suis, in Kalmariam transmittant, et si de aliqua illarum Ciuitatum vnus nuncius aut procurator, antequam ad nos veniat, morietur, superstes illius Ciuitatis pro se et decedente in omnibus premissis habebit plenariam potestatem.

Promiserunt autem lubicenses pro se et ciuitatibus riga et wisby, et cetere quatuor Ciuitates pro se specialiter promiserunt pro predictis omnibus et infra scriptis fideliter obseruandis.

Si eciam alie Ciuitates similis questionis iniurias passe, sub composicionis forma, quam predicte Ciuitates acceptauerant, manere volentes super voluntate sua et dicte composicionis ratihabicione infra festum beati michaelis instans proximo suas nobis miserint litteras, assumpsimus nobis eodem modo, sicut ciuitatibus aliis, et eis super earum questionibus justiciam judicare; si vero impedimento legitimo prediti infra festum michaelis non venerint cum ipsis litteris ratihabicionis, et si uenerint ad gulbierehedh in octaua beati Johannis babtiste anni proximo futuri, cum sufficienti mandato, ibidem eis justiciam faciemus. Illi eciam parti nullum debemus impertiri consilium vel juuamen, que sentencie vel sentenciis nostris non obtemperauerit, seu alia non fecerit, que in eius apertis litteris, super hijs confectis, continentur, donec secundum tenorem sentencie vel sentenciarum nostrarum plenarie fuerit satis factum.

In premissorum autem testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum ad euidenciam pleniorem.

Datum apud Gulbierehedh, anno domini M° CC° LXXXV°, quinto Non. Julij.

1729. 1285.

Drottning Ingeborgs i Norge, Abboten Eiriks vid Munkalif i Bergen och Erik Duggulssons instruction för Biskop Narwe i Bergen och Björn Erlingsson, såsom Norrska Konungens ombud till Konungarne i Sverige och Danmark.

K. e. 2: 104 *).

Ingiborg medr guds misskunn Drottning j Noreghe ok Eirikr Abote at Munkliui i Berguin ok Eirikr Duggulsson senda ollum mannum þeim sem þetta bref sia eda höyra Q(uediu) G(uds) ok sina. Ver vilium ydr kunnikt gera at virduligr herra ok andlegr fader Narwe mædr guds miskunn biskup i Berguin ok herra Biarne Erlingson fara þessara erenda vars virdulega herra E. konungs hins koronada a setta are rikis hans ok at lidnum fra burdar tima vars herra. ihesu christi þushundraþe ok tueim hunþradum LXXXV vetra til Syarkis at ef bref þat ma fazt er nu sendizt þangat til, þa skulu þeir þess fræista. En ef þat fæzt æi þa gere þeir composicionem alla vega epter þui sem hon er uppkastad vtan ei skal ikoma vm stipendiarios þer skulu ok dagr vidr Sya konung at Ionsvaku. En þessor ero þæira ærende til Dana konongs at ranzaca ok höyra oc a lykt at koma sakum þeim ok kærssom er fara mellom riknanna Noregs oc Danmarkar. ok at binda vidr Dana konong ok fa land Ordost en ef eige gengnzt þat þa skolo þeir til lata þiorn þeir skaulu ok taka dag vidr Dana konong sidazt at kunts (knuts) mösso ok vidr Guldbergsheide. Ei skolo þeir ok binda meiri skuld a varn herra konongen af Norege. en at messto lage. sex. þushundrod marka. med þui mote at sua mikit minkizt ok nidr falle af þessare skuldu sem raknazt nordmanna skade sa er þeir kæra a Dane. En fyrsogd lond stande at veidi Dana kononge sua þo at ei skal han fyr j sæjta sina menn en vti ero aller þeir termini er akuadder uerda. En sua morg veter stada se mælt ok stodd til upplyttingar sem morg verda þushundrod marka vtiatod ok lukizt vppi Tunsbergi eda j konongahellu. koma ok þydeskir menn til Dana konongs medan vars herra Noregs konongs fyrnemdir sendibodar ero þar ok vilia sætazt þa se sua samt vidr þa at þeir sendi skilrika sendiboda til sætærgerdar vidr Noregs konong en hans adr nemdir sendibodar iate þeim vruggu leidarbrefe. Sua skulu ok vars herra E. konongs ærende þesse einkanlega syslazt ef fast mego at huarge þeirra kononganna af Norege eda af Danmarku skal sætazt eda sater vera vid þa hina þydessko æ medan þeir vilia mote standa ok vsatter vera mote adrum huarom þessara fyrsagdra kononga ok til vitnisburdar at var hinn virdulege herra E. konongr fek þesse ærende. sem er nu ero ritad Herra N. Biscop ok herra

*) Efter en afskrift på papper i Bergen, rättad af Arne Magnæus.

B. at sysla vidr Dana konong ok sya konong þa gerdom uerr þetta bref ok vor insigli firir settom ok þesser menn af hans heimilego rade er ner varo ok sampyktu þessare sendiferd ok ærendom medr sialfum honom ok oss Sira Erlendr Profaster at postola kyr(k)iu. Herra Gudleikr. ok herra Lodin merkismadr. herra Siugurdr lögmadr. herra Hakon Rögnaldzson. Herra Vidkunnr, herra Niculas. herra Juar Gudlaugsson.

12 Sigill hafva funnits under brefvet.

1730. 1285.

Staden Rostocks, på flera andra städers vägnar, affärdade skrifvelse till Staden Lybeck, med begäran om stillestånd med Fursten på Rügen, på det han må kunna begifva sig till Kalmar, der alla städernas bästa ifrågakommer.

L. c. 144 *).

Viris providis et honestis consulibus de Lubek consules ciuitatis Rozstoc sinceritatis et honoris plenitudinem cum affectu.

Vestram discretionem rogamus, studio, quo possumus pleniori, quatenus Magnifico principi Ruyanorum inducias procuretis, ut ad nostra placita in Kalmariam pro omnium civitatum vtilitate et profectu valeat se transferre, quia speramus eum nostrum negocium dirigendo promovere, de illatis recompensam capiendo debitam et condignam. Hec littera ex parte omnium civitatum Rozstoc congregatarum vobis est directa licet salutatio sub nomine nostro vobis sit signata,

1731. 1285 d. 31 Oct. Kalmar.

Konung Magnus Ls dom mellan Konungen i Norge och sju Tyska sjöstäder, till följe hvarå städerne ej måtte bistå Konungen i Danmark mot Norge m. m.

L. c. 145 **).

Magnus, dei gracia Sweorum gothorumque rex, Omnibus, presentes literas inspecturis, Salutem in domino sempiternam.

Protestamur et recognoscimus per presentes, quod inter illustrem regem norwegie ex parte vna, et ciuitates maritimas: Lybekh, Rotstockh, Wissimar, stralaesund, Gripeswold, Rigam et theotunicos in Wisby et dictarum ciuitatum incolas, esse taliter placitatum: quod si rex dacie conquerens, regem

*) Efter originalet i Lybecks arkif. Originalet har hvarken dag eller årtal; en med äldre hand gjord afskrift har årtalet 1285.

**) Efter originalet försedt med Konungens sigill, förvaradt i Lybeck.

regem norwegie fecisse sibi iniuriam, et simulac contra eum dictarum auxilium inuocauerit ciuitatum, ciuitates debent regi norwegie, quod faciat regi dacie iusticiam, suas litteras destinare, quibus receptis, si rex norwegie rescripserit, se hoc velle, et quod ad hoc offerat se paratum ad acceptandum, et diem, quo ipse et rex dacie ad conferendum super eis, que inter ipsos uerterentur, possunt insimul conuenire, quam diu memoratus rex norwegie exhibuerit se ad iusticiam ipsi regi dacie cum effectu, memorate ciuitates non astabunt regi dacie, nec aliquod contra regem norwegie facient puplice vel occulte: cum vero conuenerint ipsi reges, quilibet per se assumat vnum discretum, et tercium ambo simul, quorum trium vel duorum ex ipsis stabitur arbitrio, quis dictorum regum causam habeat magis iustam, et si arbitrati fuerint, quod rex norwegie iusticiam habeat, ciuitates contra eum regem dacie non juuabunt; si autem arbitrium tulerint, quod rex dacie iustiorem habeat causam, ciuitates, si volunt, ipsum regem dacie potuerint tunc juuare; Ita tamen, quod scilicet gwerra moueri et geri incipiat, incole dictarum ciuitatum in norwegia et normanni in ciuitatibus premissis possint hinc inde, saluis rebus suis et personis, redire ad propria in vno mense postquam constiterit arbitrium esse latum; sed si forsan aliqui manere voluerint, vbi tunc fuerint constituti, manendi securitatem habebunt in se et bonis suis extra ex vtraque parte donec gwerra fuerit terminata; verum si, elapsis octo annis a festo pentecostes proximo preterito, dictarum ciuitatum incole regi dacie auxilium non prestiterint, ipsi de cetero alicui contra regem norwegie non astabunt, nec quod quelibet ciuitas *poterit*, juuare dominum suum, si ipsum rex norwegie duxerit invadendum, nec se confederabunt cum aliquibus aut coniurabunt, quin semper excipient de cetero dominum regem norwegie, quod nichil facient contra ipsum: et si dominus rex norwegie cum aliquibus confederacionem, seu coniuracionem fecerit, similiter dictas precludet et excipiet ciuitates.

In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Kalmarnie, anno domini M° CC° LXXX quinto, in vigilia omnium sanctorum.

1732. 1285—1305.

Johan Danskes gåfvobref på all sin fasta och lösa egendom till Sko kloster, så vida han dör barnlös, med förbehåll af blott egande- och nyttjande-rätten i sin tid, samt sin hustrus rättighet till hennes hälft, så vida hon honom öfverlefde, eller i händelse att hon dör före honom, hennes arfvingars rätt till tredje delen af hans egendom.

A. 3. b.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES dictus DANSKI, de villa vastadum in skoboherethi salutem in domino sempiternam, Quia summus

rerum opifex deus, de rebus humanis sic prouidit, vt in eis nichil esset, quod non varietati temporum, seu transmutacioni subiaceret, Jgitur ne eorum memoria que aguntur in tempore, simul cum tempore elabatur, necesse est, vt scripture aminiculo fulciantur, Hac igitur consideracione ego johannes inductus, multorum beneficiorum, ac solacii multiplicis, que habueram, et senseram, ac habiturum me spero, a reuerendis dominabus monasterii sko, nequaquam inmemor jmmo obligatum me ex illis multipliciter recognoscens, omnia bona mobilia et immobilia ad me spectancia, confero dicto monasterio sko, ob remedium anime mee perpetuo possidenda, si prolem legittimam ex dilecta vxore mea Elena mihi superstitem me habere non contingat, possessione seu vsufructu tantum, mihi pro vita mea retentis in eisdem, volo eciam ordinacionem et condicionem saluam per omnia esse, quam cum dicta vxore mea feceram super communibus bonis nostris, que est talis, videlicet quod si ipsa me mortuo superstes fuerit, de omnibus bonis mobilibus et immobilibus, que simul habemus et possidemus, medietatem integre percipiat ac leuabit, alia vero medietas cedat Monastrio supradicto, si autem ipsam ante me mori contigerit tunc heredes ipsius terciam partem omnium bonorum mobilium secundum leges patrie hereditabunt, Jn horum autem testimonium euidens sigilla Reuerendorum dominorum, domini Magni gregorisson, et domini benedicti bouason, nec non et sigillum meum proprium presentibus sunt appensa.

På frånsidan: Littera testamenti et mortus super Wastadha.

Sigillen: N. 1, 2 skadade; 3 borta, remsan qvar.

1733. 1291 d. 18 Jan. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Bulla till Abbedissor och Conventer af S. Claræ Orden, om befrielse från afgift till Påfliga Legaters underhåll.

A. 1. d. *)

Nicholaus episcopus seruus seruorum dei dilectis in christo filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancte clare, salutem et apostolicam benediccionem, quanto studiosius deuota mente ac humili comtemplacionis diuine vacatis obsequiis, tanto libencius vestre pacis procuramus comodum et quietis, attendentes igitur quod licet quam plurima monasteria vestri ordinis varias possessiones optineant. idem

*) Ur en af Minoriterbrödernas Gardian i Upsala Simon utgifven vidimation af den 27 Oct. 1345. Finnes äfven i en vidimation på papper, utgifven af Biskoparne i Linköping och Wexiö, Nicolaus och Thomas, dat. Stockholm den 12 Maj 1366.

tamen ordo in paupertate fundatur vosque voluntarie pauperes christo pauperi deseruitis, vestris supplicacionibus inclinati vt vos seu vestrum alique, ad exhibendum procuraciones aliquas legatis vel nunciis apostolice sedis siue ad prestandum subuencionem quamcumque vel ad contribuendum in exaccionibus vel collectis seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis aut legatorum vel nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum vel regionum quascumque impetratas vel eciam impetrandas minime teneamini nec ad id cogi possitis eciam si in huiusmodi sedis eiusdem contineatur litteris quod ad queuis exempta vel non exempta loca et monasteria se extendant, et aliqua eis cuiuscumque tenoris existat ipsius sedis indulgencia non obsistat nisi forsan, littere ipse dicte sedis de indulto huiusmodi et ordine vestro ac nomine cardinalis, cui gubernacio, protectio et correctio fratrum minorum ac eciam cura monasteriorum abbatissarum et monialium sancte clare ordinum presencium et futurorum pro tempore commisse fuerint plenam et expressam fecerint mencionem, auctoritate vobis presencium indulgemus, nos enim decreuimus irritas et inanes, interdicti suspensionis et excommunicacionis sentencias si quas in vos vel aliquam vestrum aut aliquid monasteriorum vestrorum seu quoscumque alios occasione vestri premissorum pretextu contra huiusmodi concessionis nostre tenorem per quemcumque decetero contigerit promulgari, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum apud vrbem ueterem quintodecimo kal. febr. pontificatus nostri anno tercio.

1734. 1291 d. 1 Aug. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Bulla om aflat för dem, som vilja antaga korset, för att med Konung Edvard i England draga till Förlofvade landet vid midsommarstiden år 1293.

A. 2. *).

Nicolaus Episcopus seruus seruorum dei, vniuersis christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Salutem et apostolicam benedictionem. Jlluminet super vos dominus uultum suum, et ita suo lumine, ad recensendum attentius, qualiter redemptor noster salutem humani generis in terra sancta dignatus est misericorditer operari, oculos in vobis hominis interioris illustret, quod accendatur ut ignis ad subueniendum terre illius necessitati-

*) Ur en af Ordenspriorn i Danmark O. till Predikarebrodren Israel i Sigtuna, meddelad afskrift, dat. Lund år 1292.

bus, zelus vester, concalescant corda, inflammetur affectus, et effectum prompta operis prosequcio subsequta commendet. Cuius etenim pectoris eciam lapidei quantamcumque duriciam non emolliat considerata illius humanacionis humilitas, in qua filius dei factus homo exinaniuit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo. Cuius viscera non inflamet caritatis ardore pia concideracio illius humiliacionis extreme, in qua ipse factus obediens usque ad mortem ad exprobrancium opprobria velud agnus coram tondente se vere mitis obmutuit, et sicut ouis ad occisionem ductus, post contumelias et terrores, post spinas et sputa, post flagella varia, innocens est sine causa dampnatus, ac demum saturatus obprobriis, clauis affixus, aceto et felle potatus in crucis patibulo, tam dire mortis subiit passionem, Misterium nostre redempcionis consumans, post traditum eciam spiritum, lancee illusione (!) confossus. Hec igitur filii et innumerabilia diuine largitatis karismata in terra predicta, ipsi humano inpensa generi ab eodem redemptore piissimo, si frequenter infra claustra pectoris attenta meditacione reuoluitis, si, qua decet attencione pensatis, quis vestrum non feruebit interius, foris ebulliat exclamabit et dicet Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi et non expectato monitoris vel sollicitatoris officio subiungat vltroneus. Calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. Quis sine acutissimi doloris aculeis considerare potest non solum veneranda et piissima loca illa, in quorum altero oriens ex alto pro nobis nasci dignatus humiliter, in reliquo mori crudeliter non expauit, set eçiam quasi iam totam terram eandem quam ipse idem sua illustrauit corporali presencia, miraculis clarificauit immensis et tandem effusione sui preciosi sanguinis in nostre salutis precium consecrauit, occupatam, per nefandissimos saracenos, ipsorum immundicia pollui, fedissima eorum habitacione fedari. Quis absque summa amaritudine commemoret tot christianorum castra Ciuitates et alia loca sollempnia destructa penitus et ad nichilum redacta et eorum incolas eorumdem saracenorum inmanitate perhemtos. Prodolor. Quis noui casus, quem deplorare libet potius quam narrare, solers censor et discriminum que comminari vide(n)tur discussor, attentius per noctem et diem, quasi torrentem lacrimas non deducat. Cuius oculi puppilla tacebit. Cuius pectoris penetral continebit suspiria, vel in cingultuum frequenciam non erumpat lugubri contemplacione recensens, quod quamcumque mater ecclesia casum eundem preuenire studuerit incolis illarum partium in galeis bellatorum multitudine ac subuencione pecuniaria iuxta persuasam ab eis denunciate necessitatis exigenciam et oblate super hoc peticionis instanciam, succurendo. nihilominus tamen Ciuitas acconensis sic eiusdem ecclesie studio communita quadraginta et quatuor diebus arcissima babilonice potencie obsidione circumdata, terribilibus machinis die no-

ctuque vexata, impetita diris ac crebris insultibus mensibus eciam ipsis per cuniculos arietatis occultos, quadragesimo quarto die obsidencium viribus dei permissione mirabili et stupenda, succ. uit capta per eos et igni exposita, christicolis inibi existentibus cesis innumeris et ceteris, qui habere nequiuerunt ad maritima vasa recursum, in captiuitatem abductis, vt per iugum barbarice seruitutis horribile, dispendiis ciuilis mortis addicti, naturali eciam diutius moriantur, et deinde tirensis ciuitatis dedicione sequta. Quis igitur de cetero marcebit ocio. Quis ocius non exurget. Quis ad recuperacionem terre predicte non promptus exiliet? quis tardabit? Quem non pudebit ingratitudinis argui. quin potius quasi de infidelitate notari si creatori proprio tam benefico domino ad redempcionem terre illius quam ipsi sacra scriptura testatur omnium cariorem, qua potest, promptitudine non assistat, cum eciam secundum iuris humani censuram subditos suis dominis, et ad tuenda que possident et ad recuperanda iniuste subtracta debitum fidelitatis astringat. Quis de tot fidei ortodoxe cultoribus tam immaniter trucidatis, de tot calamitatibus captiuorum et aliis christianitatis obprobriis, non ex tota mente mouebitur non armabitur ad vindictam? Profecto cum secundum apostolum, omnes simus vnum corpus in christo, non immerito cum illis de quibus scriptum est, Percussisti eos et non doluerunt, insensibilitatis arguitur, quisquis tantam huius nostri corporis mutilacionem, predictorum scilicet christicolarum non sentit excidium, et tam grauiter argui non ueretur. Accingimini igitur christi fideles et quia christiana religione censemini, vos christianos esse operum prosequcione monstrate, accipite deuocione qua decet, viuifice crucis signum, illud in consideracionis vestre scrutinium deducentes quod viris quantumcumque magnificis quantumcumque dignitate preditis et virtute, ad gloriam magnam asscribitur, si eis in bello quouis dominorum insignia gerere concedatur, sub quibus contingit frequenter non sine salutis eterne discrimine mortis subire periculum sub cuiuslibet remuneracionis incerto. Quanto igitur gloriosius quanto securius regis regum in eius bello victoriosum gestare uexillum, salutiferam videlicet christi Crucem, sub qua, deuocione congrua, puro corde suscepta, conceptum prosequentibus mundicia continuata propositum mori est vite eterne inicium, transitorie vite finis, retribucionis inestimabilis certitudo. Festinate igitur festinate, ad salutis vestre properate conpendium, accendatur cuiusque virilis animus, et consultius accedentes, quod si forte labor maior ex dictarum ciuitatum capcione proponitur, merces uberior subsequetur. Cum, sicut scriptum est, secundum suum laborem accipiet vnusquisque mercedem, corpora vestra et corda pariter, eiusdem viuifice crucis signo in terre sepefate subsidium insignite, nunc precipue dum ipsius terre subuencio, multis abolim per sedem apostolicam exquisita vigiliis multis laboribus

et oneribus procurata, sed diuersis et aduersis euentibus diucius inpedita, diuina, vt supponit deuota credulitas, prouisione dirigitur et ad expiendas terre ipsius angustias, eamque de inpiorum manibus eruendam efficaciter, sub spe diuini numinis preparatur. Siquidem karissimus in christo filius noster christianissimus princeps, Eduardus, anglie Rex illustris, post tractatus varios super generali et suo passagio in ipsius terre subsidium faciendo diuersorum Pontificum Romanorum, temporibus habitos, nouissime tanquam benediccionis filius, nostris beneplacitis acquieuit, vt post christum iuxta consilium eius eat, se ipsum abnegans ac tollens, ut eundem sequatur dominum, crucem suam, terminum, festum videlicet natiuitatis beati johannis baptiste, quod erit, anno domini. M°. CC°. nonagesimo tercio, et ei ad transfretandum personaliter, necnon ad dictum generale passagium cruce signatis et cruce signandis, omnibus duximus prefigendum, humiliter acceptauit, seque ipsum exponere sui Redemptoris obsequiis, terre prefate personaliter subueniendo, disposuit, negligens natalis soli dulcedinem, pretermittens regni sui terrarumque diuicias, spernens delicias et gloriam inibi dominandi. Non igitur cunctemini amplius predicti gloriosi vexilli dominici caractere insigniri, mercantes felici commercio, perpetuam, post defunctionem corporis, exiguo, necnon perpetuitatis cooperacione vix momentaneo labore quietem, et permutacione consulta terrena pro celestibus commutantes, transitoria pro mansuris, temporalia pro eternis. Ceterum licet ad expiandos vestros animos in terre memorate succursum, sufficere debeat solers attencio premissorum, vt tamen eiusdem terre negocium eo libencius eoque feruencius prosequi studeatis, quo potiorem fructum ex vestris laboribus vos noueritis percepturos, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, auctoritate confisi, et illa quam nobis, licet indignis, deus ipse ligandi et soluendi contulit potestatem, omnibus, qui vexilli dominici caractere insigniti personaliter propriis sumptibus in predicte terre subsidium proficisci curauerint, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus, et in retribucione iustorum, salutis eterne pollicemur augmentum. Eis autem, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen illuc personis accesserint, et illis similiter, qui iuxta qualitatem, et facultatem suam personas ydoneas in expensis propriis destinabunt, quamuis personaliter ipsi non uadant, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis et indulgencie volumus et concedimus esse participes, iuxta quantitatem subsidii et deuocionis affectum, eos, qui licet non iuxta qualitatem et facultatem suam, aliquam tamen seu aliquas personas in subsidium dicte terre in propriis sumptibus destinabunt, vel suis temporalibus bonis contribuent ad aliquas destinandum, necnon omnes, qui ad subuencionem ipsius terre eidem

aliqua de bonis propriis ministrabunt, prout singulis diuina fuerit inspiracione suggestum, aut alias ad promocionem presentis negocij consilium et auxilium inpenderint oportunum. Porro, si forte aliquos eorum qui cruce suscepta in iam dicte terre sancte subsidium, proficiscendi laborem subierint, post arreptum iter huiusmodi ex hac luce migrare contigerit, ipsos nihilominus plene percipere volumus indulgenciam prelibatam, personas quoque familias et bona eorum, quos ad transfretandum personaliter, uel iuxta qualitatem et facultatem, suam personas ydoneas destinandas votum assumpte iam crucis astringit exnunc, quos vero suscipiende crucis de cetero votum obligabit ad idem a die qua taliter crucem assumpserint, sub beati Petri et nostram protectionem suscipimus, statuentes vt sub dyocesanorum suorum defensione consistant. Quod si eos aliqui indebite molestare presumpserint, per dyocesanos locorum, in quos iidem molestatores fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita compescantur. Preterea, ipsis, qui predicto modo crucem, uel iam assumpserunt uel assument in posterum, indulgemus, vt per sedis apostolice litteras, vel legatorum eius, nisi forte ille que ab eadem sede optente fuerint, plenam de indulto huiusmodi fecerint mencionem, extra suas dyoceses non ualeant conueniri, dummodo parati existant coram suis ordinariis, de se querelantibus respondere. Quos per eosdem ordinarios ecclesiastica censura defendi, cessante appellacionis obstaculo, volumus ab hiis, qui eosdem contra indultum huiusmodi presumpserint temere molestare. Siqui vero ipsorum ad prestandas vsuras iuramento teneantur astricti, creditores eorum per dyocesanos suos, censura simili compellentur, vt iuramentum huiusmodi penitus relaxantes, ab usurarum ulterius exactione desistant. Si autem aliqui creditorum eos extunc ad solucionum coegerint vsurarum, ipsos ad restitucionem ipsarum per dyocesanos eosdem, simili districtione uolumus compelli. Judeos quoque ad remittendas ipsis vsuras, per secularem compelli precipimus potestatem, et donec eas remiserint, ab omnibus christi fidelibus, quibus hoc per suos dyocesanos denunciatum exstiterit, tam in mercimoniis quam in aliis, sub excommunicacionis pena uolumus communionem omnimodam denegari. Postremo cruce signatis et cruce signandis eisdem uolentes plenius prouidere, dyocesanis ipsorum, ac nonnullis aliis, absoluendi eos ab excommunicacionis sentenciis in variis casibus secundum iuris et facti exigenciam putauimus expedire, necnon dispensandi cum clericis, qui cum a canone vel ab homine latam sentenciam incurrissent irregularitatis notam, immiscendo se diuinis officiis, contraxerint, per alias nostras litteras plenam et liberam concedimus facultatem. Datum apud vrbem ueterem. kal. augusti. Pontificatus nostri anno quarto.

1735. 1291 d. 1 Aug. Rom.

Påfven Nicolaus IV:s Bulla, med uppdrag åt Provincial-Priorn för Predikarebröderne i Danmark, att sjelf, jemte några utvalda Ordensbröder, draga omkring att predika och uppmana folket till deltagande i korståget mot Saracenerne, jemte löften om belöningar samt nödiga föreskrifter.

A. 1. d *).

Nicolaus Episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio, Priori prouinciali fratrum ordinis predicatorum in Prouincia Dacie, Salutem et apostolicam benediccionem. Terre sancte statum miserabilem non absque graui amaritudine intra mentis nostre precordia, recensentes, atque ad liberacionem ipsius, nostra simul et desideria conuertentes et studia, inter multa operosa subsidia, que ipsi terre, deo auspice, fructuosa sedulo procurare atque inpendere studuimus et studemus generale passagium pro eiusdem terre subsidio, in festo natiuitatis beati Johannis baptiste, quod erit anno domini. M°. CC°. XC°. III . de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, sicut in aliis nostris litteris, per quas ad subuencionem eiusdem terre vniuersos christicolas exhortamur, quas tibi vna cum presentibus mittimus, euidentius declaratur. Vt autem ad succurrendum promptius in eodem passagio terre prefate per diuini verbi virtutem mentes fidelium salubriter excitentur, christicolis per diuersas christianitatis partes proponendum deliberamus verbum crucis, ad exequendum in Prouincia tibi commissa deliberacionem huiusmodi, te ac fratres ordinis tui eo confidentius eligentes, quo magis ad compaciendum et subueniendum pro viribus terre predicte, religionis vestre pietas vos inuitat. Jdeoque predicande ipsius uiuifice crucis ministerium in eadem prouincia, tibi et viginti fratribus eiusdem ordinis Religiosa conuersacione probatis, atque ad huiusmodi aptis officium, quos de discretorum fratrum consilio duxeris eligendos, presentium auctoritate committimus, in remissionem peccaminum iniungentes, Quatinus tu et iidem eligendi fratres, huiusmodi ministerium, iuxta datam uobis a deo prvdenciam, non obstante quod hoc idem aliis sit commissum, solerter et efficaciter exequi studeatis, omnes fidei ortodoxe cultores ad tam pii negocii prosequcionem ydoneos, predicacionibus crebris et sedulis exhortando, vt ad liberandum predictam terram de manibus inpiorum, victoriosum eiusdem viuifice crucis signum deuote suscipiant et proprjis affigentes humeris, et magis cordibus inprimentes, reuerenter et publice deferant, atque ad eiusdem terre succursum in predicto passagio generali promptis animis totisque viribus se accingant. Quod quidem venerabile signum volumus ut cunctis deuote petentibus concedatis, gene-

*) Ur en af Provincial-Priorn för Predikarebrödernas orden i Danmark vidimerad och till Lectorn i Sigtuna kloster Israel ställd afskrift af år 1292.

generaliter omnibus predicentes, quod qui crucem eandem susceperint in predicte terre subsidium, vel personaliter in propriis uel alienis accedere, vel iuxta qualitatem et facultatem suam bellatores seu alias personas ydoneas destinare, vel saltem, si ex causis legittimis ecclesie oportunum fore uidebitur, suscepte crucis votum, ad arbitrium apostolice sedis, seu eorum qui ad hoc fuerint deputati per ipsam, de facultatibus suis redimere tenebuntur. Hos autem qui taliter votum huiusmodi redemerint remissionis et indulgencie, que transfretantibus in subsidium antedictum conceduntur, volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii quod inpendunt et eius, qua hoc facient, deuocionis affectum, aliorum vero priuilegiorum et immunitatum seu graciarum que ipsis transfretantibus per presentes et alias vniuersis directas fidelibus nostras litteras conceduntur, plena eos uolumus commoditate gaudere. Jnsuper omnes qui hactenus idem signum pro eodem subsidio susceperunt monere ac inducere procuretis, vt illud, si forte dimiserint, resumentes, alacriter votum domino reddere studeant quod uouerunt, terre prefate subueniendo efficaciter ut tenentur. Cum autem omnibus christi fidelibus qui eidem terre succursum inpenderint oportunum, vnicuique secundum proprium meritum indulgenciam salutarem, ac maxime illis, qui cruce suscepta in ipsius terre subsidium, vel personaliter ibunt, uel personas ydoneas iuxta qualitatem et facultatem suam in propriis sumptibus destinabunt, multiplicium graciarum beneficia concedamus, sicut in aliis nostris litteris prelibatis seriosius continetur, earundem litterarum tenorem per te ac fratres a te vt premittitur ad predicandum crucis officium, eligendos, volumus populis christianis frequenter et diligenter exponi. Jta siquidem prouide, quod et beneficia supradicta, que ipsis in terra concedimus, et copiosam mercedem que ipsis preparatur in celo cognoscere valeant et amare. Nec tamen ex uerbis vestris concipiant, se aut plenam in casibus in quibus nequaquam, aut maiorem quam concedatur indulgenciam promereri. Sane ipsos populos ad ydonea et certa loca, quociens expedire uideritis conuocandi, ad uerbum crucis humiliter audiendum, ac omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad huiusmodi vestras predicaciones conuenerint idem uerbum audierint reuerenter, centum dies de iniunctis sibi penitenciis, relaxandi, uobis auctoritate presentium committimus facultatem. Si quando autem ad ecclesias interdicto suppositas, vos deuenire contigerit, liceat uobis ad ipsas populos conuocare, ac verbum crucis proponere in eisdem, necnon excommunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanis, submissa uoce ianuis clausis cum vestris sociis diuina officia celebrare. Ad hec, siqui eorum quos ad transfretandum personaliter, uel iuxta qualitatem et facultatem suam personas ydoneas destinandum, vo-

tum assumpte iam Crucis astringit, vel assumende deinceps obligabit ad idem. excommunicacionis pro violenta iniectione manuum in personas ecclesiasticas, essent vinculo innodati, dummodo non fuerit excessus difficilis et enormis, et passis iniuriam satisfaciant competenter, siue pro eo quod sepulcrum dominicum visitare, seu ad quaslibet alias terras accedere, uel aliquibus communicare, non tamen in crimine, contra prohibicionem ecclesie presumpserunt, dummodo equos, arma, ferrum seu lignamina, quibus christianos inpugnant non portauerint saracenis, absoluendi eosdem in forma ecclesie, ac dispensandi cum clericis, qui, cum excommunicacionis sentenciam, latam a Canone uel ab homine, incurrissent irregularitatis notam immiscendo se diuinis officiis, seu ministrando in susceptis ordinibus, contraxerunt, tibi et Octo ex fratribus antedictis, quos ad hoc specialiter ex consilio discretorum fratrum elegeris concedimus potestatem. Jta videlicet quod beneficium absolucionis et dispensacionis huiusmodi, tu et quilibet eorundem Octo fratrum, omnibus qui de manibus vestris aut aliorum fratrum, qui a te vt premissum est, fuerint ad officium antedicte predicacionis electi, crucem susceperint, dummodo persone sint cognite, discrecione preambula inpertiri possitis. Porro quia dignus est operarius mercede sua, tibi et fratribus memoratis in hoc diuino fideliter laborantibus opere, preter mercedem eternam quam merito sperare potestis, quocienscunque studueritis populis ad hoc specialiter conuocatis, proponere verbum crucis, centum dierum indulgenciam elargimur. ac vos indulgencie memorate, que transfretantibus in subsidium supradictum conceditur, iuxta laboris vestri mensuram volumus participacione gaudere. Ceterum, si quos ex fratribus, quos ut supra dicitur, ad exequenda premissa duxeris eligendos, ab exequcione huiusmodi, vel per mortem, siue alias quomodolibet inpediri vel per tuam forte prouidenciam remoueri contigerit, facultatem tibi concedimus loco ipsorum alios subrogandi. Cum autem hoc idem predicande crucis officium, venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis et Episcopis ac non nullis aliis per alias nostras litteras committamus, te ac fratres ordinis tui ad huiusmodi ministerium per te ut premittitur eligendos, cum omni diligencia volumus obseruare, vt eisdem prelatis humili Reuerencia deferentes, cum ipsorum aliquem in quauis ciuitate castro vel oppido predicare contigerit, vos ibidem eadem hora nullatenus, set nec eadem die, nisi de ipsorum consensu conuocare populos ad predicacionem huiusmodi presumatis, cauentes omnino, ne prelatorum ipsorum predicacio per vos seu occasione vestri inpediatur quomodolibet uel turbetur. Cum aliis eciam qui eiusdem predicacionis auctoritate nostra, officium exercebunt, sic loca predicacionis et tempora curetis diuidere quod uos mutuo non turbetis nec inpediatis aliquatenus per concursum, set uobis inuicem alternis vicibus cum

omni paciencia et quiete cedatis, ita quod ex vestra modestia populi bonam edificacionem accipiant et consequenter ex predicacionibus vestris fructus uberior valeat prouenire. Denique discrecionem tuam volumus prouidere, ut singuli fratres quos ad supradictum officium elegeris, tam presentium quam aliarum litterarum nostrarum christicolis omnibus sub manu publica, vel saltem sub tuo siggillo copiam habeant, vt inspiciendo frequenter de hiis que agenda committuntur eisdem reddantur plenius informati. Postremo quia diuersis olim temporibus nonnulle super predicacione crucis in sepefatum subsidium commissiones a sede apostolica emanarunt, ne forte illarum occasione turbacio ulla siue confusio valeat suboriri, nolumus vt auctoritate commissionum illarum in locis ad que presens commissio nostra peruenerit, crux de cetero predicetur, set predicacioni huiusmodi eos duntaxat insistere uolumus, qui presentis nostre commissionis fuerint auctoritate suffulti. Datum apud vrbem ueterem, kalend. augusti, Pontificatus nostri anno Quarto.

1736. 1292 d. 22 Juli. Stockholm.

Konung Birgers bref till Staden Lybeck, om de denna stads borgare förunnade fri- och rättigheter i Sverige, samt stadfästelse på deras förra privilegier.

K. v. reg. och L. c. 166.

Birgerus Dei gratia Sweorum Ghotorumque rex, viris prudentibus et discretis, prefecto, consulibus ac burgensibus universis civitatem Lubicensem inhabitantibus omne bonum cum salute vite presentis pariter et future. Si lites et jurgia per antecessores nostros sapienter et fine debito terminata iterum de die in diem deberent in irritum revocari, nunquam secura pacis concordia posset ab hominibus inveniri. Volumus igitur omnes vos Lubicenses ad regnum nostrum cum mercimoniis venientes a tributo et theoloneo quolibet esse liberos penitus et exemptos. Si qui vero de vestra civitate moram nobiscum facere voluerint et in regno nostro habitare, tunc volumus ut patrie nostre legibus utantur et regantur et Sueni de cetero appellentur. Et hoc idem petimus, ut vos circa nostrates ad vestram civitatem venientes inviolabiliter observetis. Preterea si quis de vestra civitate aliquam de nostratibus passus fuerit injuriam ad nos cum litteris vestris et legitimo veniat testimonio et nos eidem in continenti secundum leges patrie plenum et integrum faciemus fieri iustitie complementum et vos nostratibus uobiscum consimiliter faciatis. Similiter et omnia alia, que progenitores nostri in privilegiis suis antiquitus statuerunt volumus observari. Preterea si qui de vestra civitate penes nos in mari rapinas velint exercere et pacis federa perturbare, ipsos de vestra ci-

vitate in perpetuum exuletis, et nos hoc idem circa personas talium facere volumus ubicunque prope partes nostras poterunt inveniri. Preterea petimus instancius, ut illos qui de nostris partibus ad vos veniunt, veluti uestrates et nos illos, qui de vestra veniunt civitate veluti nostrates, ad invicem mutuo diligamus. Insuper libertates et privilegia per progenitores nostros vobis concessa tam super thelone, quam super rebus naufragii, quamdiu vestri cives eas per se vel alios extrahere seu salvare poterint et voluerint, non tollendis, vestris civibus concedimus et habenda inposterum presentibus litteris sigilli nostri roboratis munimine confirmamus. Datum Stockholmen anno domini M CC XC secundo in die beate Marie Magdalene.

1737. 1292 d. 1 Aug. Frödavi.

Magnus Johanssons förnyelse af sitt år 1283 upprättade testamente, med tillägg af nya donationer till andliga stiftelser och enskilda personer, trälarnes frigifvande, m. m.

A. 4.

In nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Cum mortis terminus cunctis mortalibus sit jncertus, Jdcirco Ego Magnus Joansson diligenti et diutina deliberatione prehabita, Anno Domini. M°. CC°. Octogesimo Tercio in Crastino beati Thome Episcopi et Martyris meum condendo testamentum, legata feci Monasterijs ac pijs locis jnfra scriptis. Videlicet Nydal. XL:ta Marcas denariorum. Guthem. XL:ta. Marcas denar. Alwastro. XL:ta. Marcas denar. Risiberg. viginti. Marcas. denar. Juluttum. decem. Marcas. denar. Ascaby. XX. Marcas. denar. Wretum. XX. Marcas. denar. Jtem fratribus predicatoribus, videlicet Ludosie, nouem. Marcas. denar. Scaris. IX. Marcas. denar. Skeningie. nouem Marcas denar. Finlandie. IX. Marcas. denar. Wisby. IX. Marcas. denar. Strengenes. IX. Marcas. denar. Sictonie. IX. Marcas. denar. Calmarnie. XV. Marcas. denar. Westrearos. XX. Marcas. denar. Jtem fratribus Minoribus, Scaris. XV. Marcas. denar. Junacøpie. IX. Marcas. denar. Lyncopie. sex Marcas. denar. Suthercopie. XV. Marcas. denar. Nycopie. XV. Marcas. denar. Arbuga. sex. Marcas. denar. Enecopie. XXX:ta. Marcas. denar. Stocholm. XV. Marcas. denar. Wisby. XV. Marcas. denar. Jtem hospitalibus, videlicet Ludosie. sex. Marcas. denar. Scaris. sex. Marcas. denar. Suthercopie. sex. Marcas denar. Skeningie. sex. Marcas. denar. Enicopie. sex. Marcas. denar. Wisby. sex. Marcas. denar. ølandie. sex. Marcas. denar. Nolens autem predicta legata sub futuris contingentibus meis heredibus jn posterum persoluenda relinquere ipsa de Consilio discretorum jntegre persoluj suprascriptis Monasterijs et locis. Eo excepto. quod Nydal. XX. Guthem. XX. Alwastro. XX. Marce denariorum, adhuc remanent persoluende. Pro quarum solutione facienda, eisdem

Monasterijs Curiam Kyliar ohligo per presentes; donec jntegre fuerint persolute. Quia vero dominus vlterius michi tempus jndulserat ordinandi de bonis meis. Jdeo preter ea que pretacta sunt, de nouo Testamentum meum condo et ordino jn hunc modum. Jn primis enim heredes michi jnstituo, dilecte quondam sororis mee filios, videlicet Dominum Johannen Angelum, et Dominum Karolum Canonicum vpsalensem. Locum autem sepulture apud Monasterium Sanctimonialium jn Scho michi eligo. Cuj Monasterio lego Curiam meam Snorsta, cum Molendino et piscatura ibidem, ac Ceteris bonis mobilibus et jmmobilibus, sicut ipsam possideo. Jtem lego ibidem ad vnum altare beate virginis, ornamenta, Calicem, Missalem, et omnia alia necessaria que ad altaris ministerium requiruntur. Volens, ut per dominum vpsalensem temporibus perpetuis perpetuus vicarius jnstituatur ad altaris seruicium memoratj. Ad cujus vicarij sustentacionem, Curiam meam Frøsaker, et aliam Curiam in Fullabro cum Molendino ibidem, et jnsulam dictam Lisø sicut ipsa possideo, et predium meum Faldenæs. lego secundum modum et formam, que jn litteris super hoc specialiter confectis, plenius continentur. Jtem dilecte vxori mee Jngiburgi si ipsam post me superstitem relinqui contigerit. lego Curiam meam in Frødawi cum bonis omnibus mobilibus et jmmmobilibus, cum Molendinis pertinentibus ad Curiam baldingstaδ, et Quinque solidos terre cum dimidio, jn ølistum, et dimidiam oram Terre in Sæby. Et quia Curiam meam bother sitam in Niuthinge, quam eidem dilecte vxori mee pro donacione propter nuptias assignaueram, postmodum contuli famulo meo magno dicto ænkiæ. Jdeo loco eius assigno sibi Curiam meam Husaby a Reech cum attinencijs omnibus. Jtem quia Curiam Mithalby cuius proprietas olim spectabat ad sepedictam dilectam vxorem meam, de ipsius consensu contuli Domine Ragnildi vxori Domini benedicti boson. idcirco loco eius assigno sibi Curiam meam Egby a Thorsne cum omnibus attinentijs suis, prout jn litteris super hijs omnibus confectis, euidentius est expressum. Jtem ecclesie vpsalensi lego Curiam meam Næs cum omnibus bonis mobilibus et jmmobilibus ibidem. jta tamen, quod ratione eiusdem legati, archiepiscopus vpsalensis jnfra annum a die obitus mei teneatur soluere fratribus Minoribus vpsalie Octoginta. Marcas denariorum quas lego eis, et Triginta. Marcas. denar. ad fabricam ecclesie vpsalensis. Jtem lego dilecto Nepoti meo Fratri Jsraheli lectori fratrum predicatorum sictonie. XX. Marcas. puri et examinati argenti, quas heredes mei vel hujus testamenti exequtores sibi tradant plenarie, antequam ipsi heredes jus hereditarium assequantur. Quj frater Jsrael si ante perceptionem dicti legati decesserit, volo quod supradicte. XX. Marce. argenti sictoniensi Conuentuj juxta modum superius positum nichilominus assignentur. Jtem cum pro domino Petro Ragnwalzson bone memorie, Centum viginti. Marcas. denar. vsualis monete exhibere tenear in subsidium Terre sancte. Jdeo ad huius de-

biti satisfactionem si me viuente solutum non fuerit, deputo Curiam meam Limsta in parrochia yristum cum suis attinentijs omnibus, excepto grege jumentorum vulgariter dicto stoth. hac condicione adiecta, quod vel per dominum . . Arosiensem Episcopum si ei placuerit ad opus ecclesie sue possit redimi, vel alias vendi per predictos executores, quibus committo, vt eius precium jn supradicte Terre sancte subsidium transportari procurent. Jtem pro jnstaurando domicilio pauperum vpsalie jn fundo qui ex parte vpsalensis ecclesie ad hoc fuerit assignatus lego vnam stupam. Tres oras terre jn vpby. Octo solidos terre jn granum. et predium quod habeo in villa que dicitur brunnær parrochie wængiæ. volens, vt eiusdem domicilij curam habeat prepositus vpsalensis. Jtem lego Ecclesie baldingstad. septem solidos terre in grytum. Ecclesie Næs. septem solidos terre jn Stabby. Ecclesie Sorundi. lego predium totum quod possideo in forse. Ecclesie Roslæsu. predium quod habaj de Nicolao Haboæ. Ecclesie ketastadum. predium quod possideo in wallum. Jtem Curiam meam Hyrn. lego Katerine naturalj filie mee, dummodo jn Monasterio Scho antedicto, se diuine mancipare voluerit seruitutj. Jtem Jngiburgi naturalj filie mee. lego Curiam meam Løstar, et Curiam meam Widhem, cum Molendino et piscatura, ac ceteris bonis mobilibus et jmmobilibus, eisdem curijs attinentibus. Jtem Curiam meam Cumblar quam habui per commutationem pro hamundastadum, cum bonis mobilibus et jmmobilibus ibidem. tam seruicij quam pietatis jntuitu, lego Petro dicto Hwit, et Holmwasto dicto scumpa, jta quod ipsi Curiam et bona predicta jnter se diuidant ex equali. Jtem fratri brothero Confessori meo, lego Tres. Marcas argenti. Jtem de qualibet Curiarum mearum tam legatarum quam non legatarum do pauperibus vnam vaccam. Seruis etiam meis tam emptiçijs quam vernaculis et ancillis, plenam confero libertatem. Porro huius mei testamenti exequtores constituo, venerabiles patres ac dominos, . . Archiepiscopum vpsalensem Episcopos, . . Strengenensem et .. Arosiensem. Necnon Priorem sictoniensem et Guardianum vpsalensem. Quorum si aliquis vel aliqui predictis exequendis jntendere nequiuerint vel forsan noluerint, reliqui nichilominus liberam facultatem habeant supradicta omnia et singula exequendi. Jn omnium autem premissorum robur et euidentiam, sigillum Domini mei, Domini Byrgeri dei gracia sueorum gothorumque Regis illustris, vna cum sigillo Capituli vpsalensis, ac sigillis memoratorum . . Strengenensis et Arosiensis Episcoporum. sigillum meum, necnon predictorum Prioris et Guardianj presentibus sunt appensa. Actum apud Frødawi Anno Domini. M°. CC°. Nonagesimo secundo. jn festo sancti Petri ad vincula.

På frånsidan: Testamentum domini magni Joanson in quo instituitur perpetua vicaria de curiis frösakær et fullabro ac molendino ibidem, ac predio Fakdanæs, et quedam alia aliis. Jtem ecclesie vpsalensi curia næs. *Med sednare hand:* Snorsta cum molendino legatur pro perpetua vicaria Claustro skogh et piscatura ibidem Jtem insula dicta lisö. S. N. VI.

Sigillen: N:o 1 (K. Birgers), 4, 5, 6 skadade; 2, 3 och 7 borta; remsorna qvar.

1738. 1292 Odat. Lund.

Provincial Priorn för Predikarebröderna i Danmark O:s för Lectorn Israel i Sigtuna kloster utgifna vidimation af Påfven Nicolaus IV:s Bulla, med allmän uppmaning till korståg mot Saracenerne.

A. 1. d.

Jn christo sibi karissimo, Fratri Jsraeli Lectori Sictuniensi ordinis predicatorum Frater O. fratrum eiusdem ordinis in Prouincia Dacie Prior et seruus, Salutem in dei filio ihesu christo. Noueritis me recepisse mandatum apostolicum in hec verba. Nicolaus Episcopus &c. *Se föreg. N:o* 1734. Jn cuius recepcionis mee testimonium, sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lundis, Anno domini, Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo Secundo.

Af sigillet finnes ett litet stycke qvar.

1739. 1292 Odat. Lund.

Provincialpriorn för Predikarebröderna i Danmark O:s vidimation af Påfven Nicolaus IV:s till honom ställda Bulla, angående ordens korstågs predikningar, jemte uppdrag åt Lectorn Israel i Sigtuna kloster, att predika korset.

A. 1. d.

Jn christo sibi karissimo, Fratri Jsraeli Lectori Sictuniensi ordinis predicatorum, frater O. fratrum eiusdem ordinis in Prouincia Dacie, Prior et seruus, Salutem in dei filio ihesu christo. Noueritis me recepisse mandatum apostolicum in hec verba. Nicolaus Episcopus &c. *Se föreg. N:o* 1735. De vestra igitur discrecione et probitate plenam gerens fiduciam, concedo vobis tenore presentium auctoritatem crucem dominicam predicandi cum omni integritate graciarum quas sedes apostolica indulget quibusdam predicantibus dictam crucem. Jn cuius concessionis testimonium, siggillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lundis, Anno Domini, Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Secundo. Jn nostro Capitulo Prouinciali.

På frånsidan: quod prouincialis potest mittere fratres ad terram sanctam.

Sigillet bortfallet; remsan qvar.

1740. (1292—1308).

Gudmar Magnusson intygr, att Biskop Lars i Linköping för honom betalt 63 mark, som han varit skyldig att betala för afledne Biskop Bengt.

A. 7.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Gudmarus Magni quondam filius Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium singulis constare

cupio euidenter, quod dominus Laurencius dei gracia episcopus lincopensis, de debitis que ex parte domini mei benedicti quondam episcopi lincopensis tenebar persoluere. LXIII. Marchas pro me soluit, promittens me liberum de solucione iam expressa pariter et exemptum.

Sigillet något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1741. (1292—1312).

Prestmannen Johans i Lommaryd testamentariska anordning af sin fasta och lösa egendom till kloster, kyrkor och enskilde personer.

A. 4.

Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis, Ego IOHANNES plebanus in Lomarydht, licet corpore debilis, mente tamen sanus Testamentum meum condo in hunc modum, Jn primis in honorem beate virginis, monachis in aluastrum, apud quos eligo sepulturam, lego decretales nostras, breuiarium, et ambulatorem nostrum, et vnum centenarium vadmalis et tele, Fratribus minoribus iunacopie ad edificium tres marcas denariorum, ecclesie mee .III. marcas denar. cum predijs omnibus et singulis, que possideo in parochia mea, primo videlicet in biærnarydht, predium duarum marcarum, et in hullarydhum predium vnius marce denariorum, et in bodhum predium vnius marce, Karulo vlphsson balteum nostrum argenteum cum vase argenteo, Domicelle Katerine missalem, bænoni bucca. vnum calicem et caldarium braxature, Ragnildi vxori eius .I. ambulatorem, domino asulpho tunicam cum fodratura de mardelinis, et capucium simile, sorori mee secilie (!) I. nigrum equm, et collobium nostrum, cum suo capucio, sorori mee asø .I. ambulatorem et tunicam blauiam de sayan, ragnildi .I. tunicam blauiam cum suo capucio, margarete .I. tunicam. domino iohanni *cong*nato nostro, de aluastrum. casus decreta*lium* et summulam de abstinencia, domino ragualdo priori, vadmale pro cucculla, et domino magno similiter, domino forcundo .I. nucem argenteam, domino iohanni de balarydht .I. vaccam. domino. N. de bredhestadhum .I. vaccam, domino, O. de frinnarydhum .I. vaccam, domino. M. de hagrydh .I. vaccam, fratri vlphoni .I. pellem vrsinam, et bottas nostras, Jtem ingiualdo .I. nigrum ambulatorem .II. boues. et I. vaccam, fula .I. iuuenem equm, et .I. iuuencum, et .I. iuuencam, petro daco .I. vaccam. et capam. iarundo paru, I. bouem, beroni .I. iuuenem bouem, margarete paupercule .I. vaccam, øiaro brudsson .I. vaccam. et ocreas suas nouas, regnero toracem suam, Ne autem super dicta legacione aliquis dubitare possit, siggilla domini gudmari magnusson karuli vlphsson, domini iohannis viceprepositi nostri, vna cum

sig-

siggillo proprio presentibus duxi apponenda, Executores autem huius testamenti, constituo videlicet dominum gudmarum, karulum vlphsson et fratrem iohannem monachum, de aluastrum.

På frånsidan: Testamentum domini johannis in lomarydh. *Med något sednare hand:* Littera de lomaryd testamentum preteritum.

Sigillet N. 1. skadadt; de öfriga tre bortfallna, remsorna qvar.

1742. 1293 d. 9 Aug. Roskild.

Konung Eriks i Danmark stadfästelse på de friheter och förmåner, hvilka Stralsunds invånare fordom erhållit, på marknaderna i Skanör och annorstädes i riket.

L. c. 172. *).

Er(icus), dei gracia danorum sclauorumque Rex, Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam.

Noueritis, quod nos viris prouidis dilectis nobis ciuibus de stralaesund omnes libertates et gratias, quas a progenitoribus nostris, quondam regibus dacie, in nundinis nostris scanör et alibi per regnum nostrum hucusque habuisse noscuntur, dimittimus et concedimus de cetero habendas libere et exercendas, quam diu nobis deuoti fuerint; Mandantes omnibus officialibus nostris vbique per regnum nostrum, ne dictos ciues contra predictas libertates molestare presumant nec ab ipsis insolitum thelonium exsigant (!), set tantum illud, quod tenebantur soluere ab antiquo; et si aliquis ex ipsis pro quacumque causa seu fore facto in iudicium vocati fuerint, si factum negauerint, nolumus eos compelli per suspectas sibi personas se defendere, set per alios homines bone fame.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. — Datum Roskildis, anno domini M° CC° XC° tercio, in vigilia beati laurencii, teste domino Petro nicles sun, dapifero nostro.

1743. 1294 d. 18 Maj. Upsala.

Domkapitlets och Domprostens i Upsala vidimation af Påfven Clemens IV:s Bulla, dat. d. 12 Febr. 1265, angående Predikarebrödernas förvaltning af sin egendom.

A. 1. d.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Capitulum et Prepositus vpsalensis ecclesie, Salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras Do-

*) Efter originalet i Stralsunds Stadsarkif.

mini Clementis Pape Quarti, sub certa bulla stilo et filo, non cancellatas, non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte uiciatas, uidisse in hec uerba. CLEMENS episcopus &c. *Se föreg. N:o* 501. Jn cuius rei testimonium siggillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum vpsalie, Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Quarto *), Jn festo beati Erici Regis et Martiris.

På frånsidan: quod libere possumus possidere bona nobis data.
Sigillet borta, remsan qvar.

1744. 1296 d. 8 Sept. Stockholm.

Anteckning rörande ett af Herr Birger Persson gjordt utbyte af Finstad till Rörik Matsson af Sollentuna, mot erhållande af Skällnora.

A. 6.

Anno domini. M°. CC°. Nonagesimo VI°. facta est commutacio prediorum inter dominum Byrgherum pætærson et dominum røricum de solandæthunum. Filium mathie. Jn die natiuitatis beate virginis marie in domo fratrum in stokholm sub summa missa. Jta quod dominus byrgherus dimisit domino rørico suam mansionem ffinstað dictam cum molendina pro curia quam dictus dominus. rø. possedit in skelldonor cum suis molendinis quam sibi dimisit secundum leges patrie attestantibus viris discretis et fide dignis fastæ dictis eciam et adhibitis. silicet hiis. dominis. Thyrgillo knutson marskalcho. aberno sixstenson. yop moðorson. karulo thyzkæ. de armigeris. aderant. kanutus swantpolkhson Sighmundus Eringislæson. Johannes Thur. Germundus filius legiferi. Hericus de husaby. andreas de loghø. Jngimarus famulus domini aberni. Jtem de bondonibus Johannes gasæbogh. cum filio suo Johanne. Morkarus de alsno. Jtem de mercatoribus. Tythimannus essæ. et skulo. Jtem bondones Johannes vlfson. nicolaus gubernator. Jngimundus de arnunge. Symon hakk. Jngimundus de sælnom. Grymbr de liðærnom. Olawus longus. Johannes cristinæson. Annundus de næsby. et Olawus piscator. Hiis eciam peractis affuerunt filii eiusdem domini rørici silicet Johannes et ingiwaldus annuerunt huic pacto et firmum duxerunt in domo fratrum pariter et in ecclesia villanorum in stokholm ita tamen quod domus et mobilia in vtrisque curiis. pari modo apprecientur vt soluere dinoscuntur. et cuius res vel domus deteriora probantur ille alteri satisfaciat pro dictis domibus

*) Quarto är skrifvet i stället för Tercio, som är öfverstruket. Årtalet i Sv. Dipl. I Del. sid. 424 i noten ändras således till 1294.

sev rebus quibuscumque sicut viri inter eos diuisi fuerint seu ordinauerint fide digni.

Skriften öfvergår på andra sidan af pergamentsbladet och synes aldrig varit med undersatta sigill bekräftad.

Med nyare hand: Sjællanora et finstad permutacio P V°.

1745. 1297—1308. Folklandstingstad.

Philip Finvidssons af Rumby bref på ett med Ärkebiskop Nils några år tillförne förrättadt jordabyte, samt på ett annat nu ytterligare gjordt byte af gods, hvilka alla namngifvas.

A. 7. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Philippus finwidason de Rumby. Salutem in domino. Tenore presencium notum facio vniuersis quod cum venerabili patre et domino meo, domino Nicolao dei gracia archiepiscopo vpsalensi quandam feci prediorum permutacionem in hunc modum. videlicet quod pro duabus marcis terre cum octo solidis terre in villa kiulum in parrochia tæby, pro .XII. oris terre in villa vighby in eadem parrochia, et pro .XII. oris terre in villa lithby in eadem parrochia, dedi, tradidi, et assignaui nomine permutacionis iure proprio et in perpetuum eidem domino meo archiepiscopo pro se, ecclesia vpsalensi, et suis successoribus recipienti, tres marchas terre et vnam oram terre in villa sæby in parrochia dathmarkum. et in bæthernum. VIII. solidos terre in parrochia løt. jtem in linø in tribus villis silicet in vppaby .X. solidos terre. in scotingabolstadh .II. solidos terre. et in hagha tres oras terre. Jtem in sætrum in parrochia edhi duas oras terre, et in villa husum in parrochia garn vnum solidum terre, cum agris, pratis, pascuis, siluis, venacionibus et omnibus alijs eisdem predijs attinentibus, iuribus et actionibus que vel quas habent infra se vel supra se, ad habendum, tenendum, possidendum, et quidquid sibi, ecclesie vpsalensi et suis successoribus deinceps placuerit faciendum. datis nichilominus ipsi domino meo archiepiscopo super hoc firmarijs qui wlgaliter (!) dicuntur fastar, iuxta leges patrie et terre consuetudinem in talibus actenus obseruatam. Sed quia contractus iste ante aliquot annos secundum leges et consuetudinem patrie predictam per dominum meum archiepiscopum predictum et me factus, non fuit vsque in presens litterarum presidio communitus, ideo ipsum feci presentibus litteris inseri ad perpetuam rei memoriam et meum appendi sigillum in testimonium veritatis. Preterea constare volo eciam omnibus euidenter me iam de nouo cum domino meo archiepiscopo predicto quendam alium fecisse permutacionis contractum in hunc modum videlicet quod pro vno solido terre in villa husum in parrochia garn, et pro quatuor solidis terre in villa solestum in parrochia frøsundi, dedi, tradidi et assignaui permutacionis nomine, iure proprio et in perpetuum ipsi

domino meo archiepiscopo supradicto pro se, ecclesia vpsalensi, et suis successoribus recipienti quatuor solidos terre cum dimidio in villa staff in færingiaø, et duodecim denarios terre in villa sætrum in wingru, cum agris, pratis, pascuis, siluis, venacionibus et omnibus alijs eisdem predijs attinentibus, iuribus et actionibus que vel quas habent infra se vel supra se, ad habendum, tenendum, possidendum, et quidquid sibi, ecclesie vpsalensi, et suis successoribus deinceps placuerit faciendum. datis ipsi domino meo archiepiscopo nichilominus firmarijs super hoc, qui vt supra dixi fastar dicuntur, et in communi placito attundie dicto folclanzthing. Jn cuius rei euidentiam pleniorem et ad perpetuam rei memoriam | presentes litteras fieri feci et meum eisdem apponi sigillum. Actum in folklanzthingstad die martis proxima post lucie virginis.

På frånsidan: Permutacio facta per dominum philippum finwidason de III. marcis et I. ora in villa sæby. jn bætærnum. VIII. solidis terre in vppaby. X. solidis in sko tingabolstadh. H solidis in hagha .III. oris, in sætrum. II. oris. et villa husum. I. solido.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1746. 1296—1314.

Ärkebiskopen Nils's i Upsala förklaring öfver de för Presterskapet vid kyrkomötet i Telge utfärdade stadgar.

L. m. 136 *).

Modificatio et Declaratio Statutorum supra positorum **).

Nos Nicolaus divina miseratione &c. Officii nostri debitum nos sollicitat et hortatur, ut gravatis tam Ecclesiis, quam personis Ecclesiasticis, sub umbra nostri regiminis respirantibus, salubriter consulamus. Igitur ne graventur in posterum sollicitudine paterna præcavere avemus. Dudum siquidem Telgis in concilio provinciali cum dilectis fratribus suffraganeis nostris constituti audivimus quædam statuta provincialia prædecessorum nostrorum, quæ licet pia consensione ad refrenandam malitiam perversorum emanaverint: tantis tamen ac talibus sunt pœnarum adjectionibus vallata, quod unde optata sperabantur levamenta et remedia, inde gravamina nunc et pericula inæstimabilia proveniunt et emergunt. Qvia ergo juxta varietatem temporum solent

*) *Derstädes efter* Statuta Provincialia Upsaliensis Provinciæ, tr. Ups. 1526.

**) Med de åberopade förutgående Stadgarne, menas de, hvilka antogos på kyrkomötet i Telge 1279. (Se Sv. Dipl. N:o 692). — Den hos Nettelblad, för mera tydlighet, på sina ställen begagnade cursiva stilen, har här blifvit bibehållen, således utan att, som annars är fallet, tillkännagifva någon lakun eller otydlighet i originalet.

statuta hominum etiam variari, nos sacri concilii provincialis deliberatione præhabita, de dictis statutis quædam ob ipsorum rigorum evidentiam mitigationis licentia duximus mollienda: quædam vero propter sui obscuritatem declaranda, ut infra patebit suis locis. De Concubinariis: *Zelus domus Dei* &c, usque ibi: *Unde hujus Sacri Concilii constitutione prohibemus, ne quispiam de cetero cujuscunqve status* &c. ut infra statim habentur. De Procurationibus: *Ammonet cura* &c. usqve ibi: *Declaramus.* De rebus Clericorum decedentium: *Fecit Deus hominem* &c, usqve in finem. De Clericis peregrinis: *Sacrorum* &c. usqve: *Qui vero obtenta licentia* &c. Indulgemus tamen nobilibus personis curias suas visitantibus, ut semel vel bis, si necesse fuerit, ad ipsos Ecclesiæ indumenta deferantur. Unde hujus sacri concilii provincialis constitutione consultissima prohibemus, ne quispiam de cetero cuiuscunqve status, gradus, conditionis vel eminentiæ fuerit, pœnam pecuniariam ab eisdem fornicatoribus aliqualiter accipere præsumat, sed cum ipsorum culpa id exegerit, juxta qualitatem criminum, pœnis canonicis in jure expressis punietur. Si quis vero famæ suæ et salutis immemor statutum hoc, pecuniam vel aliquod commodum temporale recipiendo occulte vel manifeste violare præsumpserit, duplum ejus quod receperit illi Ecclesiæ, a cujus rectore vel Clerico id receptum fuerit, infra mensem reddere teneatur. Alioquin ex tunc ab ingressu Ecclesiæ noverit se suspensum, quousque duplum ipsum plenarie, ut præmittitur, fuerit restitutum, nulla eis in hoc persolventium remissione, liberalitate seu gratia valituris. De Procurationibus Episcoporum tempore visitationis recipiendis hujus statuti pœna erit suspensa ad sequens concilium provinciale. *Ammonet nos cura suscepti regiminis* &c. usque ad id: *Declaramus quod Sacerdotes in nullo teneantur famulis Episcoporum transeuntibus*, &c. vid. Sup. et conseq. Qvod statutum sic intelligimus, taliterque hujus sacri concilii approbatione duximus declarandum, quod quicunque animo injuriando fundum Ecclesiæ intraverit, et ibidem violentiam seu etiam injuriam fecerit in rebus quibuslibet vel personis, pœna hujus statuti teneatur. Qvi vero in pace, nec animo injuriandi fundum Ecclesiæ intraverit, et postmodum casu aliquo contingente eum violentias aliquas seu injurias ibidem facere contigerit, tali hujusmodi statuti pœna minime credimus nec fore volumus obligatum. De rebus Clericorum decedentium: *Fecit Deus hominem* &c. usque ad finem. De Clericis peregrinis: Sacrorum Præcepta Canonum &c. usque ad: *qui vero obtenta licentia per homagium Laicis taliter fuerint obligati, nullatenus ad inofficiandas Ecclesias admittantur*, &c. Cum vero hujusmodi Clerici Dominis suis vel quibuscunque personis, licentia, ut præmittitur, obtenta, in Capellis vel Ecclesiis Dominorum suorum missas taliter dixerint, de oblationibus uno tantum denario sint contenti, reliquam vero oblationem infra VIII. dies Curato loci reddere teneantur, et si contrarium

fecerint, cujuscunqve conditionis, status vel professionis fuerint, ab ingressu Ecclesiæ, donec Curato loci oblationem taliter perceptam integraliter restituerint, ut superius est expressum, noverint se suspensos. Qui vero sic suspensus in hujus illusionem statuti Ecclesiam ingredi, aut Ecclesiastica sacramenta tractare, præsumpserit, pro contumacia trium marcarum pœna usualis monetæ puniatur. Porro si quempiam Suffraganeorum nostrorum in aliena parochia missas celebrare contigerit, Capellani sui, permissione hujus statuti, oblationem totaliter percipiant, nisi dies talis fuerit, in qua Curatus provenientem oblationem recipere consveverit, vel etiam teneatur, vel nisi alias dicta oblatio de jure vel consvetudine pertineat ad Curatum loci, utpote ratione exequiarum, introductionum post partum, seu etiam nuptiarum. *Statuimus insuper ut nullus Clericorum calicem, tabulam itinerariam, librum vel alia ornamenta Ecclesiæ ad privata et prophana loca* &c. Indulgemus tamen nobilioribus ut semel vel bis, si necesse ad ipsos Ecclesiæ deferantur ornamenta. Statuimus etiam et publicamus, quod quilibet Sacerdos Upsaliensis Provinciæ, cujuscunqve status, conditionis vel eminentiæ fuerit, dicere teneatur has subscriptas missas speciales, singulis annis, unam de Sancta Trinitate, et aliam de beata Virgine, pro Domino Rege et statu Regni, et tertiam de Sanctis Martiribus Erico Rege et Henrico Episcopo pro statu Careliæ et quartam pro anima felicis memoriæ Domini Magni. Verumtamen hæ prælibatæ missæ ab omnibus et singulis Ecclesiarum Rectoribus et Curatis celebrandæ sunt solenniter, prænuntiatione populo præmissa, temporibus quibus locorum ordinariis hoc visum fuerit expedire: hoc salvo quod missa Domini Regis Magni semper celebretur ipso die anniversarii sui, nisi aliquod festum interveniat, ratione cujus dicta missa in alium diem differatur. Concedimus etiam auctoritate hujus sacri concilii indulgentiam C. dierum omnibus et singulis qui ex devotione dictarum missarum vel cujuslibet earum solenniis interfuerit, ubicunque eas, ut præmittitur, contigerit celebrari. De Captivitate Clericorum: *In maligna* &c. usque in finem. De pœna subtrahentium bona Episcoporum decendentium: *item statuimus ut defuncto Episcopo* &c. usque in finem. De pœna captivantium regem seu alios in eum delinquentium: *Execrabilis præsumtio*, usque in finem. *Rex excelsus* usque in finem.

1747. 1298 d. 17 April. Bergen.

Norska Konungen Erics Bref till Lybeck, med påminnelse, att sända fullmäktige till Tunsberg för lyfta återstoden af de 6000 Norska mark, som Konung Magnus I i Sverige tilldömt åtskilliga Hansestäder.

L. c. 189.

Ericus, dei gracia Norwegie rex, discretis et honestis viris, ac sibi dilectis, Aduocato, Consulibus, et Comunitati Ciuitatis lybicensis salutem in domino sempiternam.

Cum residuam partem pecunie de summa sex milium marcarum monete Noricane adiudicata vestre et quibusdam alijs Ciuitatibus maritimis per dominum Magnum bone memorie, quondam regem Suecorum illustrem, in festo Natiuitatis beate marie virginis soluere, apud Tunsberg vestris procuratoribus teneamur, dummodo in festo penthecostes ante hoc, per nos vobis significetur; prudencie igitur vestre per presentes significantes requirimus et rogamus, quatinus procuratores vestros sufficiens mandatum habentes, ad recipiendam residuam partem pecunie ex parte nostra, vobis soluendam in predicto festo Natiuitatis beate virginis proxime instanti destinare curetis, Et hoc Ciuitatibus Ryga et theutonicis de Wysby in gotlandia Rogamus significetis, nostras eis litteras super hoc, quas ad vos dirigimus, destinantes. Datum Bergis, anno domini M° CC° nonagesimo octauo XV. kal. Maii.

1748. 1301 d. 25 Maj. Skara.

Borgmästare och Råds i Skara intyg, att den tomt, hvarå S:t Catharine Gilles hus står, af ålder tillhört och alltid tillhörer presten vid S. Nicolai kyrka, men får af gillet, emot en bestämd årlig afgift, begagnas, så länge gillet fortfar, och skall samme prest, mot bestämd afgift, hålla själamässor öfver gillets medlemmar.

A. 8. c. 6.

Alla the godha mæn sum thetta breff høra hæller see helsum vi borghamæstara ok radhmæn i scara ewærdhelika medh varum herra gørum thøt vithurlikit i thæssu breue vndhir hwilkit vars byincigle ær føre hængt thæt oss vithurlikit ær. oc manghum ælles mannum och iæmvæl gillets brødrum aff sancte katrinar gille och fullelika tilstaa at the tomnt sum næmsth væsthan sancti niclaues kirkiu ligger oc sancte katrinar gilles hus nu aa staa haua gilles brødher haft oc haua med biscopens oc capatalens minne oc samtykkiu aff thøm klærke sum sancti niclaues kirkio hauer aat fføre ræt leghomaal huar aar halff marc eller siax markar vax sua længe gillet staar oc vppehaaldz oc thær scal same klærker i sancti niclaues kirkiu sighia siælumæssur føre brødrum oc systrum i sammu gille aff gilles ræntur øre for mæssu huariu och

aldurmæn scula thøm redhelika vt faa aa samu daghe thar mæssa siix Oc til mere vissu at inghen epther komande dyrues til at minzska eller affhæffda tessa tompt ffraa samma klærke a breedh eller længd tha vitnar vy at hun ær XXVIIII allnar breed oc XC allnar laang oc hauer aff aller lighat til klærkens gaard och tompt ther han boor vppa næmest noordhan viid Scriptum skaris anno domini MCCC primo die vrbani pape.

Sigillet obetydligt skadadt.

1749. 1302 d. 15 Dec.

Hertig Eriks donation af gården Knifsta till sin Drots Ambiörn Sixtensson.

A. 6. *).

Omnibus presentes litteras inspecturis ERICUS dei gracia dux sweorum salutem in domino sempiternam, Tenore presencium Constare volumus euidenter. tam posteris quam modernis. quod Nos nobili viro domino Aberno sixtensson dapifero nostro predilecto curiam nostram kniffsta cum omnibus suis attinenciis mobilibus et inmobilibus, agris, pratis, pascuis, siluis. piscariis, molendinis. molendinorum locis intra sepes et extra longe vel prope positis dedimus assignauimus et in corporalem possessionem tradidimus sibi. suisque heredibus pleno jure. perpetuo possidendam Transferimus insuper in ipsum dominum Abernum et suos heredes plenum dominium et facultatem liberam prefatam. curiam. possidendi. vendendi. commutandi. seu. quocumque modo. voluerint libere ordinandi. pro sue. libito voluntatis Jn cuius rei testimonium et euidenciam firmiorem presentes litteras sigillis magnifici. principis domini nostri. domini. Birgheri. regis sweorum illustris. Domini Waldemari. ducis finlandie. fratrum nostrorum dilectorum. ac aliorum nobilium de consilio eiusdem domini nostri regis petimus communiri. quibus sigillum nostrum duximus apponendum Datum Anno domini. Millesimo CCC:mo secundo. sabbato post lucie virginis proximo.

1750. 1302 d. 16 Dec. Wadh.

Konung Birgers bifall till förutnämnde dess broders, Hertig Eriks donation till Drotset Ambiörn Sixtensson af gården Knifsta, hvilken tillfallit Konungen efter Rörik Algotsson och vid brödernas arfskifte fallit på Hertig Eriks lott.

A. 6. *).

BIRGHERUS dei. gracia sweorum gothorumque rex. Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus euidenter quod cum bona domini rørici. algoti. quondam filii. ad. nos.

*) Ur en af Konung Magnus Eriksson vidimerad afskrift, dat. Telge den 10 Juli 1345.

propter quosdam. suos excessus. deuoluta. post. mortem. suam. filiis suis nunc superstitibus restituimus de gracia speciali. quedam ex ipsis bonis nobis reseruauimus. que. pro. quadam. argenti. suma. nobis. per dictum dominum. rørikum. inpignerata. fuerunt. inter. que. bona. curiam. kniffstaa. cum omnibus attinenciis eiusdem nobis decreuimus retinere que. postmodum curia. in. diuisione. hereditatis paterne. facta. inter. nos. et. dilectos fratres. nostros. cessit. in partem. karissimi fratris nostri. domini Erici ducis sweorum. Cum igitur idem frater noster dominus dux. curiam predictam. kniffsta. cum omnibus suis attinneciis. nobili. militi. domino aberno. sixtensson. dapifero suo predilecto suisque heredibus contulerit perpetue possidendam. Nos curiam prefatam vna. cum. dicto. fratre. nostro. domino duce. eidem. domino. Aberno. ac. suis. heredibus. appropriamus. et. donacionem. predictam. Rite et legittime factam. Ratam et gratam habere volentes. auctoritate. regia. confirmamus. Jn premissorum. igitur. omnium. Robur et. euidenciam firmiorem vna. cum sigillo nostro sigilla dominorum Erici quondam *) ducis sweorum Waldemari. ducis finlandie ac. aliorum. nobilium. de nostro. consilio presentibus sunt. appensa. Datum apud. ecclesiam Wadh jn væstgocia. Anno domini Millesimo CCC:mo secundo. dominica tercia Aduentus domini. Anno. coronacionis. nostre. primo.

1751. **Odat.**

Ärkebiskopen i Lund Isars vidimation af 2:ne Påfven Innocentii IV:s Bullor, utgifna den 28 Jan. 1250, angående Cistersienser-ordens frihet från prelaternes bannlysningar och domstolar.

A. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis - Ysernus diuina miseracione - Lundensis Ecclesie - Archiepiscopus - Sweocieque primas electus - Salutem et ad eterne felicitatis consorcium feliciter peruenire - Noueritis nos priuilegia - dompni (!) innocencij pape quarti - ordinj Cysterciensi - a sede apostolica generaliter concessa - vidisse - et diligenter inspexisse de verbo ad verbum in hunc modum Jnnocencius Episcopus &c. *Se föreg. N:o 372 till slut.* — Jdem - Jnnocencius Episcopus &c. *Se föreg. N:o 373 till slut.*

I nedra kanten äro utskärningar gjorda för 2:ne sigillremsor, men dessa äro borta.

1752. 1303 d. 18 Jan. Lund.

Ärkebiskop Isars i Lund, på begäran af Nydala Munken Boetius Brand, lemnade vidimation af Påfven Innocentii IV:s Bulla, dat. den 28 Jan. 1250, angående Cistercienser-ordens befrielse från bannlysningar af kyrkans prelater.

A. 1.

Ysarnus permissione diuina - Lundensis archiepiscopus - Swecie primas electus - Vniuersis presentes litteras inspecturis - Salutem in domino sempiternam

*) Ordet quondam är förmodligen insatt vid afskrifningen.

Vobis vniuersis et singulis tenore presencium intimamus - quod religiosus vir - frater Boecius dictus Brand Monachus Monasterii Nouevallis - Cysterciensis ordinis - Lincopensis dyocesis - in nostra presencia constitutus - quasdam litteras apostolicas vera bulla - et filo serico - bullatas coram nobis exhibuit et pupplicauit - non viciatas - non cancellatas - sed omni vicio et suspicione carentes - Tenorem qui sequitur continentes JNNOCENCIUS episcopus &c. *Se föreg. N:o* 372. — Quibus exhibitis et diligenter inspectis - ad instanciam predicti fratris Boecij - eas transcribi fecimus de verbo ad verbum - nil addito vel mutato - et redigi in hanc pupplicam nocionem - in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum - Datum Lundis Anno domini - M° - CCC° - Tercio - XV° kal. febr.

Sigillet borta; en liten del af remsan qvar.

1753. 1303 d. 18 Jan.. Lund.

Ärkebiskop ISARS i Lund likaledes meddelade vidimation af samme Påfves Bulla, dat. samma dag, angående Cistercienser-ordens befrielse, att svara inför prelaternas domstolar.

A. 1.

YSARNUS permissione diuina - Lundensis Archiepiscopus &c. *ordagrant lika med föreg. vidimation. Sjelfva Bullan se föreg. N:o* 373.

Sigillet borta; remsan qvar.

1754. 1303 Jan.—Mars.

Presterskapets och Socknemännens i Jemtland inbördes rättigheter, enligt gammal sedvänja, hvilka i närvaro af Ärkebiskop Nils Allesson, å Kyrkans, samt Erland Styrkarsson, å Konungens vägnar, blifvit upptecknade.

A. 7. *).

J Nafne guðs amen, Se þat allum mannum kunnict at vm vætrenn æftir jol þa er liðnir varo fra burðar tið uars herra ihesu christi þushundrað vættra þriu hundrað vættra, oc þrir uætr oc virðuleghr herra Nikulas meðr guðs miskunn ærchibiskup, j vpsalum kom til iamtalandz oc sira ællændr styrkars son kom væstan af halfu vars herra hakonar noreghs konungs, Hittizst þæsser rettr kirkna & lændra manna a iamtalande af siðuæniu, Fyrst haglehazst ætt *at* korntiundir græiðizst j sumum kirkium þriðiungs tiundir, En j sumum tuæirlutir tiundar, sakar fatøkra kirkna & þyrftar lærðra manna Af hværri ku oc af fim gæitum mork smørs, en j sumum kapællum tuær mærker smørs

*) Utur Konung HÅKAN MAGNUSSONS derå d. 31 Maj 1305 tills vidare gifna stadfästelse.

af hværri ku oc fim gæitum þæssakir sem fyrer sæghir, Firir lios & ofr j pusaða mæsso tuær alnar lereft, oc firir þat offr er kona gengr j kirkiu æftir bruðlaup alen, En æftir sængar færð er kona gengr j kirkiu firir lios oc offr tvær alnar, en alterisburð æftir vilia sinum, Firir lika færð ef vax & offr fylgir fimtan alnar lereft, en vttan vax tolf alnar lereft En huskall hværr firir mala sinn vm paskar tvær alnar, en legho kona alen, Skal þessa skylldu præstom alla græiða hværr sem fong hæfir til, En ef fatøkt møter, oc missæmr þæim vm gærðena, þa skulu tvæir skynsamer menn af soknenne sia hvat sa maðr ma orka, oc æftir þæirra skynsæmd & sannyndum skulu baðer lita, oc skal þætta græiðazst ef æigi ero lereft til, j smøri. skinnum & korne sva sem præstrenn ma aðrum vt sælia, Engi præstr skal nauðga bøndr til næ aðra at græiða fyrer en hver hæfir gort skylldu sina, vttan hinn luki meðr goðuilia, en siðan minni præstrenn a at græiðizst, nv ef hann hæfir æigi græitt firir paskar & hæfir æigi retta sok mote at bera, þa ma præstr hann vpp hallda sva oc vm þæt ar er biskup kømr j landet, gera bøndr fiorðungs korn & høymæisi, þui at æins mæira at þæirra goðuili se, & j þæim æinum soknum græiðizst þætta sem biskup kømr til, en æcki adrum, Offr þæt sem til alteris kømr & til bilata, take præstr þriðiung af, en tvaluti tæker kirkia, vttan biskup vili nokors kræfia af, Kann præstr kallazst af biskupi eða prowaste, lysi aðr en hann fare brott j sokn sinni a hværium dægi er hann fær hæiman eða langt, oc bioðe þionasto sina folkeno aðr, En ef han fær sialfs sins ærenda, lysi sva sem fyrer & fae þa annan j stað sinn er þæim gerer skylldu ef hann kann længr at duæliazst brotto, Engi præster dirfizst at hallda vpp a paska dagh, eða sætia menn or kirkiu vt, sakar syslu manna, prowaster eða boðorðz, vtan prowastens opet bref oc boð se firir, en hværr sem aðru vis gerer æfter þui sem kuel hins er sum firir uerðr, skal præstrenn sa bøta sem gerer, Engi præstr dirfizst oc at rita or landeno j þæim sakum sem rett landzens prof hæfir a veret, gerande æins sins vitni sva at okr þrætto manna sva sem hvar vil forðazst pinu, Kunnu præstar gera skulldir viðr læikmenn oc vilia æigi græiða siðan j maldagha sættom, þæirra j millum se sækt prowaste, oc gere hann rett af þesso & a allu aðru er a lærða menn verðr kært æftir þui sem læikmenn j landzens rett gera aðr vm kirkiu rett, en ef prowastr gløymir & gerer æigi rett af, þa gerer hann sok sina, oc skal þess won æigha at hann fae pinu firir, En ef præstr spillir kirkiu bole sinu af vanrøkt sinni, husum. garðum eða akre, se skylldughr at bøta æftir goðra manna vitnissburð sem skaðe virðizst kirkiunni gorr, En ef prowastrenn gerer æighi rett af þa gerer hann sok sina sem fyrr er saght.

1755. 1305 d. 31 Maj. Tönsberg.

Norrska Konungen Hâkans afskrift af ofvanbemälde Presterskapets och Socknemännens i Jemtland inbördes rättigheter, med befallning om deras iakttagande, intill dess andra riksvärdande angelägenheter medgåfvo deras närmare granskning.

A. 7.

Hakon meðr guðs miskunn noreghs konungr son Magnus konungs, Sændir allum mannum þæim sem þætta bref sia eða høyra, Q(ueðiu) G(uðs) oc sina, Ver vilium at þer vitir, at ver saam bref herra Nikulasar ærchibiskups j vpsalum þat er sva vattar, J Nafne guðs amen, *Se föregående N:o* 1754. Nv af þui at ver gatum æigi at sinni ifirseth þau mol sem þer letor kæra firir oss, sakar mikillar fiolskylldu varrar, vm naudsyniar rikissins, vilium ver oc biodom at þer hallder allt þat sem herra nikulas ærchibiskup j vppsalum hæfir skipat æftir þui sem þætta hans transkriptum vattar, þar til sem guð gefr oss þat tom at ver mættem þa skipan a gera sem yðr mætte sialfum væl lika, Var þætta bref gort .j. tunsbærghi Manadagenn nesta firir huita sunnu, a setta are rikiss vars, herra ake kanceler var jnsiglaðe, en þorstæinn þorstæins son ritaðe.

Sigill: af N:o 1, Konungens, finnes ett stycke qvar; N:o 2 är med dess remsa bortfallet.

1756. 1310 d. 18 April.

Ärkebiskop Nils Kettilssons bref på 40 dagars aflat för dem, som på vissa festdagar besöka Predikarebrödernas kyrka i Sigtuna, der han stiftat ett altare, till det heliga korsets samt Apostlarne Petri och Pauli ära.

A. 3. c.

Omnibus Presentes Litteras inspecturis, Nicolaus Miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Quia diuina nobis fauente clemencia, altare quoddam in ecclesia fratrum predicatorum siktunie, in honorem sancte crucis, et beatorum Petri et Pauli apostolorum dedicauimus, volentes ipsam ecclesiam, deuocione fidelium frequentari, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui in anniuersario dedicacionis dicti altaris, seu in festo inuencionis aut exaltacionis sancte crucis, jtem in singulis festiuitatibus beatorum Petri et Pauli apostolorum, et per omnes dictarum festiuitatum octavas, dictam ecclesiam deuote visitauerint, Quadraginta dierum indulgencias de iniunctis sibi penitenciis, annis singulis, perpetuo misericorditer in domino relaxamus, Datum siktunie, Anno . . . . . X° Quartodecimo kalend Maij.

På frånsidan: Altare crucis consecratum est. V° Non. Junij.

Sigillet, föga skadadt, på en ur brefvet klippt remsa. En del af nedra kanten i brefvet är bortrifven.

1757. 1285—1317.

Domprosten i Upsala ANDREAS's tillägg till dess förut gjorda stadga om huru mycket och hvad hans slägtinge, Fru Ragnborg och hennes man, Arnvid Gustafsson, i arf efter honom skall tillfalla.

A. 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis. ANDREAS prepositus vpsalensis. salutem in domino sempiternam. Omnibus constat quod animus hominum est permutabilis et ea que homo libentissime ad memoriam reducere vellet sepius dantur obliuioni, sed ego in quantum sufficio volo precauere primo in isto quod illud quod prius deficiebat in litteris meis per condictum seu ordinatùm dictum stadhgha, inter generum meum dilectum dominum arnwidum gøzstafsson, et vxorem suam, dominam Rangburghim neptem meam dilectam, de bonis meis, quem feci, que et quanta post me debent habere et hereditare. hoc volo iam complere et dicere, videlicet primo larsta cum omnibus suis pertinenciis mobilibus et inmobilibus. in vikursætrum .XIII. oras terre cum mobilibus et immobilibus. Jn skædhwi. duos solidos. Jn aski et in alia villa ibi prope vnum solidum. Jn bierbỳ .x. oras cum dimidia. Jn bærestum .XIX. solidos. Jn hustukum .II. oras. Jn kielste. duas oras. Jn thielungi .x. solidos. Jn thaxnes. vnum solidum. et in salkandaeke .IIII. solidos cum dimidio. Jtem ego Andreas ad manus inpresenti committo, et ad manus prius commisi .XVI. solidos terre in høgbỳ in parochia aker. vnum molendinum in abygiæbỳ. jn ørasundi .VII. solidos cum molendino ibidem, et cum hoc .VII. oras terre in torrente ibidem. Jtem in sætrum in parochia næs .VI. oras terre. Jtem obligo me ad inquirendum eis in vna villa et in vno loco. vnam marcham terre vbi solidus soluit denarios et annonam. vel eciam .XII. oras terre in vna villa et in vno loco vbi soli denarii soluuntur, sicut predicti dominus arnwidus et vxor sua neptis mea reddunt se contentos. sublata mihi omni facultate predicta predia, vel ipsorum aliquid quouis modo alienandi. seu eciam commutandi in vita mea vel in morte. absque eorum voluntate requisita pariter et optenta. et si in predictis omnibus quicquam aliquo modo defecerit, jta quod ista non tenentur et complentur jn vita mea, tunc predicta ordinacio dicta stadgi cassa sit atque vana quasi numquam esset facta et omnino Reuocata. Jn Cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet borta jemte sjelfva remsan, som förmodligen varit klippt ur brefvet.

1758. 1295—1314. Upsala.

Borgmästare och Råds i Upsala intyg, att Elof Davidsson ifrån Alseke förklarat sig af Ärkebiskop Nils erhållit de gods, som blifvit honom i utbyte lofvade för gården i Alseke jemte dertill hörande husgeråd m. m. samt således derföre blifvit till fullo betald.

A. 6.

Omnibus presentes Litteras inspecturis Consules et commune ciuitatis vpsalensis, salutem in domino sempiternam. Constitutus in nostra presencia discretus vir, Elauus dauidsson, dictus de alseki recognouit et in ueritate confessus fuit se omnia ea plenarie ac integre habuisse que sibi promissa fuerant per venerabilem patrem dominum Nicolaum dei gracia archiepiscopum vpsalensem, pro Curia sua in alseki quam secum permutauit, tam pro prediis, quam tota supellectili ac eciam melioracione, seu alijs quibuscumque, se de ipsis omnibus clamans bene quitum et pagatum, nulla eorum ulterius petiturus, nisi illa tantum que sibi promissa annuatim in prefati domini archiepiscopi litteris continentur. Jn cuius recognicionis et confessionis testimonium sigillum nostrum ad peticionem ipsius elaui, vna cum suo sigillo presentibus est appensum. Actum vpsalie.

På frånsidan: de curia alseke; *derunder med annan hand:* pro causa archiepiscopi.
Sigillen, jemte de ur brefvet klippta remsorna, borta.

1759. 1250—1300.

Nils Djekn och hans hustru Ingegerds bref om ett jordabyte med Abbedissan i Wårfruberga kloster, hvarigenom de afstått till klostret Lida tillika med deras öfriga gods i Södermanland. Askarne, Plangasta, Husaby Byringe, Ödnista, Refvinge, Lagnö och Söderby.

A. 3. k.

Omnibus christi fidelibus presentem litteram inspecturis. Nicolaus dictus dyakn et ingigerdis vxor sua salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis nos cum domina abbatissa in claustro montis beate virginis bona nostra in lythum cum ceteris que habemus in sudermannia commutasse videlicet in askarnum duas horas et quatuor denarios. Jtem in plangastum dimidiam marcam terre. Jn husaby byringe octo solidos terre. Jn ødnistum dimidium quartum solidum terre. Jn skanumgum vnum solidum terre. Jn reuingum dimidiam horam terre. Jn lagnø dimidium solidum terre. Jn suderby vnum solidum terre. Vt autem presens hec commutacio habeat firmitatem hanc litteram sigillo *) nicolai dicto (!) dyakn. et vxoris sue ingigerdis. et sigillo ormeri dicto brutit huwd fecimus consignari.

På frånsidan: Super quibusdam *terrulis* in lidhum in askarnum in plangastum in hosaby byring in ödhnistum in skanungom in ræuingiom.
Sigillen bortfallna; 3:ne ur brefvet klippta remsor finnas qvar.

*) De följande orden, ända till brefvets slut, äro med blekare bläck, men med samtidig hand, tillskrifna.

1760.

1760. 1300—1310.

Orm Carlssons salubref på sitt fädernegods i Sterkelösa i Wist härad till Thure Ketilsson.

A. 6.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ormerus karls son Salutem jn domino sempiternam. Tenore presentis constare volo omnibus euidenter Me predia et bona mea in sterikæløso prouincie wisti, que post karissimum patrem meum bone memorie sine inpedicione, calumpnia, ac arrestacione qualibet Jure hereditario Rite et legittime percepi, Nobili viro Domino Thuriro ketils son cum omnibus et singulis ad dicta bona spectantibus videlicet agris, pratis, siluis, piscarijs, molendinis ac molendinorum locis, infra sepes vel extra prope seu Remote positis Tunc eciam per nullum inpedita. vendidisse, ac eidem secundum leges terre assignasse et appropriasse, Transferens in ipsum suosque heredes Jus et proprietatem dicta bona libere et quiete possidendi, vendendi, alienandi, seu quouis alio modo pro sue voluntatis libito ordinandi, Jn Cuius Rei Testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1761. 1300—1310. Alvastra.

Abboten Johans i Nydala bref om öfverlåtande af den erhållna tredjedelen af Biskopstionden inom vissa socknar i Njudingen till Alfvastra kloster på 3:ne år, emot hela tredjedelen af det förstnämnda kloster, genom bref att Biskopen i Linköping, i stället anordnade silfver.

A. *).

Omnibus presens scriptum cernentibus Frater Johannes abbas m..... noueuallis salutem in omnium saluatore, Nouerint..... et conuentui de aluastro dimittimus integram terciam partem per continuum triennium de decimis episcopalibus quas de domino karulo..... de his parochiis Niudhungie, uidelicet kracsholth karlsthorp. skyri. corsbierg. bechsid. skædhæ. nesby. byuræche..... byech. byechaby. frørid. hølsyo. hiarthlanda. sthocharyud, lyunga. hialmered kæltholfpta. suenarum. øæstufhu. almarsakar..... valsyo. et de skiparsstad. ea condicione quod predicti dominus abbas et conuentus integram terciam partem de argento quod pro eisdem decimis..... nobis assignatis sicut in litteris dicti domini lincopensis *super hec* confectis et sigillo suo et capituli signatis continetur Jn..... presentibus est appensum. Datum aluastri anno *domini*.... johannis et pauli martirum.

På frånsidan: .... *litt*era bullata dominj pape
de alabæk
jtem de alabæk
de kraak
jtem de krak
de thorsrydh et Motala
de Eslo
de terminis in eslo
de *B*iarathorp
libertate*s* dominj alexandrj
jtem priuilegia eiusdem
priuilegium.

*) Detta bref fanns, klippt i tvenne aflångt runda stycken, sömmadt omkring Biskop Ysars i Strengnäs sigill under dess bref af d. 7 Oct. 1298, Sv. Dipl. N:o 1252.

1762. 1300—1310.

HALSTAN BIRGERSSONS gåfvobref på Fröknæte i Widbo till Wårfruberga kloster.

A. 3. k.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris, HALSTANUS BYRGISSON, salutem in domino sempiternam, vniuersitati uestre tenore presencium facio manifestum me curiam meam in wydbo dictam frøknæte claustro sanctimonialium in warafrubergh cum matre mea pro prouenta sua contulisse, ita quod dicta curia ad proprietatem ipsius claustri totaliter debeat pertinere et iuxta uoluntatem ipsarum dominarum ordinari, Jn cuius euidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet något skadadt.

1763. 1300—1310.

NILS RAGVALDSSONS salubref på en ström, Aleström, mellan Waglefsbro och Thorshven.

A. 6.

Omnibus presens scriptum cernentibus, NICOLAUS RAGUALDSSON salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi et per presentes recognosco me viro nobili Johanni holmgersson quendam torrentem dictum alæstrøm infra vaghleuisbro et thorishueen situm cum suis omnibus adiacencijs prope vel remote positis pro pleno precio dimisisse perpetuo possidendum. translato in ipsum iohannem et heredes suos omni possessionis dominio. predictum torrentem habendi possidendi et pro vsibus suis libere ordinandi. Ne igitur eidem super hijs aliqua calumpnia possit in posterum suboriri. sigillo domini karoli bændixson vna cum sigillo meo proprio peto presentes roborari.

På frånsidan: vagleus ström.

Sigillet N:o 1 bortfallet; N:o 2 föga skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1764, 1765. 1300—1310.

Gudbjörns enka HELENAS gåfvobref på hälften af all sin egendom till Alfvastra kloster, der hon önskade blifva begrafven, samt

OLOF SIMON SLÄTS SONS gåfvobref på sitt fäderne, en jordlott i Roslösa socken, till samma kloster.

A. 3. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ELENA relicta gud*berni* . . . . . Tenore p*resencium* singulis inotescat quod viris religiosis *monachis* de alua-

stro aput quos *locum* sepulture mee elegeram dimidietatem omnium bonorum meorum, quocumque nomine censeantur sana mente et corpore confero absque inpeticione possidendam. Si autem filium filie mee ante me de hoc mundo vocari contigerit, extunc omnia bona sua que ei jure hereditario tam post patrem suum in ygxstadhum quam post me competebant, predictis eciam monachis ob remissionem anime sue et mee tribuo, siue fuerint mobilia siue immobilia quocumque modo nominata, Jn cuius rej euidenciam sigillum ville nostre presentibus est appensum.

Ego OLAUUS filius sunonis dicti slæt confero monasterio in aluastro patrimonium meum scilicet dimidium attungum cum octaua parte in parochia roosløsa sub sigillo ville hestholma.

På frånsidan: Donacio helene Relicte gudhberni Swno slæet dedit dimidium attongum cum quarta parte in parochia Roslöso. *Med nyare hand:* yxstada.

Sigillen bortfallna tillika med de ur brefvet klippta remsorna. Brefvet är af fukt betydligt skadadt och till en del nästan alldeles utplånadt.

1766. 1300—1310.

BENGT PHILIPSSONS bref om förrättadt arfskifte å erhållne fädernegods, hvarvid hans broder Erik Philipsson tillfallit Sigwalstad, med Bensäter, Svärtesfalla, Sötåsa och Näs, samt hälften i jernberget, och han sjelf erhållit, Kruka med Landasjö, Falksberg, Rå, Fogelhem och en qvarn i Mollaby, samt hälften af jernberget.

A. 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris, BENEDICTUS PHILIPPUS SON salutem in omnium saluatore, Nouerint vniuersi tam posteri quam moderni me patrimonium cum dilecto fratre meo Erico philippus son inter nos diuisisse in hunc modum et fecisse, Erico philippus son, sigwalstadha cum omnibus suis pertinenciis infra sepes et extra sicco et in humido prope et Remote positis Cetera et alias curias cum singulis suis adiacenciis prope et Remote vt supra, hic notatas, benæsæter, swærtisfalla, söötasa, næs dimidium montem calibis eiusque heredibus perpetue possidere, michique meis heredibus, kruka cum omnibus suis attinenciis prope et Remote, sicco et in humido infra sepes et extra positis, Cetera et alias curias vt supra cum omnibus suis pertinenciis et *cetera*, videlicet, landasio, falxbiærgh, Raa, fugheleem, vnam molendinam in møllaby et dimidiam (!) montem calibis perpetue Reseruare Jn cuius Recognicionis euidenciam sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1767. 1300—1310.

Brynolf Åbjörnssons morgonbref på en gård i Dala till sin hustru Margareta Knutsdotter.

A. 7.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNULPHUS ABYORNASON eternam in christo salutem, Nouerint vniuersi me dedisse dilecte vxori mee margarete knuz dottor curiam meam in dalum cum agris. pratis, pascuis, siluis, ac aliis quibuscumque, racione donacionis propter nupcias wlgariter dicte morgongiæfh, ac die nupciarum mearum eidem scotacione legittima assignasse sub condicione que sequitur, videlicet quod si ipsa viuente me sine liberis a nobis procreatis, mori contingat, ipsa vxor mea predicta dictam curiam meam ireuocabiliter possidebit, in heredes suos quoscumque post ipsam libere transferendam, si vero me superstite ipsa vxor mea sine liberis vt premissum est de medio sublata fuerit, ipsa bona ad me et heredes meos libere reuertantur, quod si de me et ipsa liberi procreati fuerint, predicti liberi et non alii de secundo matrimonio de me vel ipsa geniti, predicta bona tamquam matrimonialia et non patrimonialia, recipiant, iure hereditario perpetue possidenda, Jn cuius donacionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet nästan oskadadt.

1768. 1300—1310.

Carl Gismundssons fullmakt för Mårten Svensson, att gifva fasta på de gårdar i Elfvestad och Hakaryd, hvilka han försålt till sin slägtinge Peter Carlsson.

A. 7.

Ego KAROLUS GISMUNDÆSON. Recognosco me viro discreto. Martino swensson plenam commississe potestatem per presentes ad dandum testes firmarios wlgaliter dictos fastæ nomine meo. viro nobili et consanguineo karissimo Petro Karlsson super prediis in eluæstadhum et hakarid sibi per me dimissis. sicuti jn litteris meis super hoc confectis manifesto liquet et apparet Jn cuius testimonium sigillum meum presentibus est affixum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1769. 1300—1310.

Åke Piks tillkännagifvande, att han, vid sin dotters Margaretas ingående i Gudhems kloster, gifvit henne alla sina och sin hustrus gods i Slätohult, samt dem han köpt af Knut Ebbesson, hvilka tillförne tillhört hans svåger Björn Gedda.

A. 3. ß.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Aquo dictus Pik salutem in domino sempiternam Vniuersitati vestre pateat per presentes me bona mea omnia nec non quondam vxoris mee cristine in slætoholt scita (!) filie mee margarete cum ipsam religiositati tradidi in gudem perpetuo contulisse possidenda, Jtem quod ab kanuto ebbasson omnia predia videlicet partem vnius fratris comparaui, quam possedit bero gædda frater quondam vxoris mee similiter et eidem filie mee fateor contulisse, hec nimirum bona taliter emi, quod bero senior gedda ex parte mea supradicto beroni soluit vnum frustum panni viridi genst, V. pecora, et viginti marchas denariorum, jn cuius rei euidenciam firmiorem siggillum meum presentibus est appensum.

På frånsidan: Per predia slætaholt; *med nyare hand:* Åke Pijk.

Sigillet oskadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1770. 1300—1310. Nydala.

Erik Unnessons intyg om den förbindelse Gudmund Stålbubbes slägtingar åtagit sig, att skydda munkarne i Nydala från hans oförrätter, och att med sina gods ansvara derför.

A. 6.

Omnibus presens scripsum cernentibus, Ericus vnnason salutem in domino, Nouerint vniuersi quod Ego in Nouawalle, dominica Palmarum cum essem constitutus, audiui fideiussionem et securitatem, quas cognati Gudhmundi dicti staalbubbæ fecerunt monachis dicti loci, super iniuriis ab ipso, eis antea irrogatis, jurantes igitur promiserunt firmiter fide data, Throtto de langhedhe, et Throtto alter de stenlingarydh, quod predia sua in dictis locis sita, dimitterent monachis predictis perpetuo possidenda, si dictus staalbubbe dictos Claustrales, vel eorum aliquem amodo armis impeteret, aut eis attinentem, seu dampna rerum eis faceret, vel eciam modis aliis graues iniurias prepararet, jn cuius rei testimonium siggillum meum rogatus ab vtrisque apposui huic scripto, actum loco et die supradictis, placuit eciam tam monachis predictis quam supradictis cognatis dicti staalbubba ut siggilla holmgeri magnusson, et johannis sonason his litteris appenderentur . . . . *in euidenciam* pleniorem.

På frånsidan: stenlyngaryd jn parrochia hiælmsseryd.

Sigillen borta; 3:ne ur brefvet klippta remsor finnas qvar.

1771. Början af 1300:talet.

Fragment af ett bref från Carl Oresteson, m. fl. till Thorkel Clemensson, rörande Philip Björnssons frieri. A.

Nobili militi, Domino thyrgillo clementis, Karol . . . . . Karolus oresteson, Salutem et ad eius beneplacita se para*tum*, . . . philippus biornsson cuius noticiam bene habetis, consangui . . . . ni sibi petit in vxorem. et quia eius consilium tam in vo . . . . connatis consistit, ideo petimus. vt nobis super hoc prout . . . . scribatis voluntatem. Valete in domino ihesu christo.

Fragment, fastsydt omkring sigillet på förutgående Bref, N:o 1563.

1772. 1307—1317.

Hertig Eriks skyddsbref för Wårfruberga kloster och på dess gods boende personer. A. 3. k.*)

Omnibus presentes litteras inspecturis, Ericus dei gracia dux sweorum, salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter, Quod nos nobiles et Religiosas personas, dominam kønegundim abbatissam sanctimonialium in monte beate virginis strenginensis dyocesis, totumque conuentum ibidem, cum omnibus bonis suis mobilibus, et inmobilibus, vbicumque locorum situatis, villicis, colonis, familijs, et personis in eisdem bonis commorantibus sub nostre protectionis munimen, et tutele graciam recipimus speciałem, Quapropter mandamus omnibus hominibus nostris, firmiter et districte, et Rogamus omnes et singulos, amore nostri quicquam facere vel omittere volentes, omni prccum instancia qua possumus, Quatinus, ad predictas sanctimoniales, et ipsarum bona omnia, cum personis in eisdem firme pacis tranquillitatem, et quietis tolleranciam habeant ac amore nostri inuiolabiliter obseruare studeant . . . . . sinentes ipsas et bona earundem, ab iniquorum *mo*lestijs, vel prauorum perturbacionibus, aliquatenus perturbari, sed pocius eas cum bonis suis defendatis consilijs et . . . . . oportunis Quod erga omnes facere volentes . . . vissisitudine volumus promereri, Da*tum* . . . . . petri martiris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

*) Brefvet skadadt af fugt på flera ställen.

№ 958. Aº 1288.

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Nos magnus dei gratia vpsalensis ecclesie electus confirmatus,

1013. 1290.

Ego birgerus thome quondam filius notum facio omnibus presentibus et

1047. 1291.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego meghinthor in [illegible]

1737. 1292.

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Cum mora[illegible]

1113. 1294.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Stephanus sacerdos hospitalis in Skenningia salutem in omni

1191. 1297.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Saxo aduocatus ac communitas ciuium de stokholm. salutem in domino

1202. 1297.

Birgerus dei gratia sueorum Gothorumque Rex et Nicolaus miseratione diuina

1295. 1299.

Uniuersis presentes litteras cernentibus [illegible] abbatissa [illegible]

1296. 1299.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Ffulcho [illegible] salutem in domino sempiternam

1304. 1300.

Omnibus presentes litteras inspecturis Juno Regina [illegible] salutem

№ 1316. Aº 1300.

Uniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Laurencius dei gracia episcopus lincopensis. salutem in domino

1345. 1301.

Omnibus presens uisuris et audituris soror Margareta dicta quondam filia

1411. 1303.

Innomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego elisif filia Iohannis de nibyli. compos

1476. 1305.

Birgerus dei gracia sweorum gothorumque rex. Discretis viris. domino Bolmgero

1520. 1306.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Stephanus de Beslebu. ac dilecta uxor sua

1539. 1307.

Uniuersis presentes inspecturis Ericus et W. dei gracia duces Suecie salutem in domino

1602. 1309.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Ingridir. Andree filia. considerans

1660. 1310.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Magnus kaalmundar son. salutem in

1663. 1310.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus et Waldemarus dei gracia duces Suecie

1679. 1310.

Ericus et Waldemarus dei gracia duces Swecie. Omnibus presentes litteras inspecturis

1684. 1310.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Ericus dictus bose eternam in omnium salvatore quod ipso presente

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

Form 410

B MAY 1 1915